


VINCI
Du Mr Cusan

Conſtitutionum

AEGIDIANARVM,

SEV

MARCHIAE

ANCONITANÆ,

Cap. Vt minorum, xxv. lib. v. dilucida Commentaria in decem Gloſſas digeſta, continentia quæſtiones vtiles in praxi & theorica, quæ verſa pagina indicantur.

A VERGINIO DE BOCCATIIS A CINGVLO, Iuriſconſul. Clariſſimo, & in Romana Curia cauſarum Patrono,

Nunc primùm in lucem edita.

Cum Summarijs, & Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS APVD IVNTAS.

M D LXXVI.

K



S. D. N. Gregorio XIII.

PONTIFICI OPT.

MAXIMO'QVE.



TSI Sanctiss. Pater, culmen tui solij, omnes sublimitates aliorum omnium hominum antecellat, quoniam uerus successor Petri, Principis Apostolorum, & D. N. Iesu Christi filij Dei uiui in hoc Pontificatu existas, cuius est terra, & plenitudo eius, à quo Imperia, Regna, & Status orbis terrarum dependent; Tamen, ut optimè, & sanctè gubernentur, regantuŕq;, tam à te quàm ab alijs Summis Pontificibus antecessoribus tuis, disertissimi, & prudentissimi Iurisconsulti eliguntur, qui reddant populis iura, & æqua lance iudicent, moderentur, atque arbitrentur omnia eis demandata: Ij

autem boni Iurisconsulti existunt, qui uita, & moribus se irreprehensibiles ostendunt; iusq; suum unicuique, cum ueritate, & charitate, aperta fronte reddunt: & ut D. N. Iesu Christi sectatores, liberè loquuntur, nihil occultando, aut reticendo in disceptatione causarum: rationesq; quibus ad iudicia mouentur, partibus propalando, ab eisq; responsionem meliorem facto causæ accommodatam requirendo: tandem ad decisionem causarum, cum moderata, & matura celeritate procedunt. Itaque partes per se ipsas declarant non habere ius: uel non sibi ius, sed probationem, uel aliud simile defecisse, & hoc modo regendi, & gubernandi Pontifices Romani pientissimi, & sanctissimi non solùm urbem, sed orbem regere, & gubernare consueuere; iuxta illud Psalmi, *Iudicabit orbē terræ in æquitate, & populos in ueritate sua.* & sic factum ab anno 1545. usq; in præsentem diem, apud Romanæ Curiæ Iudices, & præsertim causarum Sacri Palatij Auditores uidi. & Tu etiam, dum in minoribus esses, sic fecisti, & ad præsens facto, & uerbo fieri & iudicari præcipis, atque iubes; unde fit (ut ait Cicero) quòd ius ciuile, neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest. Verùm

ego,

ego, uti Patronus causarum, multa in hac Curia in discussione, & decisione earumdem tractaui, quæ pariter ad meam memoriam annotaui, posteaq; cum aliquantulum ocij nactus essem, in has decem Glossas digessi: tractando materiam contractuum minorum XXV annorum, & mulierū, tanquam utilem, & necessariam generi humano, ne à maioribus, & alijs cum eis contrahentibus, decipiantur lædanturq;. Et ut ius eis competens illæsum seruetur: cum Reipub. intersit subditos habere locupletes, ideo hos meos labores, & uigilias, quales sint, S. T. dicare constitui, ut illas, & me humillimum seruum, & uasallum, à morsibus maleuolorum tuearis. Viuat S. T. diu fœlix, quam pientissimus D. N. Iesus Christus ad longum æuum conseruet. Romæ Kal. Aprilis, Anno M D LXXIIII.

Humillimus seruus, & uasallus,

Verginius de Boccatijs.

RVBRICA XXV. LIB. V.

CONSTITVTIONVM AEGIDIANARVM

CONSTITVTIONIS TENOR.

Quæ forma sit seruanda in alienationibus, & contractibus Minorum, & Mulierum.



VT MINORVM facilitati modis omnibus conuenientibus, & expedientibus succurratur, ne in eorum contractibus, & negotijs leuiter damnificari valeant, siue lædi: sicut in plerisque factum esse comperimus; Statuimus, & hac præsenti Constitutione firmamus, quòd donationes, uenditiones, & alienationes, remissiones, cessiones, & quietationes quarumcunque rerum, actionum, & iurium sub quacunque forma contractuũ, vel verborum à puberibus, seu adultis factæ, [a] sine iuramento corporaliter præstito, & etiam sine conscientia duorum, uel trium proximiorum consanguineorum si assistant, uel saltem affinium, si consanguinei non assistant, & sine decreto competentis iudicis, & insinuatione facienda in actis, cum quibuscunque Vniuersitatibus, Collegijs, & Communitatibus, & quibuscunque personis spiritualibus, [b] fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari: & si factæ, uel celebratæ fuerint non seruatis solennitatibus supradictis, præsumantur, & fingantur dolosè extortæ, & nullam obtineant firmitatem, & nihilominus contrahens cum minore contra formam superius annotatam, iudicis arbitrio puniatur. Quam quidem Constitutionem Nos RODVLPHVS, Cardinalis Legatus, obseruari mandamus in omnibus, & quibuscunque instrumentis fiendis quomodocunque, & qualitercunque per dictos minores vigintiquinque annis, etiam cum duplici iuramento apposito super dictis instrumentis, & per dictos minores præstito. Declarantes locum non habere in maiore uiginti Mercatore, & apothecas mercium habente. Eandem formam seruari uolumus, & mandamus in contractibus mulierum etiam maiorum, & in quibuscumque contractibus donationum & iurium quorumcunque per quoscunque, tam maiores quàm minores, ad obuiandum fraudibus, quæquotidie fiunt contra Cameram Apostolicam, & aliàs quascumque priuatas personas.

a *Factæ.* Videt͛ superabundare pp uerba posita inferius, ibi, fieri non ualeant.

b *Spiritualibus.* Loco illius lege *Specialibus*, & ita legit͛ in antiqs Constitutionibus penès me existentibus.

PROOEMIVM.



VONIAM Aegidius, harum Constitutionum compilator, vti optimus Legatus prouinciæ, & consultissimus Legislator, naturalem æquitatem secutus, hanc edidit Constitutionem, qua tutelam minorum suscepisse uidetur: nam cum inter omnes constet, fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidijs expositum: Considerans, quòd parum tutum erat adultos committere Curatoribus, qui vt plurimùm alienationis causam fingunt vbi non est, & quòd iuris solennitates in alienationibus minorum introductæ hominum malitia sublatę extiterāt, quærens agere rem utilem eisdem, & Reipublicæ: adinuenit formam in contractibus, & alienationibus minorum seruandam, ad euitanda scandala, lites, & quæstiones, quæ exinde oriri possent, & qua emptores, & contrahentes cum minoribus securi in eorum existerent negocijs. Ideo statuit, quòd minores uigintiquinque, maiores tamen quatuordecim annorum, in quibuscunque contractibus, cum quibusuis celebrandis, non possent sine iuramento corporaliter præstito, & cōnscientia duorum proximiorum consanguineorum (si adsint) sin autem affinium, & iudicis competentis decreto, & insinuatione facienda in actis, contractus facere: & aliàs facti, nullius essent roboris, uel momenti. Quæ forma, ob illius vtilitatem, à Rodulpho Cardinali de Carpo, uiro amplissimo, & nunquàm satis laudato, extensa fuit ad omnes contractus minorum, & mulierum, & ad donationes maiorum, præterquàm ad mercatores maiores viginti annorum, cuius Constitutionis vtilitas de se patet. Nam facilitas minorum, & mulierum suppletur & integratur conscientia duorum proximiorum consanguineorum. Hominum calliditas prona ad decipiendum imbecilles, & ignaros, Iudicis præsentia, & decreto, causa coghita, interposito, arcetur. Simulationesque, & fraudes ab insinuatione, & publicatione contractuum fienda in actis Iudicis competentis tolluntur, quia in actis publicis coram Iudice reiteratis, machinationes abesse præsumuntur. Iuramentum verò adijcitur, ut pateat, quòd hæc fiunt in præsentia onnipotentis, & altissimi Dei, qui vocatur in testem, in præstatione iuramenti: & quia est vltor, & defensor minorum, & uiduarum, vt in Exodo cap. xxij. ad finem. ubi dicitur, Viduæ & pupillo non nocebitis; Si eos læseritis, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque uos gladio, & erunt vxores uestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Qua forma optimè cōsultum esse minoribus uisum fuit. Quare ut etiam minoribus, & Reipublicæ aliquam afferrem utilitatem, illius interpretationem assumpsi, eamque pro viribus clariorem reddere conabor. Lector itaque boni consulat.

INDEX COPIOSISSIMVS
RERVM, AC VERBORVM, NOTATV DIGNORVM,

Quæ hisce in COMMENTARIIS continentur, serie alphabetica contextus.

A



B

C

Clausula

b habet

maritanda

Con-

Contractus

c Decisio-

Dolus

Ecclesia

INDEX

G



H



I



INDEX

Iudicia

Minor

e 2 Minor

N



Natura-

O



Obliga-

f Potesta-

Proto-

INDEX

Ratifica-

Restitu

g Simulato

Solemni-

 Statu-

Tempus



Testes

Vacatio

V



ri,

INDEX

FINIS.

Registrum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee. a b c d e f g.
Omnia sunt Quaterniones præter † a b c d e f g.
qui sunt Duerniones.

CONSTITVTIONES PICENI

Ab Aegidio olim compilatę; & nunc

A VIRGINIO BOCCATIO LOCVPLETISSIMIS COMMENTARIIS ILLVSTRATAE.



SVMMARIA PRIMAE GLOSSAE.

1 *PRAEFATIO ostendit enixam voluntatem disponentis.*
2 *Præfatio generalis excludit omnem diminutionem, & ampliat dispositionem ad limites rationis.*
3 *Præfatio declarat animum disponentis, & est potens demonstrare simulationem, & nullitatem contractus.*
4 *In Præfatione posita censentur repetita in dispositiua, inter easdem personas non contra tertium.*
5 *Præfationes statutorum debent esse pro ratione statutorum, & demonstrant causam finalem.*
6 *Ex Præfatione constitutionis demonstrat Aegidius, quòd vult ne minores facilitate sua lædantur. & num. 7.*
7 *Clausula, Modis omnibus, quomodo intelligatur. & num. 22.*
8 *Minoris consilium est fragile, & multis captionibus suppositum.*
9 *Minorum facilitati prouidetur de iure authoritate tutorum, & curatorum.*
10 *Distractus sunt remittere, cedere, & quietare.*
Cedere quid?
Remittere quid?
Quietare quid?
11 *Rei appellatione quid contineatur?*

12 *Dictio, Quicunque, quid operetur? remissiuè.*
13 *Minor probibetur à constitutione contrahere alia forma, quàm in constitutione contineatur.*
14 *Alienationis appellatione qui veniat de iure, remissiuè.*
15 *Negocij appellatione qui contractus, aut actus contineantur.*
16 *Ex proœmio constitutionis sumitur non solùm causa iuuandi minores cum solemnitatibus, sed etiam ne lædantur.*
17 *Contractus iure communi irritatur, si causa narrata non est vera.*
Proœmij, seu præfationis, falsa causa vitiat contractum.
Falsa causa narrata in præfatione vitiat contractum, & illius dispositionem.
Item iuramentum. nu. 18. in fine.
Item vitiat laudum, diuisionem, transactionem. ibid. in fine.
Præfatio, vel proœmium quid operetur in omni dispositione.
18 *Causa vera requiritur in narratiua contractus minoris, & ecclesiæ pro illius validitate, aliàs contractus nullus est.*
19 *Falsa narratiua instrumenti nihil operatur, & præstat causam, vt facilius contractus reuocetur.*
20 *Causa necessitatis requiritur pro validitate instrumenti ecclesiæ, & minoris.*
21 *Causa vtilitatis requiritur in instrumēto ecclesiæ, & minoris ꝑ illius validitate.*
23 *Dictio, Sine, quid significet. & nu. 24.*
25 *Repetitio verborum non fit sine ministerio.*
Geminata verba quid significent.
27 *Pubes quis, & pubertas, & plena pubertas.*
28 *Adultus & adolescentia, quæ sint.*
29 *Rubrica declarat nigrum.*

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO, DEI GENITRIX.

GLOSSA PRIMA.



1 INTERPRETATVRVS hanc Constitutionem Aegidij, qua succurritur fragilitati Minorum & Mulierum, vt dicitur in illius præfatione; Iccircò de præfatione aliquid dicere decreui: Nā ex præfatione ostenditur enixa voluntas & mens dispo nentis, Corn. consi. cccxij. nu. 19. lib. j. & consi. cxlv. nu. 17. lib. ij. In testamento præfatio demonstrat enixam mentem testatoris, Alcia. in l. cum quid, num. 33. ff. si cert. pet. & consil. xlviij. tho. iij. lib. ix.
2 ¶ Et præfatio quando est generalis, excludit omnem diminutionem, Grat. consi. cxxix. nu. 14. lib. j. & ampliat dispositionem ad limites ip-
sius

sius rationis, Aym. consi. ccxxvij. nu. 3. vbi nu. 4. & quòd ratio generalis
facit dictum extendi ad casum, ad quem aliàs verba non adaptantur
etiam in materia stricta, Corn. consi. cclxxiij. col. ij. ad fi. lib. iiij. & ra-
tio generalis disponit de lege, non lex de ratione, Aym. consi. ccxxvij.
3 num. 7. ¶ Tertiò declaratur animus disponentis, Grat. consi. ix. nu. 18.
lib. j. & verba contractus & pactorum, Grat. consil. lj. num. 3. lib. j. & est
potens ad declarandum & infirmandum instrumentum, & demon-
strandum esse simulatum, Grat. consi. lij. num. 4. & 5. lib. j. declarantur
& probantur principalia, idem Grat. consi. lx. nu. 8. vol. ij. & declarantur
sequentia, quando omnia facta sunt ab eadem persona, Cor. cōsi. xxvij.
num. 8. & consi. lij. num. 3. lib. ij. Ruin. consi. xj. num. 17. lib. iij. & actus po
4 stea gesti, Corn. ccxij. num. 4. lib. iij. ¶ Quartò quia posita in præfatio-
nibus in dispositiua repetita censentur. l. Titia. §. Idem respōdeo. ff. de
ver. oblig. vbi Doctores, & Bal. in dicta l. j. C. de diuersis rescrip. Sed se-
cus est in actu facto ex interuallo, d. §. Idem respōdeo, Loffredus consi.
iij. num. 26. & Ias. in d. §. Idem respondeo, nu. 4. ponit dictam fallentiam
& eam examinat, quia in actu facto ex interuallo præsumitur obliuio;
secus in actis factis incontinenti, quia inesse præsumuntur. l. lecta. ff. si
cer. pet. Secundò idem Ias. declarat, quòd dicta in præfationibus cen-
sentur repetita in dispositiua circa ea, in quibus partes conueniunt &
se firmant antequàm fiat contractus, secus si super illis non est facta
conuentio, Ias. in d. §. idem respondeo, nu. 5. Quartò nihil operantur di
cta in præfationibus inter alias personas & in odiosis, vt ibi idem Ias.
declarat, nisi aliud ratio finalis dispositionis suadeat, quia tunc ex ea
restringitur dispositio generalis, Gemin. consi. xl. num. 5. Aym. consil.
ccxxvij. nume. 7.
5 ¶ Præterea, Præfationes Statutorum debēt esse pro rōne Statuti, Bal.
consi. ccliiij. nu. 3. lib. iiij. & demonstrant causam finalem Statuentium,
Bart. in l. fi. ff. de hære. insti. Vbi Bal. num. 2. Aym. consi. ccxxvij. num. 2.
Ias. consi. j. num. 3. lib. j. & hoc quando omnes casus statuti ex rationi-
bus proœmij deciduntur à Ias. ibi num. 7. & vlterius ampliat & restrin-
git ipsam legem, & in quacunque dispositione causam finalem deno-
tat, Rol. à Vall. consi. lxvij. num. 70. 71. & 72. lib. iij. Aym. consi. ccxxvij.
num. 5. Vbi quòd tunc fit extensio de casu ad casum, & de persona ad
personam propter rationem expressam in proœmio, glo. in clem. j. de
elec. & extenditur ad omnes causas, quibus adaptatur lex, etiam ꝙ sit
exorbitans, & ꝙ ex præfationibus causa finalis arguatur, tenet Bart.
in l. fin. nu. 2. & seq. ff. si cert. pet. Rom. consi. clxxx. nu. 6. Ripa Responso
iij. nu. 6. & seq. lib. ij. & latè Dec. in l. j. nu. 5. ff. si cer. pet. Barb. cōsi. xxj. nu.
1. lib. j. vbi loquitur de statuto habente similē præfationem. & latè Pe-
demon. decis. c. nu. 9. demōstrat rōnem finalem, & proximā, Bero. cons.
cxlj. num. 8. lib. iij. Paris. consi. lxix. num. 5. lib. iiij. Soc. Iun. cons. xxj. num.
11. lib. j.

A 2 6 ¶ His

6 ¶ His præmissis dicendum est, quòd causæ expressæ in præfatione istius Cōstitutionis sunt finales, & ex eis omnes casus, qui colligūtur ex ea, deciduntur. & demonstratur hoc modo; Nam Aegidius dicit, Vt minorum facilitati modis omnibus conuenientibus succurratur, ne in eorum contractibus & negotijs lędantur, iuxta l. j. ff. de mino. & hoc quia minores sunt faciles propter eorum imperitiam, l. viij. §. minores. ff. de fideiuss. & in Prouincia lædi, & decipi consueuerunt, vt ibi, sicut in plerisq; factū esse comperimus. cui attestationi Aegidij credendum est de iure, Bart. in l. ambitiosa, nu. 27. ff. de decretis ab ordine facien. Ruin. consi. xcv. nu. 10. lib. v. Alber. Bru. de statutis, in verbo
7 Præfatio. versi. Præfationibus. Ideò dixit, vt minorum facilitati modis omnibus succurratur. ex quibus verbis (modis omnibus) demonstratur enixa mens Aegidij, quia voluit prouidere omnibus modis, idest, omni via, causa, ratione, cautela, forma, & solemnitate conuenienti, expedienti, & vtili: nam ista verba potius secundum sensum vulgarem Italorum intelligenda sunt, quàm sensum Latinorum. nam in l. fin. C. vnde vi, circa fin. ibi, hoc ad alios modis omnibus pertinere intelligitur. idest, pro omnibus titulis & causis. & ideo hic videtur magis enixa mens Aegidij, ex quo mentem exprimit & demonstrat ex verbis. licèt ex simplici præfatione demōstretur, vt dixi s. nu. 1.

8 ¶ Et hoc maximè cū inter oēs constet fragile esse & infirmū huiusmodi ætatis consiliū, & multis captionibus suppositū, multorūq; insidijs expositum; Ideò auxilium eis Prætor pollicetur, & aduersus captiones opitulationem, vt in l. j. ff. de mino. & fragilis est sexus, & imbecille mulieris consilium, l. ij. §. verba. ff. ad Senatusconsul. Vellei. & l. viij. §. mino. ff. de fideiuss. Vbi quòd minori propter imperitiam est succurrendum, & facit l. fin. C. de iur. & facti igno. Ang. consi. clxx. col. fi. versi. in proposito, & infra glo. viij. num. 2.

9 ¶ Ideò Iurisconsultus in d. l. j. prouidet facilitati minorum authoritate tutoris, & curatoris, & Pretoris decreto: hic Aegidius quòd in omnibus contractibus seu distractibus interueniant consensus propinquorum, Iudicis decretum, insinuatio, & iuramentum; & sic magis prouidetur in ista constitutione facilitati minorum, quàm de iure communi prouideatur. Ideo dicit Aegidius, modis omnibus succurratur, & ista prouisio, & opitulatio respicit decisionem omnium casuum à constitutione prouenientium, quia propter facilitatem minorum hæc solemnitas & forma tradita fuit, ne minores & mulieres damnificentur donando, quia minor donare de iure prohibetur, l. iiij. C. de præd. mino. ibi, pupillus vel adolescens prædia rustica vel suburbana permutatione, transactione, & donatione. multò magis alienare prohibetur, licet in certis causis possit, vt toto tit. C. quando decreto opus est, & obid permittitur donatio minori cum solemnitate & forma hic posita, & similiter vendere, & alienare; & isti sunt contractus.

10 ¶ Remittere, cedere, & quietare, sunt distractus, glo. in l. iij. §. contrarium. ff. de contrario iudicio tutelæ, quam refert, & sequitur Tiraq. super leg. connub. glos. v. nu. 7. & seq. & nu. 31. & seq. & dupliciter accipitur quietatio, aliquando accessoriè, & aliquando principaliter. primo casu non procedit constitutio, secundo sic, vt dicit Bero. consi. clxxvj. num. 51. lib. j.

11 ¶ Et non restringitur ad aliquas res tantum, vt in l. iiij. C. de præd. mino. ibi, ad prædia rustica vel suburbana, sed ad quascunque res, actiones & iura: rei enim appellatio latissima est, l. rei appellatio. ff. de verb. sig. vbi Alci. & causæ & iura continentur appellatione rei, vt in l. rei appellatione quæ est xxv. dicto tit. ff. de verb. sig. vbi glo. Bar. & Alci. Continetur etiam rei appellatione beneficium, Rebuff. in praxi beneficiali de permutat. num. 3. Deci. latè in l. j. num. 12. ff. si cert. pet. in prima lectura, & in ij. lectura, num. 7. & in 3. lectura, num. 27.

12 ¶ Et propter dictam dictionem, quascunque, ita intelligendæ sunt dictiones sequentes, iura & actiones, ad quas etiam dicta dictio refertur, de cuius generalitate dicetur latè infra glos. vij. num. 9.

13 ¶ Et prædictos contractus & distractus ipsi minores facere sub quacunque forma contractuum vel verborum prohibentur: videlicet sub quacunque alia forma contractus quàm infrascripta, quæ forma permittitur, & omnis alia forma contractus minori prohibetur à prę̨senti constitutione.

14 ¶ Nota quòd appellatione alienationis, venit pignoratio, & alia de iure, Fabian. de Monte in tract. empt. & vendit. q. iiij. principa. q. xxij. num. 10. Rebuff. in principio tract. de reb. eccl. non alien. Cassan. super consuet. Burg. rub. ix. §. x. num. 13. vsque ad num. 49. car. 312. Ruin. consi. xlj. num. 7. lib. j. & venit etiam permutatio, quæ est species alienationis, Alex. consi. j. lib. iiij.

15 ¶ Nota etiam illa verba, in contractibus & negotijs. De contractibus enim dicetur infra. De negocijs dicit Corn. consi. cxxj. num. 9. lib. iij. quod est verbum generale, comprehendens vltimas voluntates, iudicia, & alios actus, quia ea omnia sunt negocia: sed generaliter accipitur negocium pro omni eo quod ad rem alicuius familiarem pertinet, vt toto titul. ff. de nego. gest. Verùm negocium propriè est cum quid rerum contrahendarum causa vltro citroq; geritur, hoc est cum quid datur vicissimque accipitur. l. si in area. ff. de cond. indebit. & l. solent. ff. de præscript. ver. ibi, & quidem conuentio ista non est nuda, vt quis dicat ex pacto actionem non oriri, sed habet in se negotium aliquod, & l. rogasti. ibi, quasi negotio quodam inter nos gesto proprij contractus, & l. si tibi. ff. de præscript. verb. ibi, Si verò mercede data aut constituta locationis conductionisque negotium geritur. Quare videtur malè locutus Corn. vbi supra dum dixit, quod testamentum negocium est in casu istius constitutionis, quia testamentum est actus

vnius non vicisſim factus propriè loquendo, & in hac constitutione accipiendus eſt contractus, ideſt, actus, vltro citroque obligatorius; negocia, ideſt, conuentiones mutuas, vt ſupra dictum eſt, & hoc modo adaptatur huic constitutioni, videlicet dum minor & mulier faciunt has conuentiones mutuas cum quibuſcunque perſonis, debet forma hic tradita ſeruari, ne decipiãtur, & pro hac interpretatione faciunt quæ dicentur infra glo. viij. in ampliationibus.

16 ¶ Sumitur ex prooemio cauſa finalis Conditoris iſtius constitutionis, quæ fuit prodeſſe non ſolum cum ſolenitatibus, de quibus in constitutione: ſed etiam ſi minores damnificentur. vnde quando apparet minorem ex ipſo contractu læſum etiam quòd ſint dictæ ſolemnitates ſeruatæ, tunc videtur quòd constitutio non approbet tales contractus, vt apparet ibi, ne in eorum contractibus leuiter damnificari valeant, ſiue lædi. ideò constitutio duo requirit, nempe ſolemnitatem & vtilitatem minoris ad inſtar cõtractus alienationis rei eccleſiaſticę, c. tua nuper, verſi. meliora. de his quæ fiunt a præl. Barbat. latè conſil. xlj. lib. iiij. & ideò vbi minor vel mulier læſi ſunt, poſſunt petere restitutionem in integrum, Io. Cęphal. conſi. ccx. num. 79. & dicetur infra glo. viij. poſt num. 86.

17 ¶ Ea propter ſi in prooemio contractus narratur qualiter fit alienatio rei minoris vel mulieris ob talem cauſam tunc expreſſam, quæ nõ reperitur vera, contractus iure communi irritatur, quia factum ſe habet alio modo quàm prooemium oſtendit, & ideò reddit ſequentem diſpoſitionem nullam, Soci. conſi. clix. num. 20. & ſequen. lib. ij. Anchar. conſi. clxxx. col. j. verſi. ſed his non obſtantibus, quia prooemium tanquam cauſa finalis uenit conſiderandum Probus in additione ad Ioã. Monach. in Rub. de reg. iur. lib. vj. Præſertim quia cauſa prooemialis reſpicit omnia pręcedentia, & ſequentia, idem Probus in additione prooemij vj. num. 1. & 2. & ob id prooemium allegatur vt lex. Idem Probus in Rubrica de re nun. dicto lib. num. 35. Quamobrem in contractu minoris & mulieris debet in prooemio veritas narrari tam reſpectu vtilitatis quàm neceſsitatis: quia ſi cauſæ narratæ in prooemio non ſunt veræ, contractus nullus eſt, Specul. qui ponit formã narratiuæ instrumenti faciendi per minorem in Tit. de empt. & uendit. §. nũc dicendum reſtat, verſi. ſi igitur tutor. ſequitur Imol. conſi. xcix. nume.

18 6. Grammat. deciſ. xij. per totũ dicit obligationem factam per minorem cum iuramento dum aſſerit ſe eſſe patremfamilias, cum eſſet filiusfam. & uiueret vna cum patre, eſſe ipſo iure nullam, & confirmatio facta ex falſa cauſa eſt pariter nulla, Iac. Menoc. conſil. lxxx. num. 75. & Bero. in c. ſi quis presbyterorũ, nu. 1. de reb. eccl. non alien. dicit ꝙ ſi res eccleſiæ cum ſolemnitate alienatæ ſunt, ſed ex cauſa non uera vel iniuſta, eſt ipſo iure nulla alienatio, & pro ſolemnitate requiritur cauſa vera & iuſta, & ſuper veritate & iuſtitia cauſæ verſatur cauſæ cognitio

gnitio, de qua infra gloſa quarta, & ex falſa cauſa iuramentum vitiatur Pariſ. conſi. xciiij. nume. 24. lib. j. & diuiſio, laudum, tranſactio & quamplura vitiantur ex falſa cauſa, Iac. Meno. conſi. xcj. num. 40. & ſeq. facit

19 etiam ꝙ quando illud, quod narratur in inſtrumento, non eſt uerum, ſed falſum, nihil operatur dicta narratiua, nec præſtat cauſam alienandi, Berous in dicto c. ſi quis presbyterorum, num. 2. de reb. eccleſ. non alien. quinimo probata falſitate præbet cauſam vt facilius reuocetur cõtractus factus ſub falſa narratiua, vt ſupra proximè dictũ eſt.

20 ¶ In alienatione rei eccl. minoris & mulieris requiritur cauſa neceſſitatis vel vtilitatis eccleſiæ, clem. j. de reb. ecc. non alie. vbi Doctores, neceſsitas eccleſiæ colligitur ſi ædificia indigent reparatione. l. j. ij. & iij. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Vital. in dicta clem. j. num. 57. & per totum titu. ff. de reb. eor. & C. de prædiis & aliis reb. min. Tiraq. de retract. parte j. §. j. gloſ. xiiij. nume. 15. & ſeq. & loquitur de eminenti periculo & damno minoris, Borgnin. Caualcan. de tutore, nu. 129. & 165. ponit ſolemnitates ſeruandas in alienatione rei minoris. tu vide infra gloſa tertia & ſeq.

21 ¶ Vtilitas minoris & eccl. eſt, quando eccleſia fit locupletior, vt dicit Rebuffus in tract. de reb. eccl. non alien. nume. 72. & ſeq. item quando eccleſia liberatur a litibus. c. j. de ſindico. ibi, expedit enim pro paruo incõmodo ſeruos Dei a ſtrepitu cauſarum eſſe quietos. & dicetur infra gloſ. quarta, num. 4.

22 ¶ Verba illa prooemij huius constitutionis, modis omnibus expedientibus & conuenientibus facilitati minorum ſuccurratur, ne valeant dãnificari ſiue lædi, ſtatuimus. debent intelligi ꝙ proximiores & iudex ſe informent de vtilitate, & neceſsitate minoris & mulieris, quando contrahere volunt: & ſi viderint contractum eſſe vtilem & neceſſariũ minori, tunc præſtent conſenſum, & interponat decretum aliàs non. & vide infra gloſ. iij. & iiij.

23 ¶ Notandæ ſunt etiam repetitiones dictionis, ſine, ter factę in constitutione cum adiuncto, videlicet ſine iuramento, & ſine conſcientia proximiorum conſanguineorum, & ſine decreto iudicis: quoniam dicta dictio, ſine, ſignificat in caſu præſenti, ꝙ minor non contrahat ſine iſtis tribus, qui ſunt comites ipſius minoris, & reddunt illum ſecurum ne dicipiatur, aut dolo vel fraude inducatur ab aliquo ad contrahendum, & ſumptum videtur ex illo Horatij loco, Satira iiij. ad finem ibi,

Incolumem poſsim, ſimulac durauerit ætas
Membra animumq; tuum, nabis ſine cortice, ſic me
Formabat puerum dictis.

Et illa verba, nabis ſine cortice, ideſt citra cuſtodem vel pedagogum, ipſe te reges & moderaberis, & eſt metaphora ſumpta a iuuenibus, qui

quando nare discunt, cortice aut subere ligato vtuntur ne pereant in aqua: ita minores incauti non contrahunt sine istis comitibus, ne dãnum patiantur post xxv. annum nabit sine cortice.

24 ¶ Dictio, sine, q̃d significet & quomodo ponatur, vide Bart. in l. si eum, §. qui iniuriarum. num. 6. ff. si quis caut. Alber. latè in Dictionario, in dictione, sine.

25 ¶ Repetitio dictæ dictionis, sine, non est facta sine ministerio, Corn. consil. lx. nume. 2. lib. j. & geminatio verborum ostendit enixam mentem disponentis, Ias. in l. cum filiosfamilias, num. 64. ff. de legat. j. & multa de verbis geminatis congerit Felinus in c. si cautio, num. 39 & seq. de fide instru. & Plaut. ad Rub. de verb. obligat. c. v. in prin. & latè Ant. Cors. in tract. de verbis geminatis. Quare colligi potest mens Aegidij q̃ minor nullo modo contrahat sine dictis tribus aut quatuor positis pro forma in hac constitutione, & ideo videtur sublata admin. minori rerum suarum, vt dicetur latè infra glosa vj.

26 ¶ Et illa uerba Constitutionis notanda sunt, sub quacunque forma contractuum; vel verba per quę minori est prohibitus omnis contractus sub quacunque forma contractus vel loquelæ sine dictis iuramẽto consanguineis decreto & insinuatione, vt dicetur infra glos. 7.

27 ¶ A puberibus, idest maioribus xiiij. annorum in masculo, & xij. annorum in fœmina: quia eo tempore pubescere incipiunt Instit. de nupt. §. Iustas autem. vbi Doctores Instit. quib. mod. tut. fin. in prin. l. fi. C. quando tut. esse desi. pubertas plena, dicit ætas xviij. annorum vt l. adrogato. ff. de adoption. in fęminis ętas xiiij. annorum. l. Mela. §. j. ff. de alimẽtis & cibarijs legat. & ideo post xviij. annum potest iudicare. l. quidam. ff. de re iud. & post xvij. completum põt postulare. l. j. §. pueritiam. ff. de pustul. in casu præsentis Constitutionis intelligitur pubes, idest, Maior xiiij. annorum & vsque ad xxv. annum, vt infra patebit.

28 ¶ Seu adultis. Adulti sunt adolescentes ab adolesco. quę adolescentia durat vsque ad xxv. annum de iure. l. j. in fine. ff. de minor. Alciat. in l. pueri. ad finem. ff. de verb. sign. vbi multa ponit circa ætatum separationem & secundum Philosophos & alios, quem vide, & ista verba, seu adultis alternatiue (quia dictio, seu, est alternatiua) posita fuerunt ad tollendam dubietatem, quæ poterat oriri ex illis verbis, a puberibus idest usque ad plenam pubertatẽ, quæ finit in xviij. anno de iure. ideo dixit, seu adultis, volens demonstrare q̃ vult succurrere minoribus vsque ad xxv. annum quia hoc significat dictio illa, adultis.

29 ¶ Præmissa magis declarantur ex Rubrica ibi quæ forma sit seruanda in contractibus minorum & mulierum, nam dum dixit, minorum, intellixit de minoribus xxv. annis, qui de iure contrahere prohibentur sine curatore vsque ad xxv. annum, vt in d. l. j. ff. de mino. & ista constitutio non corrigit ius commune. sed auget solemnitatem Iuris communis, quia pinguius prouidet, quia addit iuramẽtum, consanguineos, &

& insinuationẽ, vbi de iure minor cum auctoritate Curatoris & iudicis decreto contrahere potest & propterea cum sit ampliatiua iuris communis debet intelligi de minoribus xxv. annorum. & hoc declaratur in nigro ibi puberibus seu adultis. quæ verba denotant ætatem xxv. annorũ, vt dictũ est supra numeris proximis. Ex quibus videtur declaratum procemium & Rubrica huius Constitutionis ad laudem gloriosissimæ Virginis.

SVMMARIA GLOSSAE SECVNDAE.

1 *IVRAMENTVM debet præstari per minorem pro forma adimplenda huius Constitutionis tactis sacrosanctis scripturis.*
2 *Iuramentum præstari sufficit tactis quibuslibet scripturis.*
3 *Iuramentum debet habere tres comites veritatem, iustitiam, & iudicium.*
Iuramentum debet ex necessitate præstari & non multũ debet iurari, quia plaga ab eo, qui multum iurat, non discedit.
4 *Comes iuramenti primus, est veritas.*
5 *Comes secundus iuramenti, est iustitia.*
Comes tertius iuramenti, est iudicium. ad finem.
Iuramentum sine comitibus dicitur falsum, iniquum, & temerarium.
6 *Periurium incurrit ille qui venit contra iuramentum ab eo præstitum in contractu a quo promisit non contrauenire.*
7 *Periurium quid sit.*
8 *Periurus quando peccet mortaliter.*
Minor quando incurrat periurium & peccet mortaliter.
Iuramentum quando sit licitum vel illicitum. ad finem.
9 *Iuramentum defferendum in iudicio quod, remissiuè.*
Iuramentum assertorium quod sit, & iurans super falso incidit in peccatum mortale.
10 *Iuramentum promissorium respicit futura, & impleri debet & non implens incidit in periurium.*
11 *Iuramentum confirmatorium contractus quale sit.*
12 *Iuramentum confirmatorium distractus quale sit.*
Iuramentum declaratorium est iudiciale.
Iuramentum introductorium introducit obligationem de iure canonico. glo. 2. nume. 10. versi. de secundo.
Iuramentum interpositum super contractu inhibito a iure.
Contractus factus contra bonos mores non validatur iuramento.
Iuramentum non validat contractum factum contra bonos mores. ad fin.

13 Con-

13 *Contractus reprobatus a lege fauore publicæ utilitatis principaliter non validatur iuramento.*

Iuramentum non validat contractum reprobatum a lege fauore publicæ utilitatis principaliter.

Absolutio à iuramento concedi debet, quando contractus prohibetur à lege fauore priuati.

Iuramentum præstitum super contractu respiciente ius priuatum validat contractum, sed obtenta absolutione potest impugnari.

14 *Contractus alienationis dotis non ualet, tamen iuramento validatur.*

15 *Contractus factus contra legem, ut puta, quia lex dirigit verba contra personam ne contrahat, uel ne alienet, non ualidatur iuramento.*

Minores per istam constitutionem sunt prohibiti celebrare contractus cum quibusuis personis, & illæ cum minoribus: Ideo non ligantur iuramento respectu partis. circa medium.

Iuramentum non firmat contractum prohibitum à lege fieri inter personas nominatas in ea.

Minor & mulier non tenetur stare contractui iurato prohibito fieri certis personis à lege. ad finem.

16 *Iuramentum sublatum à Constitutione, quia uult ꝙ præsumatur dolosè extortum & nullum existat.*

Dolus præsumptus in iuramento annullat iuramentum.

17 *Dolus præsumptus in contractu anullat contractum & iuramentum simul præstitum.*

Iuramentum quod præsumitur dolo extortum à Constitutione, non validat contractum.

18 *Iuramentum nihil operatur quando quis contrahit cum eo, cui est interdicta administratio.*

Minori per istas Constitutiones est interdicta administratio contrahendi.

19 *Iuramentum metu & dolo extortum, est obligatorium.*

Absolutio à iuramento requiritur in iuramento metu & dolo extortum.

Absolutio à iuramento petenda est, ne quis audeat proprio iuramento sua authoritate contrauenire. ad finem.

20 *Forma non suppletur iuramento.*

Iuramentum non obligat quando quis habuit animũ contrahendi sub certa forma, sub qua non contraxit, quia defecit uoluntas & animus.

Iuramentum appositum super contractu limitato certa conditione, vel modo, eo modo intelligitur. circa medium.

Iuramentum super contractu alternatiuo est alternatiuum. ad finem.

Iuramentum erroneè præstitum non ligat, quia intelligitur rebus sic stantibus, prout stare credebat. ad finem.

21 *Iuramentum appositum super contractu, qui continet uera, est uerum.*

22 *Absolutio à iuramento non requiritur in contractu simulato postquàm est probata si-*

ta si-

ta simulatio: sed antequàm probetur, requiritur absolutio.

Contractus simulatus qualiter probetur.

Simulatio contractus qualiter probetur.

22 *Exceptio simulationis non potest opponi contra contractum iuratum. uersicul. præterea.*

Periurus est qui opponit simulationem contra contractum iuratum ante obtentam absolutionem. uers. unde.

Periurij exceptio debet opponi, aliàs periurium non repellit agentem. uers. quæ periurij.

Exceptio periurij debet opponi & admitti. uers. quæ periurij. & est exceptio litis finitæ & opponitur ad processum. ibi.

Acta facta ante exceptionem periurij ualent, postea facta non. ad finem.

23 *Exceptio periurij repellit agentem super contractu, super quo quis commisit periurium non super alio.*

24 *Exceptio periurij debet esse specifica.*

25 *Periurus an incidat in pœnas l. si quis maior.*

26 *Iuramentum ut dicatur simulatum quamplura requirit.*

27 *Iuramentum non extenditur ad ea, super quibus uerisimiliter non est cogitatum.*

Absolutio à iuramento non requiritur quando interponitur super eo, quod partes non cogitauerunt.

28 *Absolutio à iuramento an requiratur, ubi adest enormissima læsio.*

29 *Absolutionem à iuramento an hæres petere teneatur.*

Hæres an teneatur petere absolutionem à iuramento præstito per authorem.

30 *Actor volens contractum iuratum impugnare. prius tenetur petere absolutionem à iuramento.*

Commissionis forma peten. absolutionem à iuramento.

Absolutionem à iuramento petens, demonstrat quòd non est in dolo. uersicu. & ista.

Absolutio à iuramento ante incursum periurium non requirit citationem partis. uersi. & in isto casu.

Citatio ad videndum absolui à iuramento, quando non requiratur. ad finem.

31 *Citatio ad dicendum contra rescriptum, ubi continetur facultas absoluendi à iuramento, facit ut quis incurrat periurium.*

Periurium incurritur per citationem partis ad dicendum contra.

32 *In commissione absolutionis à periurio debet fieri mentio quòd impetrans est periurus.*

In commissione petitionis absolutionis à iuramento debet fieri mentio de pluribus iuramentis præstitis in contractu.

Subreptio iudicatur ubi Papa difficilius concedit gratiam. ad finem.

33 *Commissio subreptitia non tribuit iudici facultatem absoluendi.*

34 *Absolutio à iuramento non debet concedi sine iusta causa.*

35 *Absolutio ex quibus causis iustè concedatur a iuramento.*

Causæ petendæ absolutionis iustæ, vel iniustæ, quæ sint.

36 Absolutio

36 *Absolutio à iuramento ad effectum agendi, licèt sit modici præiudicij quia non tollit uires contractus, tamen multum operatur.*

37 *Absolutio à iuramento factis probationibus contra instrumentum dicitur plena.*

38 *Absolutio à iuramento ad effectum excipiendi, non datur per pœnitentiariam.*

Pœnitentiaria non concedit absolutionem nisi ad effectum agendi tantum.

39 *Absolutio à periurio an possit concedi etiam de partis consensu.*

Absolutio a periurio tunc conceditur, quando est iusta causa absoluendi. ad finem.

40 *A periurio, quis possit absoluere an & dicas quòd solus Papa.*

Pœnitentiarius maior, episcopus, uel Vicarius, an possit à periurio absoluere.

Clausula, in foro fori & in foro poli, quid significet. ad finem.

41 *Citatio requiritur in impetratione absolutionis à periurio coram Papa.*

Absolutio impetranda à periurio coram Papa non conceditur nisi parte citata.

Absolutio à periurio an possit concedi in præiudicium alterius.

42 *Periurus verus non absoluitur in concessione generali nisi facta mentione periurij.*

Periurium est grauius peccatum homicidio, & est imponenda ei pœna magna, sicut pro homicidio, adulterio, & fornicatione.

Periurus est infamis. circa medium.

Periurus de iure ciuili fustibus castigatur, dicente præcone noli peierare. ad finem.

43 *Absolutus à iuramento ad effectum agendi non est absolutus à vinculo iuramenti super contractu valido interposito, secus si contractus est inualidus, secundum quosdam, factis tamen probationibus.*

Absolutio ad cautelam conceditur, vt quis possit dicere de nullitate excommunicationis. circa medium.

Decisio Cassad. j. de empt. & vendit. declaratur. ad finem.

44 *Absolutio ad effectum agendi etiam factis probationibus non sufficit, sed requiritur alia, quę tollat in totum vires iuramenti post detectam fraudem, vel dolum.*

Absolutio a iuramenti vinculo post factas probationes an fieri debeat, & an à Iudice Ecclesiastico, vel Layco, & quid operetur.

Iuramentum appositum super contractu rescindendo est vinculum iniquitatis.

Ius quæsitum an possit tolli per absolutionem a iuramento, & quando. ad fin.

45 *Laicus non potest concedere plenariam absolutionem à iuramento, etiam factis probationibus, sine nouo rescripto.*

Absolutionem à iuramento non potest iudex laicus sine nouo rescripto concedere.

46 *Absolutus a iuramento apposito in contractu, vbi adest obligatio in forma Cameræ, tenetur soluere vel deponere, quia per absolutionem non retardatur exequutio.*

Exequutio

Exequutio obligationis in forma Cameræ non retardatur etiam obtenta absolutione à iuramento.

Alexander in l. nemo potest, colum. iiij. versicu. quorum dicta. declaratur.

47 *Absolutio à iuramento debet fieri parte citata ad videndum absolui, & cum causæ cognitione.*

Clausula, Si & prout de iure, quid operetur.

Citatio in absolutione à iuramento quando requiratur. ibid. in fine.

48 *Absolutio à iuramento malitiosè petita concedi non debet.*

49 *Absolutio à iuramento. An minor maior factus post lapsum xxv. annorum, per x. vel plures annos tacuerit, possit petere absolutionem à iuramento.*

50 *Falsa causa interpositum iuramentum non validat contractum. ad finem.*

Iuramentum ex falsa causa appositum non validat contractum. & glos. j. num. 17.

Contractus factus ex falsa causa non validatur iuramento. vide supra glos. j. num. 19.

Iuramentum nihil operatur, vbi deficit consensus.

Decretum quando dicatur interpositum ex falsa causa. ad medium.

Iuramentum recipit omnes qualitates, quas recipit actus principalis. vltra medium.

Absolutio à iuramento debet peti, etiam quòd iuramentum prætendatur præstitum ex falsa causa. ad finem.

51 *Absolutionem à iuramento plenariam solus Papa concedere potest.*

Imperator an possit super iuramento disponere?

Papa & Episcopus potest absoluere à iuramento.

52 *Episcopus potest à iuramento absoluere, quando ex parte recipientis est turpe.*

Absoluere à iuramento potest Episcopus, quando est turpe ex parte recipientis. & in quibus casibus. ibid.

53 *Vicarius Episcopi absoluere non potest à iuramento parte non citata.*

Absoluere à iuramento an possit Vicarius Episcopi parte non citata.

54 *Absolutio à iuramento an concedi debeat super contractu prohibito in odium creditoris.*

55 *Absolutio simpliciter concessa à iuramento apposito super contractu nullo, facit quòd contractus remaneat nullus. Secus si concessa est absolutio ad effectum agendi tantum.*

56 *Contractus prohibitus à iure fauore debitoris, firmatur iuramento.*

Iuramentum interpositum super contractu à iure prohibito fauore reipublicæ principaliter non valet, nec in eo casu requiritur absolutio.

Absolutio non requiritur à iuramento interposito in contractu prohibito fauore reipub.

Absolutio à iuramento interposito super contractu prohibito à lege in fauorē priuati vbi adest læsio, semper concedi debet. ad finem.

Minor vbi iurauit, non potest contrauenire contractui iurato non obtenta absolutio-

abſolutione, etiam quòd contractus contineat clauſulas inſolitas, & ſit obligatus ſui facilitate. ad finem.

Minor, ſiue alius læſus, ſemper debet à iuramento ſuper contractu præſtito abſolui.

Contractus à iure prohibitus fauore publico non firmatur iuramento, ſecus ſi eſt prohibitus ad fauorem priuati.

57 Contractus prohibitus fieri, vel ſtipulari à lege, an firmetur iuramento ſaltem de æquitate Canonica.

Abſolutio à iuramento interpoſito ſuper contractu prohibito à lege ſtipulari, vel fieri ex cauſa.

58 Iuramentum non ſupplet defectum numeri teſtium requiſitorum in certo actu à lege.

Abſolutio à iuramento datur, vbi contractus eſt nullus de iure ciuili.

59 Solemnitas formalis non ſuppletur iuramento.

Iuramentum non ſupplet ſolemnitatem formalem, nec firmat contractum vbi deficit dicta ſolemnitas.

Contractus, in quo deficit ſolemnitas formalis, non ſuppletur iuramento.

Abſolutio à iuramento conceditur, vbi deficit ſolemnitas formalis.

60 Iuramentum non validat actum, ſuper quo non eſt commercium.

Abſolutio à iuramento præſtito ſuper actu, ſuper quo non eſt cōmercium, conceditur.

61 Iuramentum firmat contractum ſuper alimentis factum.

Abſolutio à iuramento datur, quando impugnare volumus tranſactionem factam ſuper alimentis.

62 Abſolutio conceditur, quando iuramentum eſt præſtitum contra bonos mores.

63 Conſtitutio hæc de minoribus, in tribus primis caſibus loquitur de contractibus, in tribus ſecundis loquitur de diſtractibus.

Conſtitutio hæc intelligenda eſt de iuramentis aſſertorio, promiſſorio, obligatorio, & confirmatorio.

Abſolutio à iuramento aſſertorio an debeat concedi.

Iuramento aſſertorio quis non poteſt contrauenire, & iurans ſuper falſo incurrit periurium.

Iuramentum aſſertorium non habet locum in minore, & perſonis prohibitis. ad finem.

Periurium quando incurratur in iuramento aſſertorio.

64 Commiſſio obtinenda ſuper abſolutione à iuramento, quid debeat continere præſertim circa iuramenta.

65 Conſtitutio hæc loquitur de duplici iuramento.

66 Conſtitutio hæc cur procedat quando in contractu, vel diſtractu ſunt appoſita tria, vel quatuor iuramenta.

Abſolutus à iuramento appoſito in obligatione in forma Cameræ de non contraueniendo, non eſt abſolutus à iuramento ſuper renunciatione non numeratæ pecuniæ, & ſimilium.

Conſtitu-

67 Conſtitutio hæc comprehendit contractus vel diſtractus, in quibus ſunt appoſita tria, vel quatuor iuramenta.

Papæ, vel Legati interpretatio, quando ſit petenda.

Interpretatio Papæ, vel Legati, quando ſit petenda.

68 Clauſula, Omnia & Singula fuiſſe & eſſe vera, cum iuramento quid operetur.

69 Clauſula præfata an tollat ſimulationem, & ſimiles.

70 Clauſula Non vi, metu, &c. an excludat metum & vim.

71 Clauſula, Ex certa ſcientia, operatur quòd in contractibus ceſſet præſumptio erroris.

Nihil operatur hæc clauſula in muliere, minore, & ruſtico, qui non contraxerunt cum decreto iudicis, ſecus ſi cum decreto contraxerunt.

72 Minor & mulier non obſtante clauſula, ex certa ſcientia, poteſt errorē probare.

Clauſula, Sciens ſe ad infraſcripta non teneri, quid operetur. ad finem.

73 Mulier debet ſpecificè, vel in genere, certiorari de iure ſuo.

Iuramentum non tranſit ad id, quod mulier ignorauit, vel non cogitauit.

Scientia conſanguineorum non eſt ſcientia minorum, & mulieris. ad finem.

Certioratio minoris, vel mulieris, in dubio non præſumitur. in fine.

74 Certiorandi ſunt mulier & minor in caſibus à iure expreſſis, & quando non potuerunt conſulere peritiores. & nu. 75.

75 Mulier & minor quando ſunt certiorandi.

76 Mulier & minor non ſunt certiorandi, quando ſciunt ius eorum, & illud cedunt.

Scientia in ſpecie præſumpta mulieris & minoris, ex quibus probetur.

77 Scientia in ſpecie præſumpta adiuuatur à ſcientia generica.

Certioratus principalis ex quibus coniecturis, & actibus præſumatur.

78 Clauſula, Non per aliquem iuris, vel facti errorem, quid operetur.

79 Clauſula renunciationis iurium in contractu minorum, & mulierum, ac ruſticorum, nullum eis facit præiudicium, & quare.

80 Clauſula, Promiſit omnibus & ſingulis non contrauenire, quid operetur in contractu minoris, mulieris, & ruſtici.

81 Iuramentum, vbi adſunt clauſulę appoſitę in inſtrumento, quando operetur, & quando non.

Procurator quid agere debeat in reſciſſione contractus minoris, & mulieris.

82 Iuramentum debet interpretari ſecundum mentem Conditoris legum.

83 Iuramentum habet exequutionem paratam.

84 Iuramentum apud antiquos erat in maxima religione, apud Romanos non niſi nobilibus deferebatur.

85 Iuramentum hodie defertur omnibus, ſcilicet nobilibus, ignobilibus, ſenibus, minoribus, mulieribus, & ruſticis, & malè.

86 Minor vigintiquinque annorum, & maior quatuordecim annorum, de iure tenetur ad obſeruantiam iuramenti.

Periurus efficitur minor, & mulier, qui contrauenit iuramento. & nu. ſeq.

88 Ruſticus contraueniendo contractui iurato efficitur periurus.

89 Vniuerſitas, ciuitas, vel communitas, quando efficiatur periura contraueniendo in-

do iuramento.

Periuri quando efficiantur vniuersitas & communitas. & nu. seq.

90 *Sindicus habens mandatum speciale ad iurandum, obligat communitatem, quę si contrauenit efficitur periura.*

91 *Capitulum quando contraueniendo iuramento incurrat periurium.*

Periurium quando incurrat capitulum.

92 *Presbiter quilibet potest agere pro recuperatione rei ecclesiasticæ.*

Ecclesiastica res malè alienata potest per quemlibet clericum recuperari.

93 *Iuramentum validat donationem inter patrem, & filium, virum & vxorem, etiam quòd moriatur donatarius.*

Donatio inter patrem & filium, & virum & vxorem, validatur iuramento.

Absolutio à iuramento an sit concedendũ patri donanti filio post obitum filij donatarij, ad hoc vt possit donationem impugnare. per totum.

Cautela ad impugnandã donationẽ iuratã inter patrem, & filiũ post obitum.

94 *Iuramentum impuberis non est attendendum.*

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO.

GLOSSA SECVNDA.

Sine Iuramento corporaliter præstito.

1 EX ISTA Cõstitutione quàmplura notanda forent, quę omitto, quoniam infra dicentur: sed incipiam à iuramento, tanquam primo requisito in forma hic tradita ab Aegidio. Nam dicit quòd contractus facti à puberibus, seu adultis, sine iuramento corporaliter præstito & sic primo minor seu pubes contrahendo debet iurare corporaliter. i. tactis scripturis sacrosanctis, iuxta tex. in c. vt circa, de elec. lib. vj. & ibi Glos. & Io. Monac. nume. 12. Ita enim interpretantur illa verba, iuramento corporaliter præstito, per Abb. in rub. de iure iur. vbi etiam Alciat. num. 18. & Didac. in c. quamuis de pact. lib. vj. §. j. num. 2. & 3. vbi attestatur hanc esse communem opinionem, & glos. in l. iusiurandum. C. de test. lib. Lanfran. de Oria. in rep. c. quoniam contra, de probat. in ver. testium depositiones, num. 3.

2 ¶ Et sufficit iuramentum præstari super qualibet scriptura, etiam q̃ non sit sacrosanctum Euangelium, glo. & Doct. in d. rub. de iureiur. extra. & Didac. vbi supra num. 2. vltra med. Afflict. in cap. j. §. item sacramenta, num. 20. de pact. iuram. firm. super Feud. Ruin. consi. ciij. num. 12. lib. iiij. Hip. sing. ccccxv. Ant. Gabriel. de commun. concl. lib. ij. titu.

de mino. concl. v. num. 3. & seq. & ideo si quis iuret præsentibus scripturis nisi illas tangeret, non sufficit, quia hic tactis pro forma requiritur, glos. in clem. j. in ver. tactis, de heret. Tiraq. super leg. connub. gl. vij. num. 98. & seq. Nec pro eius subsistentia requiritur quòd iurans dicat, Ita iuro, cum satis sit Deum in testem vocare, Didac. in d. c. quamuis, in princ. primæ partis.

3 ¶ Et quia effectus huius iuramenti debito modo præstiti super contractibus maximus est, ob id iuramentum debet tres comites habere, Veritatem, Iudicium, & Iustitiam, c. & iurabunt, xxij. q. j. & iurabunt in veritate, iudicio & iustitia, & benedicent eum gentes. S. Thom. ij. ij. q. lxxxix. artic. iij. qui comites si defuerint non est iuramentum, sed periurium, c. animaduertendũ. xxij. q. ij. Cathechis. ex decreto Sacri Conc. Trid. super ij. præcepto Decalogi, car. cxxx. exponit quid veritas, quid Iudicium, quid Iustitia importent, in c. & si Christus, de iureiu. Vbi Docto. Deci. consi. xviij. num. 5. Curt. Iun. consi. cxlj. nu. 9. Aym. consi. cxliiij. num. 16. Soc. Iun. consi. xlviij. num. 25. lib. j. ideo non temerè, sed ex necessitate præstandum, vt veritas & promissio iuranti credatur; nec sæpe iurandum est, quia in frequenti & in cauta iuratione periurium sæpe contingit, sicut dicitur in Ecclesiast. Vir multum iurans replebitur iniquitate & nõ discedet à domo eius plaga. d. c. & si Christus. §. pe. de iureiu. quare glossa in d. c. & si Christus exponit, iudicio, idest, discretione, uel deliberatione. Vbi Hostien. Ancha. Imo. nume. viij. & Abb. nume. viij. dicunt iuramentum esse discretum ex modo iurandi & ex causa propter quam iuratur. Didac. in d. cap. quamuis. §. vj. nume. 4. lib. vj. per totum, multa pulchra & noua adducit.

4 ¶ Secundus comes iuramenti est ueritas, idest consciẽtia, ut dicit gl. in d. c. & si Christus, ubi omnes, videlicet q̃ illud quod dicitur sit uerum, & ubi fit promissio in tempore impleatur. Didac. in d. §. vj. nu. 5.

5 ¶ Tertius comes iuramenti est iustitia videlicet, quòd illud quod iuratur sit iustum & licitum, vt declarat Glo. in d. c. & si Christus. Inno. Host. & Abb. nume. 8. & cæteri omnes. D. Thom. ij. ij. q. lxxxix. artic. iij. & multa notanda ponit Didac. in d. §. vj. num. 6. Ideo iuramentum cui veritas non subest dicitur falsum, cui deest iustitia, iniquum, cui deest iudicium, temerarium. Domi. Soto de iust. & iur. lib. viij. q. j. artic. iij. & pulchrè ac latè declarat Io. Vigur. in insti. ad Cristianam & naturalem philosophiã, c. v. §. v. vers. iiij. cart. lxxiiij. Ea propter iudex qui recipit iuramentum à minore, in eius contractu debet cuncta rimari, & videre an in iuramento adsint isti tres comites, quia à pueris iuramentum non est exigendum, Cathechis. ex decreto Concilij super quinto præcepto Decalogi, car. cxxxj. cir. med. c. paruuli, cum duobus sequen. xxij. q. v. vbi glossa & Archi. & si adsint comites, tunc potest præstari minori iuramentum: si non adsint, non debet illi præstari cum possit esse causa periurij, & peccati mortalis, quia minor assumit nomẽ Dei

in vanum, & exigere ab eo iuramentum, quem scit iudex mendaciũ iuraturum, peccatum est mortale, Dom. Soto de iust. & iur. lib. viij. q. iij. art. iiij. Didac. in d. c. ij. §. vj. nume. 6. de pac. lib. vj. & ibi declarat quã do iuramentum promissorium sit peccatum veniale ex mente Diui Thom. ij. ij. q. lxxxix. artic. ij. & iij. & Domi. Soto de iust. & iur. lib. viij. q. iij. artic. iiij. & an ille qui iniungit iuramentum ei, qui potest de facili periurium facere, peccet mortaliter, vide D. Thom. ij. ij. q. xcix. artic. iiij. & Domi. Soto ubi supra art. iiij. præsertim quia iuramentum vt di cit Host in Summa, §. j. est assertio vel negatio de aliquo honesto licito & possibili sacræ rei attestatione firmata, quem sequitur Abb. in rub. de iureiur. D. Thom. ij. ij. q. lxxxix. artic. j. dicit quòd iurare est Deum in testem inuocare ad cõfirmationem dicti uel facti præcedentis uel futuri, quem Ioan. Viguren. in instit. Christianæ & naturalis Philosophiæ cap. v. §. v. uersic. xv. & Domi. Soto de iust. & iur. lib. viij. quæstio. j. artic. j. latè declarant, & in Cathechis. ad Parrochos ex decreto Sacri Concilij Trident. in expositione secundi precepti Decalogi, versi. verũ cum in hac præcepti parte, dicit iurare nihil aliud esse nisi Deum testa ri, vbi ponit exempl a iurantis super euangelijs reliquiis & alijs rebus Sacris, & inferius car. ccccxxxij. dicit iuramentum laudabile & à fide originem ducere, qua credunt Deum totius veritatis esse authorem, qui nec decipi possit, neque alios decipere, & cui aperta sunt omnia quæ regit & summa prudentia administrat hac fide Deum in testem vocamus veritatis, & eo tendit iuramentum vt hominis iustitiam & innocentiam probet finemq; litibus & controuersijs imponat, & vide Didac. in d. c. quamuis, de pact. lib. vj. par. j. nu. 1. multas definitiones iu ramenti ponit Io. de Selua in trac. de iureiuran. par. j. q. j. Sed non rece das à definitione Theologorum. Quare ne videamur contemptores rerum sanctarum & omnipotentis Dei, quem in nostris iuramentis in testem vocamus, à iureiurando abstinere debemus.

6 ¶ Est etiam notandũ quòd si iurat contenta in contractu esse vera nõ facta fraude dolo, sed sponte ex certa scientia non per aliquam iuris vel facti ignorantiam, & promittat non venire contra dictum contra ctum non petere restitutionem in integrum & similia; Si postea non obstante iuramento dicit contenta in contractu non esse uera, sed ficta cum fraude, dolo, per vim, ignoranter, & fuisse lęsum & petit restitutionem in integrum, vel contractum declarari nullum, ex huiusmodi contradictione incurrit periurium, quia huiusmodi iuramẽtum est assertorium vt dicetur infra. Sed prius est videndum quid sit periuriũ tam secundum Theologos quam Doctores vtriusque iuris. & primo periurium secundum Diuum Tho. ij. ij. q. lviij. artic. j. est mendacium iu ramento firmatum, Io. Vigur. in instit. de Christiana & nat. Phil. c. v. § vj. uers. vij. Domi. Soto de iust. & iur. lib. viij. q. ij. artic. j. late declarant dictam definitionem, dicentes periurium incurri quotiens deest veri

tas in iuramento, & sic primus comes, & quando deficit iustitia, & sic secundus, & quando iudicium, cum quis temerariè iurat, & sic tertius comes. Sed in iuramento promissorio non semper incurritur per iurium, quando quis non seruat iurata, licèt habeat seruandi & implẽ di facultatem, sed secus quando non vult promissa seruare, & hac intentione iurauit, tunc est periurus & peccat mortaliter Diuum Tho. ij. ij. q. xcviij. artic. j. Do. Soto de iust. & iure, lib. viij. q. ij. artic. ij. Io. Vigu ren. vbi supra c. v. §. vj. vers. iij. vbi optime de contraueniente promissioni iuratæ, Siluest. Ga. Armill. Ange. & omnes Summistæ in vers. periurium, quare periurus pertinax videtur male sentire de fide. Iacoba. de Concil. lib. vij. artic. 7. car. ccccl. lite. c.

7 ¶ Glossa fi. in c. tua nos, de iureiu. dicit quod periurium est trãsgressio iuramenti vel indiscretum iuramentum, & declarat quando sit peccatum mortale vel veniale. Vbi Innocen. nu. 3. dicit, quòd propriè per iurus dicitur ille qui uenit contra proprium iuramentum licitum à se præstitum, Abb. sequitur Glos. nu. 3. & declarat nu. 4. quando periurus peccet mortaliter vel uenialiter, & ibi Aegid. nu. 6. & Hostien. ibi dicit periurium esse in illo casu transgressio in iuramẽto temerario prę stando, quia præstatur ex certa scientia contra iura, quod est mortale: sed si ignoranter non peccat, allegat c. homines, xxij. q. ij. & si licitum est quod iuratur veniendo contra, peccat mortaliter. Si verò illicitum adeo quòd eius obseruatio vergat in interitũ salutis æternæ vel corporale interitum non peccat contraueniendo, licèt peccet taliter iurando, & quando fit indiscretum iuramentum ex proposito mortale est, ut ibi: quare Canonistæ cum Theologis in multis concordare uidentur.

8 ¶ Hac definitione periurij supposita, uideamus quãdo minor contrauenit cõtractui ex ꝓposito an incidat in periuriũ, & propterea mor taliter peccet. & D. Tho. ij. ij. lxxxix. q. artic. ij. generaliter firmat om ne periuriũ, esse peccatum, sed aliquando ex contrauentione non incurri periurium, ut puta quando quis iurat se facturum illicitũ, quod postea non facit, licèt iurando incurrat periurium, Dom. Soto de iust. & iure, lib. viij. q. ij. artic. ij. uersi. j. ubi ponit multa, ultra exempla sumpta à Sacra scriptura & ab Historicis, & ibi in fine declarat quando dominus incidit in periurium propter iuramentum præstitum à procuratore si illud dominus non seruat, & an procurator debeat habere speciale mandatum ad iurandum quid certum, ut dominum obliget, & omnes Summistę in uer. periurium. & Hostien. & Abb. ex mente glossæ in c. tua nos, de iureiu. ille col. fi. alter col. pen. uersi. iij. casus. dicunt quod quando quis iurauit illicitum ex deliberatione peccat mortaliter: si autem iocosa leuitate uel incautè uenialiter. & Hostiẽ. ibi declarat quis dicatur indiscretè iurare ad cognoscendum licitum & illicitum iuramentum: ideo debet iudex considerare quis iuret,

cui, quid, propter quid, ad quid, cur, & quãdo. Quæ omnia declarat idẽ Hostien. in Sum. §. quomodo censeatur illicitum, eo. tit. de iureiuran. & Goffred. in Summa d. tit. nu. 11. ad quem recurrat iudex ut uideat an iuramentum minori præstandum sit.

9 ¶ Sed ad quæstionem propositam reuertendo, prius sciendum est, qđ iuramentum, de quo in ista constitutione fit mentio, intelligi debet aut de confirmatorio, aut de assertorio, aut de promissorio, quia loquitur de iuramento opponendo in contractibus non autem de deferendo in iudicio, de quibus Ant. Corsett. in tractatu de iureiur. q. v. per totum, & Io. de Silua in eodem tractatu de iuramento, par. ij. q. j. per totum: nam in iuramento assertorio incurritur periurium quando actu iuratur, & non postea cum iuramentum assertorium respiciat præterita uel præsentia uel narrata in contractu fuisse & esse uera, quæ si non sunt vera, tunc incurritur periurium assertorium, quod est peccatum mortale, Domi. Soto, de iust. & iure, lib. viij. q. ij. artic. iij. colum. iij. uers. de hoc statuitur. ubi concludit iuramentum assertoriũ siue super re magna siue parua præstitum, esse peccatum mortale, & Summa Armilla in versi. periurium, nu. 2. & de isto iuramento assertorio loquitur glossa in c. si uerò, in uersi. proprium de iureiu. Hostien. in Sum. §. quomodo cẽseatur, col. ij. uersi. si aliquis dicat asserta per eum non esse uera non auditur tanquam allegans suam turpitudinem, & idem tenent Ant. & Abb. in c. cum contingat. de iureiu. ubi Alciat. nu. 69. Aegid. in c. testimonium, num. 36. de testi. diffinit quid sit assertorium iuramentum.

10 ¶ Promissorium uerò iuramentum quod respicit futura impleri debet. & non implens incurrit periurium & peccat mortaliter, dicit D. Tho. ij. ij. q. xcviij. ar. iij. ad primum, Io. Vigur. de Christiana & naturali philosophia, c. v. §. vj. uersi. vij. Domi. Soto de iust. & iur. lib. viij. q. ij. artic. iij. col. iij. ad fi. Siluest. in Sum. uersi. periurium, col. ij. uersi. in iuramento etiã promissorio, & Summa Armilla, in d. c. periurium, num. 3. Cano. in c. cum contingat, de iureiur. & in c. quamuis, de pact. lib. vj. & Iuristæ in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. uend. Alciat. in d. c. cum contingat, num. 89. in fi. Aegid. in c. testimonium, num. 36. de testibus. ubi ponit definitionem, & exempla dicti iuramenti promissorij.

11 ¶ Et adest aliud iuramentum nuncupatum confirmatorium contractus ut in authen. sacram. pub. C. si aduers. uendi. & in c. cum cõtingat, de iureiur. & c. quamuis, de pact. lib. vj. & Barto. in l. si quis pro eo, colum. ij. num. iij. ff. de fideiuss. Abb. in c. cum uenissent, num. 25. de insti. ubi alij Canon. Anto. Corsett. in tract. de iureiur. q. v. num. 10. & Io. de Silua in d. tract. par. ij. quæstio. j. num. 10. uersi. xxxiiij. Io. Cæpha. consil. xxxiiij. num. 14. lib. j.

12 ¶ Vel est iuramentum confirmatorium distractus, idest, refutationũ iura-

iuramento factarum, iuxta glossam in l. quid ergo, §. j. ff. de contr. act. tute. quæ dicit multos tutores hodie extorquere à pupillis refutationes cum iuramento: quam Bart. ibi dicit, quòd illam allegat totus mundus, & Bal. in rub. de iureiur. extra, Ant. Corsett. in tract. de iureiur. q. v. num. 11. Barto. uerò in l. si quis pro eo, de fideiuss. num. 3. colu. ij. uers. iuramẽtum quoddam est, ponit tres species iuramenti. Primũ secundum eum est declaratorium, secundum introductorium, tertiũ confirmatorium contractus. De primo declaratorio, dicit nolle tractare ex quo respicit iudicialia. De secundo iuramento introductorio obligationis dicit ex mente Io. And. & Host. in c. cum uenissent, de inst. introducere obligationem de iure Canonico, secus de iure ciuili, & idem tenet, Abb. in d. c. cum uenissent, num. 36. Tertio Bart. loquitur de iuramento confirmatorio obligationis inualidæ, num. 5. uenio ad tertium. Abb. in c. cum uenissent, num. 25. de iureiu. dicit, quòd aliquando interponitur iuramentum super contractu inhibito, ut in c. quamuis, de pact. lib. vj. aliquando super contractu à iure permisso, & tunc iuramentum confirmat, & addit forũ foro, ut in c. fin. de foro comp. lib. vj. sed Barto. plenius loquitur in d. l. si quis pro eo, num. 6. & sequen. Ideo super quolibet articulo illius aliquantisper immorandum esse decreui; præsertim quia tangit materiam præsentis Constitutionis, quam declarare intendimus; & nisi cognitis principijs bene intelligi nõ põt, unde in primis uidendum est quando contractus ualidetur iuramento, & quando non. Et primo dicit Bar. quòd contractus factus contra bonos mores non ualidetur iuramẽto, c. non est obligatoriũ, de reg. iur. lib. vj. Vbi Din. dicit ꝙ ea quæ contra bonos mores sunt, de iure impossibilia reputantur, & Io. Mon. ibi dat aliam rationem quòd si non ualet principalis contractus de iure communi, nec minus iuramentum accessorium, Petr. de Ancha. consi. ccccciij. idẽ tenet & ponit exemplum in pacto futuræ successionis, alia exempla ponuntur per Bart. ubi supra, & per Din. & alios, qui addunt, in d. c. non est obligatorium. Alciat. uerò post alios Canonistas in c. cum contingat, de iureiur. nume. 25. declarat, quando dicatur pactum fieri cõtra bonos mores, & quòd nihilominus tenet talis contractus, ita ut iurans teneatur petere absolutionem à iuramento. Cum quo transeo ex his quæ postea dicam.

13 ¶ Secundò. Si à lege reprobatur contractus fauore publicæ utilitatis principaliter, tunc non confirmatur iuramento, c. si diligenti, de for. comp. vbi glossa, Bar. in d. l. si quis pro eo, col. 3. vers. 2. quando reprobatur, ubi ponit quamplura exempla. Abb. Imol. & Alciat. num. 27. in d. c. cum contingat, de iureiur. & declarat ex communi opinione, nu. 28. Iuramentum non tenere in præiudicium iuris publici, quãdo illud principaliter est in consideratione, & tunc non requiri absolutionem, & Fortun. Garz. in tract. de ult. fine, nu. 379. & seq. sed quando lex prohi-

bet contractum in causa pecuniaria seu patrimoniali, tunc quia respicit fauorem priuatum,& in consequentiam publicum,vt in l.ij. in fi.& ibi Bar.ad muni.& isto,& aliis casibus requiri absolutionem à iuramẽto,ut per Alciat.in d.c.cum contingat,nu.30. ponentem certas declarationes, & fallentias.

14 ¶ Tertius casus Bar.in d.l.si quis pro eo,nu.7.& 8. est,quando contractus non ualet ratione publicæ utilitatis, secundariò, ut in alienatione fundi dotalis,cum dos sit fauorabilis ratione publicæ utilitatis, secundariò,& tunc talis contractus confirmatur iuramento, ut in auth. sacra.pub.& in d.c.cum contingat.quia is cuius interest principaliter, renunciauit fauori suo,& in consequentiam non oritur magnum pręiudiciũ,iuri publico,Alcia.de mente aliorũ,in d.c.cũ contingat.nu.31.

15 ¶ Supradicta conclusio limitatur, quando lex seu constitutio dirigit verba sua ad personam,dicens quòd mulier non alienet, uel quòd aliquis à minore non emat,tunc talis contractus non firmatur iuramento,quia contrahens faceret contra præceptum legis factæ,uel compromissæ à Papa,& peccaret mortaliter, quia scriptum est, Qui non obedierit principi,morte moriatur,c.ij.de ma.& obed.& iuramentum ita demum debet seruari si seruatum non uergit ad peccatum, & sic interitum salutis æternæ,d.c.cum contingat,& d.c.quamuis,de pact. lib.6. Ita Bar. in d.l. si quis pro eo. nu.9.Abb.in d.c.cum contingat. num.6.& Alciat.nu.32.dicit hanc opinionem communem,Io.Igne.in l. j. §. si vir aut uxor.ff.ad Sen.cons.Silla.nu.145.& seq.& latè nu.161. dum declarat iuramentum firmare contractum ualidum,non autem inualidum contra iura celebratum. & licèt Alciat. in d.c.cum contingat,referat opinionem Imol. & Abb. ac aliorum esse cõtra Bar. tamen ipse tenet opinionem Bar. tanquam ueriorem in tribus casibus ex mente Canonistarum,ut nu.36.quos uide. Ista doctrina,Bar.adaptatur huic constitutioni, quia dicit alienationes à puberibus fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari sine dicta forma, & sic puberes sunt prohibiti dictos contractus celebrare, cum quibuscunque personis.quasi uoluerit dicere, nulla persona audeat cum puberibus celebrare aliquem contractum seu distractum,& sic prohibet personas contrahentes. Secundò,quia est facta à Legato de latere & confirmata à Papa,& in Concilio Lateranensi,ideò habet uim apostolici Probus in additione ad Io. Monac.in c.2.num.5.de pactis lib. vj.Vnde contractus facti contra illius formam non firmantur iuramento ex rationibus pręfatis,quas cõprobant Ang.cons.clx.Ias.in auth. sacramenta puberum,num.85. C.si aduers.uend.asserit esse communem,Tiraquel. super leg. connub. glo. iiij.num.26.& 27.Gozad.cons.xiij.Didacus,in dicto c.quamuis,de pactis lib.vj.par.ij.§.j.in principio,ubi examinat dictam doctrinam Bar. Deci.cons.ccij.nu.1.Rol.à Vall.cons.lxx.nu.6.Tiraq.de Constit. par.iij. limit.vij.nu.35.& super leg.connub.in glo.ij.num.15.& seq.dicit quòd

mulier

mulier & minor in foro conscientiæ simili contractui stare non tenentur,& ita decisum refert Gram.decis.xij.nu.12. & seq. in fortiori casu.

16 ¶ Coadiuuantur supradicta ex Constitutione proxima xxvij.hoc lib. circa fi.dum disponit non posse contrahi cum personis,quibus fuit interdicta administratio per iudicem sine Iudicis licentia, dum vult, ꝙ minori etiam sit prohibita administratio annullando contractus eorum disponendo super iuramento minoris etiã quòd iurauerit se maiorem, nihilominus statuit iuramentum per dolum fuisse & esse extortum à dicto minore & nullum fuisse, & nullius roboris & momenti esse,& talis contractus non teneat modo aliquo, declarans locum habere circa dispositionem præsentis Constitutionis. Quare fit quòd hæc Constitutio disponat etiam super iuramento fingẽdo illud dolosè extortum,quo casu tollitur non solum per Constitutionem cõfirmatam à Papa; sed etiam per Statutum laycorum,d.c.quamuis,de pact.lib.vj. Abb.in c.cum contingat,de iureiur. nu.11. ubi Alcia. nu.55.Bart.in l. omnes populi,q.ij.iij.q.princ.Caccialup.nu.38.de iust.& iur.Deci.cons. dxxxij.Paris.cons.xxiiij.nu.33.& seq. lib.j.

17 ¶ Et non solum præsumitur dolus in iuramento,sed etiam in contractu simul facto,cum unius actus cẽseatur,Rom. cons.ccccxv.nu.3.Cur. sen.cõs.liiij. nu.4.Cor.cõs.xxxvj.nu.14.lib.ij. secus est quãdo cõtractus esset factus separatim à iuramento, quia tunc solum iuramentũ præsumitur dolosum ex quo Constitutio,uel statutum loquitur solum,de iuramento,& quia iuramentũ præstitum ex interuallo,non ualidat contractum,qui est ipso iure nullus,Alci.in d.c.cum contingat,num.48. & 56.sed mihi ista ratio non uidetur uera,& contra eam tenet Abb.cons. lxxij.lib.j. Ideo Constitutio xxvij. hoc libro,fingit dolum in iuramento, & annullat contractum, quæ constitutio fuit necessaria ad tollendum iuramentum, quia antiqua Constitutio cum additione non disponebat super dolo iuramenti appositi in contractu minoris,& de ualiditate istius Constitutionis latè disputat Alci.in d.c.cum contingat, nu.57.& 58.ad quem recurre.

18 ¶ Imò non solùm dicta Constitutio xxvij. hoc libro, præsumit dolum in iuramento,sed minori interdicit administrationem, quo casu contrahens cum eo cui interdicta est administratio etiam si interueniat iuramentum nihil acquirit, quia non tenet contractus; Ideò ex iusta causa fraudem præsumere videtur in contrahentibus, Abb. in d. c.cum contingat,num.16.Alciat.nu.57.vers. & facit simile, de iureiur.

19 ¶ Et ex iam dictis inferri potest,quòd in isto casu quando Constitutio præsumit dolum in iuramento ob solemnitatem non seruatam,requiritur absolutio à iuramento præstito per minorem,quia iuramentum metu & dolo extortum est obligatorium,ex communi opinione. Glo. in c.si vero.in verb.proprium, de iureiur. Sozi. qui attestatur de communi,cons.xxxviij.num.1.lib. iij.& propterea dicit requiri absolutio-

 nem,

nem,& iste est communis intellectus c.cum contingat,de iureiur.ut attestatur Abb.ibi,nu.12.vers.ij.membro principali, & num. 18. & cons. cvij.num.8.lib.ij.Ancha.cons.ccclxxxij.in fi. vbi declarat quòd requiratur absolutio,Paris.attestatur de communi cons.xlv.nu.42.lib.j. Afflic. decis.lx.Sarn.in tract.Breuium,num.46.& ista est communis practica, & obseruantia Curiarum legitimis causis introducta ad hoc ut nullus ex proprio Iudicio sine authoritate superioris audeat proprium iuramentum deferere, in præiudicium animæ suæ mortale peccatū incurrendo,c.venerabilem.§.pen.de elect.Ideò tutius est petere, & obtinere absolutionem à iuramento à Summo Pontifice, vel Episcopo ordinario,Alex.cons.lviij.col.j.Ias.cons.cxxxiij.lib.iiij.Deci.in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,de Constit.col.xviij.Caccialup.in l.omnes populi, colu. xxxviij.ff.de iust.& iur.Fort.Garz.in trac.de vlt.fine,nu.457.Io.Igneus in l.j.§. si vir autem.nu.162.& seq.ad Sen.cons.Sillan.Didac.Couar.in d. relectione c.quamuis.de pactis,par.ij.nu.8.Iac.Mand.de Alba. cons.xj. nu.13.& omnes vtriusque iuris Doctores tam in lecturis, quàm in consiliis ita concluserunt, & hæc est communis obseruantia, & practica,à qua non est recedendum,præsertim cum animæ salutem respiciat, vide infrà glossa vj. nu.118.

20 ¶ Non desunt aliqui asserere,non requiri absolutionem à iuramēto, quando pro implemento alicuius legis,vel statuti requiritur certa forma,quam contrahentes seruare, & cum dicta forma contrahere uolebant,& non aliàs:nihilominus non fuit seruata, sed contrahentes cum iuramento promiserunt contenta in instrumento seruare,& quia eorum animus erat contrahere cum dicta forma,cum qua non contraxerunt,& sic deficit uoluntas & animus contrahendi, quæ forma non suppletur iuramento,glos.in l.fi.C.de non num.pecu.Bart.in d.l.si quis pro eo,q.viij.in fi.de fideiusso.Crot.cons.xij.nu.15.Pedem.decis. clxxij. num.19.Tiraq.de Consti.par.iij.lim.vij.nu. 37. nam iuramentum appositum super contractu limitato certo modo,vel certa conditione,eodem modo intelligitur, quia non se extendit nisi prout cōsensum est, Bar.Bal.& cæteri omnes post glos.in d.l.fi.C.de non num. pec. Rip.in l. si unquam,num.4.& seq.& in l.fi.num.182.C.de reuoc.donat.& de iuramento promissorio intelligitur d.l.fi.C de non num.pec.vt per Arri. Pinell.in l.ij.C.de rescind.vend.par.iij.c.j.nu.3.& idem dicunt,quādo præstatur iuramentum super cōtractu alternatiuo,Imo. in c. per tuas,col. j.in ver. de obseruando extra. de arbit.Tiraq.in d.vij.limit.nu.7. Item quando quis per errorem iurat, iuramentum non urget,quia intelligitur rebus stantibus,prout stare certè credebat,c. quemadmodum,de iureiur.vbi Host.Io.And.& alij. & est ratio, quia errans non consensit, Bal.& Sali.in d.l.fi.C.de non nume.pecun.Iac.Philip. Port. cons.cxxxij. nume. 20.

21 ¶ Secus si iuramentum appositum est in fine contractus,in quo certa

& uera

& vera posita sunt tunc iuramentum certum, & verum est. Paris.cons. xcvij.nu.91.& seq.lib.j. & propterea seruari debet.

22 ¶ Secundò inferri potest, non requiri absolutionem in contractu simulato:quia quando cōtractus est simulatus,omnis clausula in eo posita est simulata,& sic iuramentum,quia partes aliud faciunt, & aliud facere intendunt,& in hoc etiam deficit consensus,Abb.in c. cum contingat,sub num.2.vers.primus casus,Alciat.nume.73. de iureiu. Bal.in l.pactionis,vers.illis etiam.C.de ope.libe.Tiraq.in tract. Const. par.iij. limit.vij.nu.32.& seq.per rationem positam in d.l.fi.C. de non numer. pec.& Tiraq.in limit.viij.d.iij. par. tract. de Constit. plenius examinat Franc.Viuius in tracta.com.opin.vers.iuramentum super contractu simulato,Abb.cons.lxx.nu.7.attestatur de communi, Alcia.in cap. cum contingat,de iureiur.nu.72.circa secundum,dicit quòd debet aliquali pœnitentia puniri, & hæc procedunt probata simulatione vera: sed antequàm probetur simulatio, non credo contrahentem,qui iurauit non opponere aliquam exceptionem,admittendum fore ad opponendum exceptionem simulationis contractus, non obtenta absolutione à iuramento, quia probatio dictæ simulationis pendet à futuro euentu,& ex testium depositione cum possint, & non possint illam probare, & ex aliis præsumptionibus à iure approbatis ex facto colligendis, quas ponit Bar.cons.xx.lib.j. Vital.in trac. Clausularum,in paruis,car. 392.num.8.& car.415.& 420.Tiraq.de retract.conuent.in præfat. num. 36.Abb.cons.ix.nume.15.& cons.xcvij.num.3. Neuizan. cons. xxiij.nu. 3.Præterea ista exceptio simulationis non potest opponi, vbi adest iuramentum appositum super contractu,in quo est iuratū omnia & singula præmissa esse uera, Ias.in l.nemo potest,num.46.ff.de leg.j.Affl.decis. lx.vbi apostilla. Neuiza. cons.xxiij.num.4. Vnde si reus opponeret contra agētem super simulatione periurij exceptionem, repelleretur ante obtentam absolutionem à iuramento.c.intelleximus, de iudi. & quod ibi Innoc.Host.Io.And.Ant.de But.Anch.Abb.Feli.Dec. & cæteri omnes.Quæ periurij exceptio opponi debet, aliàs periurium nō repellit agentem, Lap.alleg.xxv.nu.3.& 4.Alex.cons.xvj.nu.3.lib.iij. & nō sufficit oppositio periurij nisi etiam admissa sit per iudicem,Paris.consil.cix.nu.10.& 11.lib. iiij. quia exceptio periurij est exceptio litis finitæ, & opponitur ad processum,Ant.de Butr.in c.dilecti filij, col. iij,in fi.de except.& ibi etiam Feli,vbi additio prima, Ias.in l. si quis maior, nu.xxiiij.C.de transact.Quare acta facta ante exceptionem & oppositionem periurij ualent,post verò facta minimè, Alex.d. cons.xvj. nu.3. lib.iij.& 224.nu.9.lib.vj.Deci.in d.c.intelleximus,num.11. & seq. Ronchagall.in l.ij.de duob.re.nu.13. & l.iij.nu. 120.

23 ¶ Et intellige periurium repellere agentem super contractu, in quo periurium commisit,Felin.in d.c.intelleximus,num.6. & Deci. col.pe. uersi.quid autem.

¶Et

24 ¶ Et ista exceptio periurij specificè formari debet, cum debeat ea omnia continere, ex quibus reus possit certificari. Vnde generalis exceptio periurij non sufficit, cap.j. §.si quis, de except.lib.vj. ubi glo. in uer.speciem, quam sequuntur ibi Doctores.

25 ¶ Et an periurus incidat in pœnas l. si quis maior, C. de transact. ubi Doctores, Mantua in lib.iij.locorum communium, cap.xlix. Guid.Pap. consi. xxxj.num.10.& 16. Ant.Gab. lib.iij. comm. conclu. de transact. conclu.j. per totum.

26 ¶ Quare ex his concludi potest opponentem exceptionem simulationis contra contractum iuratum, non obtenta absolutione à iuramento, non debere admitti ad probandum, & opponendum simulationem, sed obtenta absolutione poterit illam deducere, & probare, & illa probata petere rescissionẽ contractus simulati, iuramento nõ obstante, ut infra dicetur. Verùm supradicta conclusio iuramenti simulati recipit quàmplures limitationes, quas ponit Abb. in d. c. cum contingat, sub num.20. uersi.primus casus, & seq. quos examinat Alcia. ibi, num.73.& 74. quas hic referre non curo, ibi uide.

27 ¶ Tertiò principaliter non requiritur absolutio, quando iuramentum generaliter præstitum non extenditur ad ea, ad quæ uerisimiliter non est cogitatũ, cũ regulariter solũ ad ea, de quibus est cogitatũ referatnr, cap. Quintauallis, de iureiur. ubi N. iurauit stare mandato P. cui N. mandauit, ut filiam exhæredaret, uel uxorem abijceret: tamen Papa mandauit iudici delegato, quod declaret illum non teneri ad obseruantiam iuramenti, quia mandatum & iuramẽtum illicitũ fuit, & quia iurans hoc nõ cogitauit, Gl.Inn.Host.Abb.& cęteri oẽs ibi, Ant.Corsett.in tract.de iuramento.q. viij.num. 54. uersi. trigesimum secundum priuilegium. Io.de Selua in tract.de iur.par. ij.q.ij. uerumtamen & ad cautelam in isto casu absolutio à iuramento esset petenda, ne quis sua authoritate & iudicio audeat iuramento contrauenire, ut supra diximus, quia possit ex eo probari, quod de hoc expressè fuit cogitatum. Ad quæ uide etiam Arri.Pinell.in l.ij.C.de resc.uendit.par.iij.cap.j. num.1.& sequen.

28 ¶ Quartò, Vbi in contractu minoris, adest enormissima læsio, non uidetur necessaria absolutio à iuramento, propter dolum, qui interuenit in ipso contractu cum altero ex contrahentibus, Anchar. consil. xxxvij. & consi.lxxxij. Calder.consi.vij.de iureiuran. Alcia.in d.c.cum contingat, num.82. de iureiur. Cassad. decis.j.de empt.& uendit. Put. decis.ccxxij. ad fin.lib.j. dum allegat Aquen.in l.si quis cum aliter, Soci.Iun.consi.xlviij.num.28.uol.j. Rol.à Vall.consi.lix.num.27.& seq. Io. Cæphal.con.ccvij.num.74.& seq. lib.ij. Contrariam tamen partem tenet Alcia.in d.cap.cum contingat, ex mente Ioan.de Imol.Abb.& aliorum ibi, num. 82. uers. contrariam opinionem, &c. quòd minor non possit contrauenire iuramento ratione minoris ætatis, & læsionis

nis enormissimæ, & affirmat esse magis communem opinionem Doctorum Arrius Pinell.in l.ij.C.de rescind.uendit.part.iij. cap.j.num.8. Quare Rol.d.consi.lix.num.28. dicit melius esse petere absolutionem à iuramento, & Bero. consi.l. num.15. & 22.lib.j. & ita seruari uidi, & huic ultimæ opinioni adhæreo: quia an sit, uel non sit enormissima læsio, pendet ex futura probatione, interim nullus debet esse iudex in causa propria, sed in materia iuramenti, & peccati semper debet quilibet ad superiorem recurrere ad euitandum interitum salutis æternæ, & quia in iuramento apposito super contractu illicito, & perniccioso, semper requiritur absolutio, & procedit distinctio Innoc.in c.uenerabilem, col.fin. in uer.uenire, de elect. quam sequuntur, Domini de Rota.

29 ¶ Quintò, hæres non tenetur petere absolutionem à iuramento præstito per defunctum super contractu quem hęres impugnare intendit, Imo. Host. Abb. & alij in c.ueritatis, de iureiu. Doc.in l. si quis maior. C.de transact. dum tractant periurij & infamiæ notam hæredem impugnantem contractum iuratum defuncti non incurrere, Alex. consi. cxxix.col.fi.lib.vj. Prob.in addit.ad Io.Mon.in c. j. num. 7. de in integ. rest.lib.vj. nihilominus hæres tenetur ad obseruantiam iuramenti pręstiti per defunctum non ratione periurij, sed quia tenetur exonerare conscientiam defuncti, quia tenetur restituere pretium acceptum à defuncto. Bar. in l.cum quis. §. codicillis, num. 10. de leg.iij. dicit quòd hæres tenetur seruare iuramentum defuncti, non quia sit periurus, sed quia probationem inducit Soc.consi.xxxviij.num.1. & sequen.lib. iij.in c.cum contingat, nu.41. extra, de iureiur. imo Ant.Gall olim Collega in tract.oblig.Cam.par.ij.q.j. dicit, quòd hæres tenetur obseruare iuramentum postquàm adiuit hæreditatem, Tiraq. de retract.conuention.§.j.glo.vj.nu.20. Ant.Gabr. lib.ij. concl.vj. in ti.de iure iu. per tot. ubi declarat ampliat & limitat. Io. Mauritius in tract. rest. in integ.cap.cxxv. dicit tutius esse impetrare absolutionem à tali iuramẽto præstito per defunctũ ne defuncti anima grauaretur. ad cuius subleuamen hæres ex bono & æquo obligatur cum repræsentet personam defuncti, & ante petitam absolutionẽ in processu causæ obijci posset ꝙ remaneat ad factum defuncti obligatus, quia hæres, qui tenetur iuramentum defuncti seruare, ut dictũ est supra. Ideo posset concipi absolutio tam ex persona defuncti quàm hæredis. & est tutius ad euitandas præfatas opiniones.

30 ¶ Sed quia uisum superius est melius esse petere absolutionem à iuramento: uideamus quando & qualiter petenda sit absolutio à iuramento, uel periurio. In primis .n. uolens instrumentum impugnare in iudicio & uolens agere contra proprium contractum, debet petere absolutionem à iuramento, ad effectum agendi uel excipiendi à proprio Episcopo, uel eius Vicario, uel à sacra Pœnitentiaria, uel per re-

scri-

ſcriptum Papæ,in quo narretur factam fuiſſe obligationem à minore non ſeruata forma præſentis Conſtitutionis, & nihilominus iurauit ſuper obſeruantia contractus,qui ſi ſeruetur vergit in maximum damnum ipſius impetrantis, propterea ſupplicat S. D. N. ut cauſas quã & quas impetrans contra ſuum aduerſarium habet,& mouet, & ſuper reſciſsione,vel nullitate dicti contractus celebrati contra formã præſentis Conſtitutionis committere, & mandare tali Auditori, cum facultate abſoluendi impetrantem à iuramento, ſeu iuramentis pluribus,& iteratis vicibus præſtitis ſuper dicto contractu ad effectum agẽdi,& ſeu excipiendi in forma.& hæc narratiua fieri debet,quia in abſolutione requiritur cauſa, Couarru.in c.quamuis,par.ij.§.j.nu.8. in prin. car. 78. Et iſta petitio operatur quòd quis non videatur eſſe in dolo, Bal.in l.ſi quis maior,not.ij.& ibi Curt.ſen.num.24.C.de tranſact. & in iſto caſu non requiritur aliqua partis citatio,Alex.conſ.xlix.nume.20. vol.iiij.Afflic.deciſ.ccxx.Aym.conſ.vij.nu.7.Roll.à Vall.conſ.xiij.num. 38.lib.j.& conſ.xxxiiij.num.1.& conſ.lix.nume. 28. lib.j. Bero.conſ.50. num.14.lib.j.& ita obſeruatur in Rom.Curia,Gomeſ.in tract.Breuiũ, num.46.Pariſ.conſ.xliij.num.17.& 18. lib.j. quòd debet peti abſolutio ab omnibus capitibus.& licèt plures Doctores aſſerant dari non poſſe abſolutionem à iuramento, ſi non citetur pars, Rol.conſ.xiij. num. 25. lib. j. tamen declara ſi iudex,cui eſt commiſſa cauſa voluerit, fieri parti citatione,debet fieri,Rol.ibi.num.38. ſed non placet, quia citando partem efficeretur periurus,quia contractui contrauenit, Bero.cõſil.50.nu.14.lib.j.& ex aliis cauſis infra dicendis.

31 ¶ Secundus effectus eſt,quia quis non efficitur periurus cui non conceditur abſolutio,niſi parte citata,Gomeſ.d.tract.Breuium. nu. 49.

32 ¶ Et tunc in reſcripto eſt facienda mentio de periurio, Io.Paul. deciſ. xxx.aliàs reſcriptum eſſet ſubreptitium,Feli.in c.ex adminiſtratione, num.28.de iureiu.Ruy.conſ.lxvj.nu.6.vol.ij.Affl.deciſ.ccxx.num. 10.& ſeq.& non ſolum de periurio reſpectu vnius iuramenti, ſed plurium iuramentorum præſtitorum in contractu, eſt facienda mentio, quia tot debent eſſe relaxationes à iuramento, quot iuramenta continentur in contractu,Rol.à Vall.conſ.xxxiiij.nu.6.& ſeq.lib.j. Afflict. deciſ. xxx.in fi.& in d.deciſ.ccxx.nume.9.& 12. imò ſi narratur in gratia abſolutionis quòd exceptio excommunicationis fuit in vim dilatoriæ exceptionis oppoſita,& tamen non fuerat oppoſita, niſi in vim peremptoriæ,gratia eſt ſubreptitia,quia Papa difficilius conceſsiſſet.c.poſtulaſti,in fi.de reſcript.Iaſ.conſil.cxxvij.col.iij. & ſeq. vol. iiij. Curt. iun. conſil.xxxj.col.fi.

33 ¶ Et reſcriptum ſubreptitium non tribuit facultatem Iudici abſoluendi à iuramento,vel periurio, quia eſt reſcriptum contra ius, quod ab omnibus iudicibus eſt refutandum,Bero.conſ.50.nu.66.& ſeq.lib.j. & ſi non iuſtificetur circa narrata, nihil operatur dictum reſcriptum,

pro

pro abſolutione obtinenda,Aym.conſil.vij. num. 11. & impetrans ubi periurus eſſet repellendus, Aym.ibi,num. 12.& ſi cauſa propter quam petebatur abſolutio per impetrantem non probatur,remanet impetrans periurus,Bald.in l.hæc ſcriptura,q.ij.& Soc. num. 4. ff. de cond. & demonſtr.

34 ¶ Et ſi poſt reſcripti præſentationem petatur abſolutio à iuramento, uel periurio ab impetrante,tunc debet iudex uidere an cauſa petendi abſolutionem iuſta ſit;& ſi iuſta eſt, eam concedere debet,quia iuſta cauſa facit ceſſare dolum,Felin.in cap.j.num.23.& ſequen.de iureiur.Alex.in l.qui Romæ,§.duo fratres, q.v.uerſi.& poſito, ff.de uerb. oblig.Aym.conſi.vij.num.3.Corn.conſi.vj.nu.13.& 14. lib.j.

35 ¶ Et eſt iuſta cauſa enormiſsima læſio, Soci.Iun.conſi.xlviij. num.29. volum.j.Rol.à Vall.d. conſi.lix. nu.27. lib.j. & quando iuramentum eſt præſtitum metu,Felin.in cap.ſi verò,num.8.& ſequen. de iureiur. Couar.ſuper iiij.Decretalium,cap.iiij.par.ij.num.2.cap.quamuis, par.ij. §.quinto,nu.3.de pact.lib.6. ſolet pro cauſa etiã poni conſenſus mutuus partium ad abſolutionem obtinendam, Ioan. And. Ant. Ancha. Abb.& Præpo.in c.ij.col.vlt.de ſponſa.Soci.conſ.lxvj.num.23.lib.j. Couarru.lib.j.variarum reſol. c. iiij. nu.6. ſed iſte conſenſus nihil prodeſt periuro quoad abſolutionem obtinendam, Anch.d.cap.ij.de ſpon. eſt etiam iuſta cauſa quando forma tradita ab iſta Conſtitutione in contractu non eſt ſeruata.

36 ¶ Si verò cauſa eſt iniuſta, tunc non debet abſolutionem concedere, vtputa in iuramento præſtito in donatione,Rui.conſ.ccxxij.num.14. in fi.lib.j.Ioan.Cæphal.conſ.cxciiij.num.6.lib. ij.& quando iuramentum non contineret aliquam turpitudinem, & poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, Aym.conſ.vij. nu. 6.

36 ¶ Abſolutio à iuramento obtenta ad effectum agendi licèt ſit modici præiudicij,quia de uiribus iuramenti confirmatorii contractus, poſtea parte citata, & cauſa cognita ſit cognoſcendum, vt declarat Oldra.conſi.cxx.Feli.in c.j.limit.iiij.de iureiur.Bero.d.conſi. l. nu.56.præſertim quando abſolutio conceditur à Papa qui poteſt iuramentum ſine cauſa remittere,Bero.ibi num.59.& ſequen. tamen multum operatur.Nam agens poteſt contractum iuratum tanquam nullum impugnare & probare metum læſionem,dolum & formam non ſeruatam ſine metu periurij,Feli.cap.j.num.26.de iureiu.Couar. c.quamuis,de pactis. lib. vj.par. ij. §. j.nume. 8. ſed non tollit uires iuramenti ut infra dicetur.

37 ¶ Et factis probationibus contra inſtrumentum iſta abſolutio dicitur plena ſecundum Gomeſ. in tract. Breui. nume. 48. allegans Paul. de Caſt.conſi.cclix.col.fi.lib.ij.(quia per abſolutionem tollitur uis iuramenti.c.ij.de iureiu.) & talis contractus ſic iuramento denudatus deſinet actionem ex iuramento producere, Inno.Hoſt. Ioan. Igne. in

l.j.

l.j.§.ſi uir.num.clxiij.ff.de Senat.conſ.Sillania.Soci.conſi.xlviij.lib. iiij.
dicit quod factis probationibus iuramentum aſſertiuum nihil ope-
ratur, quem refert Neuiz.conſi.xxiij.num.12.& poterit petere annul
lationem contractus, Ant.de But.in d.c.cum ueniſſent, de inſtit.& Io.
Igneus in d.§.ſi uir. nu. clxiiij. ideo iſta abſolutio eſt maximi effectus,
quia ex probationibus poſtea parte citata factis tollitur uis iuraměti
confirmatorij vt ſupra dixi, Aym.conſi.vij.nu.7.plenè.

38 ¶ Abſolutio à iuramento, ad effectum excipiendi per pœnitentia-
riam, dari non ſolet, Gomeſ.in dicto tract. Breuium, num. 46.& duo-
bus ſequen.& in bulla reformatio, Sacræ pęnitentiariæ, edita per fe-
li.recor. Pium Pap. IIII.ſub dat.quarto nonas Maij anno iij. ſui Pon-
tificatus, mandatur ſummo pœnitentiario, ut non concedat abſolu-
tionem à iuramento, niſi ad effectum agendi duntaxat.

39 ¶ Nunc dicendum de abſolutione facienda periuro, cui aliqui negāt
poſſe dari abſolutionem etiam de partis conſenſu, quæ non poteſt iu
ramentum parti poſtquàm incidit in periurium remittere & periu-
rus non videtur dignus abſolutione, quia fruſtra auxilium legis in-
uocat, qui commiſit in legem, c. quia, de uſuris. Federi. de Sen. conſil.
xxx. Alex.conſi.lxxxiij.nume.7.lib.v.Deci.conſi.ccccxlij. col. pen. Rol.
à Vall.conſi.xxxiiij.num.2.& 3.lib.j. Feli.in c.j.de iureiu. num.28. & D.
Franc.Turzan.Collega meus in tract.communium opinionum, concl.
ij.in prin.vbi ponit regulam negatiuam & tres limitationes, Pariſ.cō-
ſil.xliij.num.16.lib.j. Neuiz.conſi.xxiij.num. 8.ſed in practica non ſer-
uatur iſta opinio, quia ſi non eſt iuſta cauſa abſoluendi non concedi-
tur etiam re integra: aut eſt iuſta cauſa abſoluendi quæ excludit do-
lum, & ſic uerum periurium, tunc datur abſolutio à periuro ut decla-
rat Alex.in l.Qui Romæ.§. duo fratres. q.5. uerſi.& poſito, de uerb. ob-
lig.& dixi ſupra uerſi. & poſt reſcripti præſentationem, cum ſequenti.
Et ita ſeruatur in Signat. Pap.

40 ¶ Quis autem poſſit à periurio abſoluere, Gomeſ.in trac. Breuium,
nume.50.dubitat de maiori pœnitentiario, niſi ei ſit particulariter in
iunctum à ſummis Pontificibus, & ego dubito quia in bulla reforma-
tionis Pij Pap. IIII. conceditur ei ſolum abſolutio à iuramento, ad
effectum agendi: de incurſo uerò periurio uerbum nullum, tamen
ego non uidi alias facultates dictæ ſacræ pœnitentiariæ, ad quas me re
mitto. De ſignatura iuſtitiæ quæ ſęper ſolet prout de iure, reſcribere
ualde dubito, cum Gomeſ.ibi, num.46. Caſſad.deciſ. uni.de mut. peti.
num. 2. dicit non eſſe de ſtilo illius ſignaturæ dare abſolutionem ad-
uerſus obligationem iuratam.& quando dicitur in aliis deciſionibus
quod fuit conceſſa abſolutio à iuramento per commiſſionem, intelli-
gi debet de commiſſione ſignata manu Papæ. credo tamen quod ſa-
cra pœnitentiaria poſſit de periurio in quantum eſt peccatum mor-
tale, & in foro poli abſoluere: ſed vt periurus admittatur in iudicio, &
ſi cin

ſic in foro fori dubito. quid ſignificet hæc clauſula, in foro fori, & in fo
ro poli, declarat Berous in c.quæ in eccleſiarum, nu.54.de Cōſtit.ideò
tutius erit obtinere abſolutionem à Papa, uel ſua Signatura per con-
ceſſum, Gomeſ.tamen in reg.de iur.quæſi.non toll.q.xv. vltra medium
videtur tenere, quod pœnitentiaria poſſit abſoluere à periurio, & tol
lere ius quæſitum parti ex periurio. ſed ego dubito, & credo quòd ſo
lus Papa hoc poſſit, & parte citata, quia per pœnitentiariam non alle
gatur aliquod priuilegium, & hodie facultates ſunt reſtrictæ à Pontifi
cibus, Vicarius Epiſcopi clarum eſt, quòd periuro abſolutionem con
cedere non poteſt, Feli.in c.j.uerſ.vij.quæro, de iureiur. Rui d. conſil.
lxvj.col.ij.vol.iiij.Rol.d.conſ.xxxiiij.nu.4

41 ¶ Et quia ſolus Papa poteſt à periurio abſoluere, & debet tunc pars
citari, & maximè quando petitur in Signatura Papæ, Gomeſ. in d.
tract.Breuium, nume.49.& 50.& ita declaranda eſt doct. Beroi conſil.
50.num.76.& ſeq.lib.j.nec dicta abſolutio in præiudicium iuris alteri
quæſiti concedi poteſt non ſubſiſtente aliqua legitima cauſa, Aym. d.
conſ.vij.num.8. etiam quod Papa abſolueret de plenitudine poteſta-
tis reſpectu non ſubditi Papæ, contra quem Papa non vtitur plenitu
dine poteſtatis, Aym.d.conſ.vij.num.9. præſertim quando ex contra-
ctu iurato eſſet quæſitum dominium parti ex contractu iuriſgentium
quod Papa tollere non debet, Aym.d.conſ.vij.num.10. Aduerte tamen
præmiſſa eſſe intelligenda de periurio uero, quod non committitur ſi
ne dolo, Iaſ.in l.ſi quis maior, num.2.C.de tranſac.Alex.conſ.xcij.num.
13.lib.j.Bertran.conſ.lxix.num. 3. lib. j. ſecundæ impreſſionis, Caſſan.
ſuper conſuet.Burgund.rub.iiij.§.vij.nu.20.& ſeq. vnde ubi non eſt do
lus, non eſt verum periurium.

42 ¶ Propterea verus periurus non abſoluitur in diſpenſatione genera-
li facta in conſiſtorio Principis, niſi in ea fiat periurij expreſſa mentio
Gomeſ.in reg.de infir.reſig.q.xiiij.num.3.& Felin.in c.ex adminiſtra-
tione, num.28.de iureiur.poteſt eſſe ratio, quia periurium eſt grauius
peccatum homicidio ſecundum Diu. Tho. quolib.j.q.ix. art. ij.& Sum
Silueſtr.in ver.periurium, q.ij.& q.v.dicit quod debet imponi periuro
pœnitētia magna, & non minor quàm pro homicidio, adulterio, & for
nicatione, ut in c.fi.xxij.q.j.vbi glo.dicit pro periurio, & homicidio, &
omni peccato mortali imponitur ſeptemnis pœnitentia: ubi Archid.
quod pœnitentia reſpectu annorum eſt eadem, ſed homicidæ pœna
grauior eſt parata, & facit, quia periurus eſt infamis, c. infames. vj. q.j.
cum pluribus authoritatibus, ibi per Silueſtr. allegatis. ideò cum pe-
riuro ad abſolutionem non ita faciliter proceditur ſicut cum aliis, &
intellige de periuro ratione deficientis ueritatis, non ratione deficiē
tis iuſtitiæ, uel iudicij, de quibus ſupra diximus. De iure ciuili, qui per
principem peierauit, fuſtibus caſtigatur ſuper dicente pręcone, impor
tune noli iurare. l.ſi duo.§.vlt.ff.de iur.iu. Duaren.in Commentariis de
iureiu.

iureiu.nu.54.nisi calore peierauerit.l.ij. C.de reb.cred.Cuiat.lib. viij.
obseruat.c.vij.& c. xix.lib.ij. obseruat. & qui periurat per Deum, so-
lùm Deum habet vltorem, ut in d.l.ij.C.de reb.cred.ideò in foro po-
li punitur pœnis superius expresſis.

43 ¶ Absolutus à iuramento ad effectum agendi an sit absolutus à uin-
culo iuramenti in contractu valido opposito, quia virtus iuramenti,
quæ contractum validat, remanet firma secundum Bal.in l. hæc scriptu
ra, vbi Soc.num.3.ff.de cond.& demonst. sed si probatur inualiditas cō
tractus tunc sunt opiniones Doctorum, an requiratur alia absolutio
plenaria, vel sufficiat prima ad effectum agendi, Castr. cons.cclix. colu.
fi.lib.ij.tenet quòd factis probationibus, non sit necessaria alia absolu
tio à iuramento, quia qui potest agere, potest vsq; ad finem litis agere
sine incursu alicuius periurij vocata parte, quæ licèt à principio nō fue
rit plena, tamen factis probationibus repletur, & sufficit ad finem obti
nendi & peragendi ita, vt de nouo non sit necessarium petere aliā ab-
solutionem, & ponit exemplum in eo qui dicit sententiam excommu-
nicationis nullam, & petit absolutionem à Iudice ad cautelam, ad hoc
vt possit de nullitate docere, & iudex illi concedit absolutionē ad cau-
telam; demum docet de nullitate sentētiæ excommunicationis, & tūc
non debet aliam absolutionem obtinere, c.per tuas, de senten. excom.
vbi glo.in vers.in Sædicen.videtur hoc innuere, & notat ibi Innoc. col.
ij.cir.fi.Paris.cons.xxviij.num. 45.lib. iiij. & in ista absolutione ad effe-
ctum agendi residet Pau.de Ca.in d.cons.cclix.lib.ij.quem refert Go-
mes.in d.tract.Breuium, num.48.vltra med. facit Bal. cons. ccccIxxiiij.
lib.v.Afflict.decis.ccxx.num.9.& 10.& Aym.cons.vij.num.7. circa prin
cipium, & in hunc sensum potest intelligi decis. Cassad.vni. de empt.&
vend.quæ vult, quòd vbi est probata enormissima læsio ultra dimidiū
iusti pretij, vtputa quia domus fuit uendita pro mille, & tamen tempo
re venditionis erat valoris 2300. & illa 300. vltra 2000. erat maximus
excessus, cum duo mille penitus de iure sufficerent pro rescindenda
uenditione, & illa 300.per iuramentum, ut aliquid operaretur tolli de
beret, tamen Domini tenuerunt iuramentum non obstare, quia nō de
bet esse vinculum iniquitatis: nam intelligenda est illa decisio quod
agens absolutus ad effectum agendi non egeret alia absolutione, quia
iuramentum nō debet esse uinculū iniquitatis, alias male loqueretur.

44 ¶ Contrariā partē uidelicet, quod non sufficiat absolutio ad effectū
agendi obtenta, quæ solum habilitat, ut sine reatu periurij qui possit
detegere fraudem contractus, læsionem & similia, & hæc est leuis præ-
iudicij & conceditur parte non citata, sed aliam requiri, quæ tollat in
totum vires iuramenti post detectam fraudem, uel læsionem tenet Ol
drad.cons.cxx. & tunc in tali absolutione per iudicem concedenda re-
quiritur partis citatio, & causæ cognitio. Ang.verò in disputatione in-
cipien. Catherina dicit, quod dicta absolutio ad effectum agendi ob-
tenta

obtenta non tollit iuramentum super ualiditate contractus appositi,
quia contractus est ualidus & irreuocabilis: sed si esset absolutus à iu
ramento interposito de non contraueniendo contractui, tunc quia iu
ramentum istud est personale, si ab eo absoluatur, potest contraueni-
re contractui, Abb. qui refert & sequitur Angelum in c.j. nume.12.de
iureiur.ubi Feli.num. 26. sed tamen ibi uers. sed cogitanti mihi de in-
tellectu prędictorum, tenet opinionem Abb.in c.cum contingat, eo.ti.
ubi tenet contra Ang.hac ratione quòd agens ex contractu nullo non
poterit ei obiici uis iuramenti, iam sublati, & ad istum finem faciunt
quæ dicit Aym.consi.vij.nume.7.quod ista absolutio ad effectum agē-
di est limitata ad agendum, tamen non operatur vltra intentionem
concedentis, & ad hoc faciunt quæ dicit Franc.Turzan. Collega præfa
tus, in c.ij.conclusione communium opinionum, num.3.quamuis Feli.
quem allegat, resideat in supradicta opinione Abb.Soc. uerò in l. hæc
scriptura, num.3.in prin.recitat opinionem Ang.ff. de cond.& demō.
tamen distinguendo videtur residere cum opinione Felini, licèt de eo
non faciat mētionem, dicens quòd aut contractus est inualidus & ha-
bita absolutione poterit uenire contra. Aut contractus est ualidus, sed
iurans non potest contrauenire propter iuramentum, & hoc casu ha
bita absolutione potest contrauenire. Aut contractus est nullus, sed
firmatur iuramento, & in isto casu sequitur opi. Bal.in d.l. scripturas,
ubi quod iuramentum censetur remissum per absolutionem respectu
periurij, sed uirtus ualidatiua contractus per iuramentum remanet,
& sic dicit contra Feli. quod licet de iuramento excipi non possit, ta
men excipi poterit de contractu ualido propter uirtutem iuramenti,
quæ non cessauit. Aym. uerò d.consi.vij.num.7.uers. quando autem.di
cit quòd quando simpliciter conceditur absolutio à iuramento, dubi-
tat an tollantur uires contractus, & allegat Socin. ubi supra, & consil.
cxv.num.3. lib.j. ubi loquitur in eo qui contraxit non seruata forma le
gis, & dicit quod in instrumento huiusmodi non reperitur neque iudi-
cium, neque iustitia, eius comites; & num.6.tenet quòd isto ultimo ca
su non est concedenda absolutio à iuramento apposito super contra
ctu facto contra formam legis etiam data læsione, & allegat auct. sacra
menta puberum, & quàmplures authoritates Doctorum, & quod ni
hilominus in dicto casu nullus potest absoluere nisi solus Papa (ut ibi
firmat, num.9.& sequen. de mente Innoc. & aliorum) ante cognitionē
doli, fraudis, & metus: post autem inferior posset absoluere, vt in ca.
j.& in c.debitores, de iureiur.Corn.consi.vj.num. 14.lib.j.postquàm re
citauit opinionem Ang. & aliorum, & ipse distinguit quòd aut con-
tractus tenebat solo iuramento, & tunc sublato iuramento eliditur
contractus, aut sustinebatur ex alio iure, & tunc sublato iuramen-
to datur remedium rescissionum contra contractum, ex l. ij. C. de re-
scin.vend.uel ex alio iure, & consi. clxxxix.nu.6. eod. lib.j.tenet quód

C per

per absolutionem à iuramento non tollitur contractus de se validus,
& in ista opinione residet Aym. d.consi. vij. num. 7. vltra medium,
Hypp.de Mars.sing.dxxix.tenet quòd absolutus à iuramento non po-
test venire contra contractum validum de iure & perfectum sine iura
mento, Didac.Couar.in lib.Var.Resol.primo. cap.iiij.num.6.vsque ad
fin.cap.examinat dictam doctr.Bal.& Soci.in d.l.hęc scriptura,& con-
cludit absolutionem ad effectum agendi obtentam sufficere agenti
ad rescisionem contractus, quando causa tractatur coràm Ecclesia-
stico,qui potest super iuramento iudicare, secus uerò tractatur causa
coràm Indice Layco qui non potest super iuramento iudicare,& tunc
quod requiratur alia absolutio à uinculo iuramenti, & allegat opti-
mas rationes, & authoritates,quem sequor ex eo, quia eius opinio in
praxi, in Romana Curia seruatur coràm Dominis meis Sacri Palatij
Apostolici causarum Auditoribus, qui postquàm agentem ad rescis-
sionem absolutum à iuramento, seu periurio,uigore literarum sacræ
Pœnitentiariæ, uel S. D. N. Papæ ad agendum admiserunt probata
contractus inualiditate ipsi solent ad sententiam rescissoriam con-
tractus iurati procedere sub ista citatione, ad uidendum reitarari ter
minos substantiales, &c. deferri iuramentum in supplementum, &c.
& infrascriptum instantem, &c. à quibusuis excommunicationis, a-
lijsque sententijs, pœnis, & censuris Ecclesiasticis quibuscunque oc-
casione, & causa in eum forsan latis, & promulgatis ad cautelam, &
ad effectum ualiditatis sentētiæ diffinitiuæ pro eo per dictum Audito
rem ferendæ absolui, & communioni fidelium, & participationi Ec-
clesiasticorum Sacramentorum, & Sanctæ Matris Ecclesiæ gremio u-
nitati restitui in forma,& tunc Dominus Auditor Sacri Palatij absol-
uit instantem iuxta petita, & ex qua absolutione ab omnibus censu-
ris,& pœnis, censetur etiam absolutus à uinculo iuramenti, quia iu-
ramentum est uinculum iniquitatis,quando est appositum in contra-
ctu rescindendo,cap.si uerò,de iureiuran.cap.inter cætera.xxij.quæst.
iiij. ea propter Iudices Ecclesiastici sine alio rescripto impetrando
possunt plenariam absolutionem à iuramento factis probationibus
concedere,& in istis terminis est intelligenda doctrina Paul.de Castr.
& aliorum,de quibus in prima oppositione,& pro isto dicto facit Sta-
phil.de lit.grat.& iusti.fol.167. secundum primam impressionem, &
Gomes. in regul. de iur. quæsi. non toll. quæst.xv. ubi quòd probata
enormissima læsione Papa, & Pœnitentiaria per quandam conse-
quentiam uidetur tollere ius quæsitum per absolutionem à iura-
mento.

45 ¶ Sed quando coràm Iudice Layco litigatur, tunc requiri aliud re-
scriptum à Papa plenariæ absolutionis à iuramento ualidante con-
tractum,& in isto casu debet habere locum oppositio Socin. & Bald.
& sequacium, de quibus in secunda opinione allegata. & ratio est,
quia

quia iudex laycus nihil potest super iuramento disponere, & in hoc casu mihi placet opinio Didac. Couar.in d.c.iiij. lib.j. Variarum Resolutionum, num.7.& sequen.

46 ¶ Verum restat nihilominus magnum dubium circa præmissa, videlicet in eo qui est absolutus à iuramento apposito in contractu in forma Cameræ ad effectum agendi,seu experiendi, idest, quod ei est apertum os tantum, ut possit probare læsionem, non numeratam pecuniam, & similia, & licèt post absolutionem ad effectum agendi obligatus in forma Cameræ probauerit læsionem enormissimam, non numeratam pecuniam,& similia : tamen propter priuilegia dictæ obligationis in forma Cameræ concessa per Leonem X. Auditori Camerę sub dat. sexto idus Martij, anni M D X I X. non tollitur dictæ obligationis vigor, & exequutio, vt infra patebit : nam dicti priuilegij uerba sunt infrascripta, uidelicet, in processibus, seu iudiciis, & causis coram eo, uigore obligationis in forma Cameræ, introductis etiam ubi in initio, uel in prosecutione litis rescripta, seu commissiones apostolicæ interuenerint, absolutionibus à iuramento, necnon dilationibus, seu moratorijs etiam ad modicum tempus, etiam illis, quas salinarias uocant, & quibusuis aliis concessionibus etiam super cessione bonorum, seu quinquennali dilatione,& contra quascunque personas,de quibus ibi,quę priuilegia sunt confirmata à Summis Pontificibus vsque ad istam diem. per quæ uerba monstratur quòd absolutio ad effectum agendi non tollit effectum iuramenti, & exequutionem prouenientem uigore obligationis in forma Cameræ iuramento firmatæ, & hoc firmarunt Domini de Rota, ut refert Tholomæus in sua decisione xxxj. & xliiij. in qua dicitur quòd talis facultas data à Principe habet uim statuti, & statutum in quo conceditur guarentigia, & exequutio, non obstante quacunque exceptione, operatur quod non retardetur exequutio instrumenti guarentigiati per exceptionem non numeratæ pecuniæ, & similium, Baldum in l. in contractibus, in fin principij, C. de non numer. pecun. & Iason in l. qui pecuniam, colum. j. nume. 2. ff. si cert. petat. Bened. de Barzis in tract. de guarentigia, parte iij. quæstio. 4. Rebus super constitut. Regies,in tract. de chirographorum, & cedularum recognitione, articu. xciij. nume. 31. & sequen. car. 211. & allegabantur ibi aliæ rationes, videlicet, quia plura iuramenta erant in dicta obligatione apposita,super quibus primo non erat petita absolutio, & à quibus postea actor fuit à Pœnitentiaria absolutus, & tamen Rota semper mādauit, vt fieret exequutio non obstante absolutione, & noluerunt agentē admittere nisi facto deposito actuali per cedulam banchariam debiti attento stilo A. C. qui solet in certis casibus rigorem obligationis in forma Cameræ moderare, & admittere obligatum ad agendū,

& probandum facto deposito, & tunc si probabit, obligatus absolui-
tur à petitis; sin autem, Auditor facit statim pecunias depositas con-
signare, ut dicitur in d. decis. Tholom. lxv. & in contractu guarenti-
giato, & iurato, ità tenet Cassan. super Consuet. Burg. rub. iiij. §. j. glos-
sa contraulx, num. 40. & sequen. cart. 129. Quare optimus practicus
bon. me. Ant. Galle. in tract. oblig. Cam. par. iiij. quæst. iiij. car. 93. num.
2. & 3. monet procuratores debere esse cautos, ut opponant, & non
permittant probare uolentes simulationem, non numeratam pecu-
niam, & similia, quia postquàm probata est simulatio, & pecuniam non
esse numeratam, Iudex potest, non obstante iuramento, pronunciare
super simulatione, & similibus; alleg. Alex. in l. nemo potest, col. iiij. uer
sicu. quorum dicta, ff. de leg. j. cum multis alijs authoritatibus. sed par
cat mihi tantus uir, credo quòd Alex. malè dixerit, si intellexit quod
possit ad ulteriora in examine, & in causa procedi iuramento non
obstante, si non sit obtenta absolutio à iuramento ad effectum agen-
di, & aliàs prout supra, uersi. absolutus, & sequen. ubi latè diximus, iu-
xta doctr. Didaci, & aliorum, sed debet eius dictum intelligi, ut proce
dat in probationibus factis, obtenta absolutione à iuramento, & iu-
xta decis. Ioan. Paul. xxxj. xliiij. & lxv. & superius dicta, aliàs esset foue-
re periurum in suo peccato, quod non est dicendum aliquo pacto, & si
opponeretur exceptio periurij; & ea non obstante procederetur, pro-
cessus esset totus nullus, ut supra diximus.

47 ¶ Notandum est; et quod absolutio à iuramento fieri debet ex com-
muni opinione Doctorum parte citata ad uidendum absolui, & cum
causę cognitione: nam talis relaxatio à iuramento ius tribuit in quã
tum inhabilem habilitat ad iudicium, Anch. consi. ccclxxxij. Capell.
Tolos. q. lxij. ubi Aufrer. Alexand. ubi additio, consi. ccxxij. num. 8. lib. ij.
Ias. in l. nequicquam. §. ubi decretum, num. 49. ff. de offi. procons. Rolà
Vall. consi. xiij. num. 27. lib. j. asserunt istam esse communem opinionẽ,
Rot. uerò decis. viij. de iureiur. in antiq. dicit, quòd aliquando S. D. N.
Papa committit Auditori, ut relaxet iuramentum, si & prout de iure
fuerit iuramentum relaxandum, tunc potest relaxare solum ad agen-
dum principaliter in causa, parte non uocata: si uerò relaxetur ad ef-
fectum tollendi obligationem, uel ad probationem causæ, tunc est uo
canda pars. ista distinctio Rotæ mihi ualdè placet, quia absolutio ad ef
fectum agendi est modici præiudicij, Anchar. inter consi. Cald. j. de fe-
rijs, & Cald. consi. vij. de iureiur. Rolà Vall. d. consi. xiij. num. 38. firmat
quod non requiratur citatio partis in absolutione à iuramento, ad ef
fectum agendi, & asserit istam esse communem opinionem, & ita ser-
uari in omnibus Curijs.

48 ¶ Absolutio à iuramento si petatur calumniosè, utputa quandò peti
tur tantùm ad differendũ negociũ, uel impediendã exequutionẽ, quia
malitiosè petitur, de iure nõ debet cõcedi. Ias. in l. j. col j. in fi. ff. de off.
assess.

assess. vbi Purpur. nu. cxv. Neuiz. cons. xxiij. nu. 13. intellige tu de absolu
tione plenaria, quia pro obtinenda illa, quæ conceditur ad effectum
agendi, quæ est modici præiudicij ex sola partis narratione in rescri-
pto Papæ, vel Pœnitentiariæ, aut Episcopi conceditur, sed absolutio
plenaria, & quæ tollit uires contractus, & iuramenti, de qua supra abũ
dè dictum est, non debet concedi quando constat de calumnia, & ma-
litia, sed solùm quando plenè est probata causa, propter quam contra
ctus debet rescindi, vt supra dictum est.

49 ¶ Nec est inconueniens uidere, si minor xxv. & maior xiiij. annorum
uendiderit bona stabilia non seruata forma Constitutionis, & iuraue-
rit non contrauenire, & seruari per eum promissa, & postea tacuerit,
per xv. vel viginti annos subsequutos, an possit contractum huiusmo
di uenditionis factum impugnare? & uidebatur aliquibus, quòd etiam
quòd uenditio esset nulla ex defectu solemnitatum non seruatarum,
tamen quod iuramenta puberum confirmabant contractum, per
tex. in auth. sacramenta puberum. Ego enim ualde dubito, quoniam
Constitutio disponit etiam super iuramento, quare tunc obtenta ab-
solutione à iuramento, poterit instrumentum impugnare, Didac. latè
in c. quamuis, de pact. num. 6. par. ij. §. j. num. 8. ubi dixit, An iuramentũ
habeat uim confirmãdi contractum à lege prohibitum. sed pro supra
dicta opinione facit præscriptio proueniens ex lapsu temporis post
completam ætatem xxv. annorum, ut in l. fin. C. si maior factus, lib. v.
Put. decis. cxcv. lib. ij. dicit iuramentum seruandum esse; sed vide quę
dicam infra glossa viij.

50 ¶ Sed quid si iuramentum ex falsa causa fuit appositum in contractu,
An iuramentum propterea confirmet contractum uenditionis? & ui-
detur dicendum quod si causa, propter quam fit uẽditio est falsa, iura
mentum nihil operatur, Pari. cons. xcvj. nume. 24. lib. j. quia si causa est
falsa non adest consensus, & iuramentum non supplet consensum, l. vlt.
C. de non num. pec. Bal. cons. cccxlix. in fi. lib. iij. & vbi est defectus con-
sensus, iuramentum nihil operatur, Bald. & Sali. in l. j. C. de commoda.
Tiraq. in præfat. l. si unquam, nume. 148. C. de reuoc. donat. & faciunt,
quæ diximus supra vers. non desunt alij, vbi diximus quod iuramentũ,
vbi deest consensus non supplet solemnitatem, neque absolutio à iu-
ramento tunc requiritur, & etiam ea, quæ diximus circa comites iura
menti, inter quos est veritas, sed vbi ex falsa causa interponitur iura-
mentum, deest veritas, idest conscientia. vnde iuramentum sine veri-
tate dicitur falsum, vide supra vers. effectus huius iuramenti, circa fi. &
quando decretum interpositum ex falsa causa nullum sit, vide Rot. de
cis. ij. num. 6. de reb. eccl. non alien. in antiq. & de iure causa alienatio-
nis apud acta probari debet. l. minorum, & l. fi. C. de pręd. & aliis rebus
minorum, vbi glo. Alber. Sali. & alij: quia si non adsit æs alienum, decre
tum interponitur ex falsa causa. l. magis puto. §. si æs, ff. de reb. eorum.

vbi quòd non pasſim conceditur licentia prętori alienādi bona mino ris,ſed ita demum ſi cauſa alienationis , vera ſit , aliàs decretum tan- quàm interpoſitum ex falſa cauſa nullum eſt, ita de iuramento dici po teſt,quoniam non obligat ultra conſenſum,Tiraq.in d. præfat. de re- noc.dona.num.163.& non auget obligationem, ſed ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur,& addit Religionis vinculum Tiraq. ibi, num.165.& recipit omnes conditiones , ac uires actus principalis ſu- per quo interponitur,Bar.Bal.Salic.& alij in d.l.vlt.C.de non num.pec. & Tiraq.in d.num.165.licèt Rol. à Vall.conſ.vj.num.37.& ſeq.lib.j.de- claret non ſemper eſſe uerum iuramentum recipere eandem interpre tationem quam recipit actus principalis cum aliquando aliquid ultra operetur,& intelligitur rebus ſic ſtantibus,Tiraq.ibi,num. 166.& ſeq. & nunquàm iuramentum trahitur ad non cogitata.c.Quintauallis,de iure iur.& Tiraq.ibi,num.170.nec ad ea de quibus uerisimiliter iurans non diſpoſuiſſet ſi expreſſum fuiſſet,Tiraq.ibi,num.171. tamen iurans non debet propria authoritate iuramento ſe opponere, ſed debet pe tere abſolutionem ad effectum agendi donec uideatur , an iuramen- tum oppoſitum ſit ex falſa cauſa,ut diximus ſupra de contractu,ſimu- lato,& ſimilibus,ideò ſemper quicquid agis contra iuramentum,cum authoritate Papæ , & ſuperioris facias , aliàs contrauentio ſemper eſt periculoſa propter periurium,& peccatum mortale .

51 ¶ Notandum eſt etiam quòd ſolus Papa poteſt concedere plenariam abſolutionem,Soc.conſ.cxv.nu.9.lib.j.& in caſu auth.ſacramenta pub. & aſſerit eſſe de mente Specul.Innoc.& aliorum per eum, ibi citatorũ, d.Didacus Couarru.in c.quamuis,par.j.§.iij.de pact.lib.vj.num.8. & 9. dum diſputat, An imperator poſsit ſuper iuramento diſponere.tandē fol.26.verſ.ſecundum.reſidet, quòd nullus poſsit abſolutionem à uin- culo iuramenti concedere excepto Sanctiſsimo Romano Pontifice,& Epiſcopo,c.ſi uerò.c.cum quidam.§.vlt.c.j. de iureiur. cum aliis per eũ allegatis,Sum.Silueſt.in ver.iuramentum quinto,§.ij.dicit quod Papa , & Epiſcopus poſſunt abſoluere à iuramento,ſi adeſt cauſa , & nõ aliàs. eſt autem iuſta cauſa uitare ſcandalum , uide ſupra, quæ diximus de pœnitentiaria,& ſignatura iuſtitiæ , verſ. quis autem poſsit à periurio abſoluere . Præterea Neuiz.conſ.xxiij.nu.11.dicit quòd in caſu dubio ſolus Papa poteſt à iuramento abſoluere,Didac.in c.quamuis,de pact. lib.vj.par.j.§.tertio,ſub nu.8.verſ.ſecundum quod, vbi quod abſolutio à iuramento,ei ſoli ſpectat cui cura religionis commiſſa eſt .

52 ¶ Epiſcopus poteſt iuramentum relaxare quando ex parte iurantis , vel recipientis , aut materiæ eſt turpe , utputa ſi ſit dolo metu, aut ui extortum , aliàs ſi iuramentum eſt ex omni parte licitum , Epiſcopus non diſpenſat , ſed Papa, Sum. Silueſt. in ver.iuramentum.j.§.iij.& eſt maxima differentia inter diſpenſationem cõceſſam à Papa, & ab Epi ſcopo : nam Epiſcopus non poteſt niſi in ſua diœceſi, nec in caſu dubio,

nec minus in magnis : Papa uerò poteſt per totũ orbem, & in dubiis , & in magnis diſpenſare & abſoluere,Sum.Silu.ibi.§.iiij. vbi concludit, quòd inferiores ab Epiſcopo non poſſunt à iuramento abſoluere .

53 ¶ Quid in Vicario Epiſcopi , an poſsit abſoluere à iuramento , parte non citata,Rol.conſ.xiij.num.25.uol.j.tenet,quòd non poſsit parte nõ citata abſoluere,ſed num.38.firmat contrarium, quòd poſsit abſolue re ad effectum agendi,parte non citata,quia eſt leuis præiudicij , & ꝙ hæc eſt communis opinio Doctorum , & communis curiarum obſer- uantia .

54 ¶ Abſolutio an concedi debeat , quando iuramentum interponitur ſuper contractu,prohibito in odium creditoris, ut in pacto legis com miſſoriæ.c.ſignificante,de pigno.& Bar.in d.l.ſi quis pro eo,q.iiij.num. 10.ff.de fideiuſſ.dicit abſolutionem à debitore petendam , & ei conce dendam eſſe à iuramento , quia licèt iuramentum ualidum ſit, tamen non firmat pactum quod eſt à iure improbatum,& ſic in omnibus con tractibus prohibitis fauore unius partis.Innoc.uerò in d. c. ſignifican te,de pignoribus tenet,quod huiuſmodi contractus firmetur iuramē to,Bal.in l.non dubium.C. de legi. tenet quòd concedi poſsit abſolu- tio,& Alcia.in d.c.cum contingat,nume.75. dicit, quod eſt communis opinio,quòd in iſto caſu non concedatur abſolutio,quia iuramentum eſt ſeruandum licèt poſtea detur repetitio , & ibi ponit regulam cum certis fallentiis,Sum.Silueſt.in ver.iuramentum quinto , q. xiiij. ponit exemplum in c.debitores, eodem ti.& dat debitori quam plura reme dia,& inter alia quod poſsit petere abſolutionem à iuramento, & pla- cet mihi iſta,quia adeſt iuſta cauſa concedendi abſolutionē à iuramē to,cum iuramentum ſit interpoſitum ſuper contractu à iure reproba to,quod præbet iuſtam cauſam petendi abſolutionem,quia deeſt in iu ramento,iuſtitia,& hoc etiam tenet Didac.Couar.lib.j. uariarum re- ſolut.c.iiij.num.5.& in c.quamuis,de pact.lib.vj.par.ij. §.j. num.7.uerſ. iiij.ex communi.& in uerſ.primus quidem conſtituendus.

55 ¶ Prętereа ſciendum quod ſi datur ſimpliciter abſolutio à iuramen to interpoſito ſuper contractu nullo & ab eodem iuramento, confir- mato quod obtenta ſimpliciter abſolutione à iuramento, confirman- te,contractus remanet nullus, quia nulla uis contractui ſupereſt, nec de eius iuribus agi poteſt , ſecus ſi abſolutio eſſet ſolum conceſſa ad effectum agendi quia remanet uis iuramenti,& debet de uiribus con tractus diſputari.D.Didac.in d.c.quamuis, de pact.in vj.par.ij. §.j. nu. 7.in fi.uide ſupra,nume.44.& ſequen.

56 ¶ Quintus caſus principalis Bar.in d.l.ſi quis pro eo, eſt quòd contra ctus prohibitus à iure fauore debitoris firmatur iuramento , & ponit exemplum in auth.ſacramenta puberum. ibi, ſuper contractibus non retractandis, ſed inuiolabiliter obſeruandis , Alciat. in d.c.cum con- tingat, num.90.uerſi.quintus caſus.D.Didacus in d.c.quamuis,de pac.

in vj.par.ij.§.j.num.5.aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, quòd contractus iuramento firmatur, & ibi non loquitur quod poſsit abſolutio obtineri. Silueſt. uerò in Sum. in verſ. iuramentum. q.5. diſtinguit, aut lex reſiſtit iuranti propter fauorem Reipublicæ principaliter, & tunc iuramentum non ualuit, nec requiritur abſolutio. Corn. conſi.lxxviij.num.9.lib.j.Gozad.in l.omnes populi, num. 125.ff. de iuſtit. & iur.Roland.conſi.xxxix.nu.36. lib.j.uide infra glo. v. num. 5.aut lex reſiſtit principaliter propter fauorem iurantis, ut in minore, muliere, & ſimilibus, & tunc iuramentum ualet, ſed debet concedi abſolutio ſi conſtat de læſione, & Alciat.d.c.cum contingat, num.90. de iureiu.uerſi.fallit.& ubi adeſt læſio ſemper debet cõcedi abſolutio, Bar. ibi in d.v.caſu, & hoc modo declaranda eſt doctrina Moder. Ferrarié. Inſtit. quibus alienare licet, uel non.§.ij.nu.26.dũ dicit non eſſe ſeruandum iuramentum ſi minor in tali contractu eſt enormiter læſus. tu declara poſt obtẽtam abſolutionem à iuramento, alias male loquuntur, quia nullus poteſt contrauenire iuramento ſine incurſu periurij & ſic peccati mortalis abſque autho.Papæ, uel Epiſcopi, vt ſupra dictũ eſt. Ioan.Maurit.in tract.reſtitut.in integ.c.cxix.dicit quòd minor debet abſolutionẽ a iuramẽto petere ſi ſe obligauit ſua facilitate, & hoc eſt tutius, & ca. cxx.dicit obtinendam eſſe etiam ubi inſtrumentum contineret clauſulas inſolitas.

57 ¶ Sextus caſus Bar.in d.l.ſi quis pro eo, eſt quando prohibetur contractus fieri videlicet, vt nullus poſsit alteri ſtipulari, ut in §.alteri, in l.ſtipulatio iſta. ff.de uerbo.oblig. & in iſto caſu quæritur an talis ſtipulatio ualidetur iuramento promittentis ſaltem de æquitate Canonica.Alci.in d.c.cum contingat, num.109.uerſ.decimus caſus, ubi aſſerit ualidari iuramento, & iſtam eſſe communem opinionem, & laté firmat Didacus Couar. in d.c. quamuis, par. ij.§.iiij.per tot.ubi etiam loquitur de pacto nudo, nu.xxij.& ſeq. & ſic non videtur cõcedi poſſe abſolutionem ſi non doceatur de cauſa concedendæ abſolutionis uidelicet de læſione, vel dolo, aut de metu, ut ſupra dixi, quia iuramẽtum non erit uinculum iniquitatis, & poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ.

58 ¶ Septimus caſus Bart. eſt quando interponitur iuramentum ſuper actu requirente ad illius probationem certum numerum teſtiũ, qui deficit, & tunc iuramentum non ſupplet illum defectum, quia talis defectus reſpicit fauorem publicum, cui non poteſt renunciari, vt d. l. ſi quis pro eo, num.3. quem ſequitur Abb. & Alciat. in d.c.cum contingat, num.93.& ſequen.& D.Didacus, in d.c.quamuis, par.ij.§.vj.per to. & iſto caſu concedi debet abſolutio à iuramento, ex quo contractus eſt nullus de iure ciuili, & non validatur iuramento, quia non poteſt ſupplere ſolemnitatem probatoriam. Tamen credo ꝙ iurans non poſſit contrauenire non obtenta abſolutione à iuramento, quæ conce-

di de-

di debet cum adſit iuſta cauſa.

59 ¶ Octauus caſus Barto.in d.l.ſi quis pro eo, numer. 14. eſt, quod iuramentum deferri prohibetur ratione defectus omiſſæ ſolemnitatis formalis, ut in ſtipulatione in qua uerba requiruntur, tunc ceſſantibus uerbis deficit ſolemnitas formalis, quæ iuramento non firmatur in ea forma, in qua actum fuit, licèt poſsit valere omni meliori modo, quẽ ſequitur Alciat.in d.c.cum contingat, num.98. & ſequen. D. Didac. in d.c.quamuis, parte ij.§.vj.num.3.& ſequen.de pact.lib.vj. & in iſto caſu poteſt etiam dari abſolutio à iuramento, quia deficit iuſtitia & iudicium in iuramento.

60 ¶ Nonus caſus Bar.in d.l.ſi quis pro eo, nume. 16. eſt, quando iuramentum interponitur ſuper re, ſuper qua non eſt cõmercium, & tunc actus non validatur iuramento, Alciat. in d. c. cum contingat, nume. 102.& ſequen.D.Didac, in d.c.quamuis, par.ij.§.vj.num.6.quæſtio. 16. & in iſto caſu debet etiam concedi abſolutio quia deficit iudicium, & iuſtitia in iuramento.

61 ¶ Decimus caſus Bar. in d.l.ſi quis pro eo, nu.17.de fideiuſſ.eſt, quando interponitur iuramentum ſuper tranſactione facta ſuper alimentis, quæ de iure ciuili prohibetur, & tunc iuramentum confirmat contractum, ut in cap. quamuis, de pact. ubi futuræ ſucceſsioni propter modicum renunciatur, Alcia.in d.cap.cum contingat, num.106.& ſequen.D.Didac.in d.cap.quamuis, de pact.par.ij.§.vj.q.xvij.& in iſto caſu concedi debere abſolutionem propter læſionem, uel dolum, & quia in iuramento deficiunt ueritas, iuſtitia, & iudicium, & hæc pro nunc uidentur poſſe ad iſtam partem accommodari, reliqua ſtudioſus colligat in locis ſuperius allegatis, & ab his qui ex profeſſo hanc materiam iuramenti tractarunt.

62 ¶ Præterea, quando iuramentum eſt præſtitum contra bonos mores, ut puta quando quis iurauit nõ loqui cum patre, matre, ſorore, & ſimilibus, conceditur abſolutio à iuramento. D.Didac.in d.c.quamuis, par. ij.in prin.fol.66.& in cap.iiij.lib.j.Var.Reſol.nu.5.uerſi.uerum.& quando ex eo inducitur peccatum, etiam ueniale, Rol. à Vall.conſil.xcvij. num.17.& 18. lib.j.

63 ¶ His ita diſcuſsis, & ſuppoſitis, uideamus an iuramentum ſuper contractu puberis, ſiue adulti interponendum, intelligatur de iuramento promiſſorio, uel alio? & uidetur poſſe reſponderi quòd propter uerba præcedentia ibi, quòd donationes, uenditiones, & alienationes, remiſſiones, ceſsiones, & quietationes ſub quacunque forma contractuum, uel uerborum à puberibus, ſeu adultis factę, intelligi poſſe de iuramento promiſſorio, aſſertorio, & confirmatorio contractus, uel diſtractus, & obligatorio; de quibus iuramentis diximus ſupra, uerſi.ſed ad quæſtionem propoſitam reuertendo, cum quatuor ſequentibus uerſiculis, quia Conſtitutio in tribus primis caſibus loquitur in contractu: nam

donatio,

donatio,uenditio,& alienatio,ſunt contractus; ceſſio,remiſſio,& quie
tatio ſunt diſtractus,ut dictum eſt ſupra gloſſ.j. & in contractibus, &
diſtractibus ſi minor promittit obſeruare, confirmat contractum iu-
ramento dum aſſerit omnia narrata eſſe vera, & obligat ſe ad obſer-
uationem,ideo de iſtis omnibus iuramentis eſt intelligenda conſtitu-
tio præfata, quæ intelligentia eſt valde neceſſaria ad hoc vt quando
quis petit abſolutionem à iuramento à Summo Pontifice,uel Epiſco-
po poſsit exprimere à quo iuramento petit abſolutionem, quia à iu-
ramento aſſertorio difficilius conceditur abſolutio, Didac.in c.quam-
uis,de pact.in vj.par.j.§.tertiò,num.3.Neuiz.conſi.xxiij. num.4. uerſic.
non obſtant, quæ ab alijs præfatis,& Gozad.in l.omnes populi, ff. de
iuſt.& iur.num.124.dicit quòd ille qui iurat omnia, & ſingula præmiſ-
ſa eſſe uera, non poteſt uenire contra iuramentum,etiam petita abſo
lutione,nam ſi quis aſſerit cum iuramento quid eſſe uerum quod ſcit
falſum eſſe,incurrit periurium ſtatim,& pęnas,de quibus ſupra,in uer
ſicul.ſed ad quæſtionem: ideo iuramentum aſſertorium non habet lo-
cum in minore,& perſonis prohibitis, & ita limitat Ant.Gab. lib.ij. in
tit.de mino.conclu.v.nume.41.in alijs iuramentis expreſſa cauſa faci-
lius conceditur abſolutio, ut dictum eſt ſupra, per diſcurſum.

64 ¶ Eſt etiam utile hoc ſcire, ut uideantur quot iuramenta ſint poſita in contractu,uidelicet,quæ aſſertoria,quot obligatoria,quot promiſ-ſoria,& confirmatoria ad hoc,ut de omnibus iſtis iuramentis in abſo-lutione mentio fieri poſsit,ut ſupra diximus,uerſi.& tunc in reſcripto eſt facienda mentio,& facit Socin.conſi.lix.num.1.lib.iij. Pariſ. conſil. xiiij.num.16. lib.j.

65 ¶ Et propter alium effectum,quia conſtitutio antiqua loquitur de u-no iuramento, Additio Carpen.loquitur de duplici iuramento,quare iſta additio fuit utilis,quando apponitur duplex iuramentũ, cũ alias dicta Cõſtitutio non habuiſſet locũ in contractu,ubi duplex iuramen-tũ interueniſſet,Ruin.conſi.ciij. nu.13.& 14.lib.iiij.Pariſ.conſil. xcvij. nu.10.& ſeq.lib.j.Soc.Iun.cõſi.iij.nu.26.lib.ij.Cur.Iun.cõſi.cxviij.nu.9.

66 ¶ Sed maius dubium eſt quando ſunt appoſita in contractu, uel di-ſtractu tria uel quatuor iuramenta, quia tunc conſtitutio loquens de duplici iuramento,duntaxat non extenderetur ad alia iuramenta nõ expreſſa, quia conſtitutio tanquàm exorbitans à iure communi eſt ſtrictè interpretanda,Pariſ.conſi.xcvij.num.11.lib.j. facit ad præmiſſa deciſ. Tholo. 44. ubi uult quòd obligatus in forma Cameræ abſolu-tus à iuramento de non contraueniendo cõtentis in inſtrumento non eſt abſolutus à iuramento appoſito, ſuper renunciatione non nume-ratæ pecuniæ,nec à iuramento aſſertorio in quo iurauit quòd omnia & ſingula pręmiſſa fuerunt & ſunt vera ideo erat opus alia abſolutio-ne à dictis iuramentis: & derogatione priuilegij conceſsi A.C. ſuper exequutione obligationum in forma camerę,& tamen hęc omnia non

tollunt

tollunt exequutionem dictæ obligationis in forma Cameræ,quę prius exequi debet: & poſtea obligatus põt repetere, quarę dubitari poteſt quod conſtitutio non comprehendat contractum in quo adſunt tria vel quatuor iuramenta cum loquatur tantum de duplici iuramento.

67 ¶ Verũ ego ſum in contraria opinione, videlicet quòd conſtitutio cõ-prehendat contractus, ſeu diſtractus in quibus ſunt appoſita tria, uel quatuor iuramenta, nam quoties in lege eſt introductum unum, vel alterum,bona occaſio eſt,& cætera quæ tendant ad eandẽ vtilitatem, uel interpretationem,uel certam,iuriſdictionem ſupplere, dicit tex-tus in l.Nã vt ait Ped.ff. de legib.& rõ redditur in leg.p̃ced.eo.tit.ubi ꝙ nõ poſſunt oĩa ſub legibus cõprehendi,ſed cũ in aliqua cã earũ ſen-tentia certa ad ſimilia procedi debeat, & cum præmiſsis cõcordat l.neque leges,cum ſeq.eo.tit.quæ ſunt leges antecedentes,& quia res humanæ ſemper tendunt in infinitum quia nihil eſt quod ſtare perpe tuo poſsit.l.ij.§.ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enucl.ita dicendum eſt in caſu præſentis conſtitutionis,vel intelligatur habere locũ ſiue po-ſita ſint duo,uel plura iuramenta,quia ratio eadem eſſe videtur:nam quemadmodum expreſſum eſt de duobus iuramentis in Conſtitutio ne ita eam trahendam eſſe ad tria, vel quatuor iuramenta, & quo-niam conſtitutio iſta quæ prohibet minorum,uel mulierum alienatio nes ſine ſolemnitatibus eſt utilis Reipublicę:nam Reipublicę intereſt ſubditos habere locupletes, & dotes mulieribus conſeruari, cum ſit ualde neceſſarium ad ſobolem procreandam dotatas eſſe fœminas. l. j.ff.ſol.mat.& quando lex eſt utilis Reipublicæ extendenda & adiuuã da eſt interpretatione ne legi fraus fiat,dicit tex. in l. hoc modo lega-ta,quæ eſt.lxiiij ff.de cond.& demon.& quia quando lex eſt facta in fa-uorem alicuius,aduerſus eum non eſt interpretanda, l. quod fauore, & l.nulla iuris ratio.ff. de legi. & quod fauore pupillorum excogitatum eſt,aduerſus eos non debet obſeruari.l.Diuus Hadrianus. ff. de Carbo niano edict. facit l. non eo minus.C.de procuratoribus, & l. contra, in princ.ff.de pac. præterea, benignior ſententia in interpretatione le-gis ſequenda eſt quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducitur, l.benignius,& d.l.nulla iuris ratio. ff.de legib. & l. ſemper. ff.de regul. iur. & facit,l.xviij.§.optimum, ff. de fundo inſtructo & hoc præſertim quia mens condentis hæc fuit iuuare minores etiam quod ter uel quater iurauerint, & demonſtratur ex uerbis conſtitutionis in addi. ibi,in quibuſcunque contractibus etiam cum duplici iuramento ap-poſitis, & ſic uoluit ampliare ad duplex iuramentum.ita & ex inter-pretatione eſt amplianda ad tria uel quatuor iuramenta, & ita con-ſuetudine interpretatur hæc conſtitutio, ut procedat in contractu in quo plura iuramenta poſita ſunt,quæ interpretatio ſequenda eſt, l. ſi de interpretatione,ff. de legib.& l.ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg. iur.& quia principium conſtitutionis eſt generale, & indefinitum fa-

cit

cit totam constitutionem generalem , & indefinitam,l.regula.§.& li-
cet, ubi glo.& Bar.ff.de iur.& fact.ignorantia tamen ad tollendum om
ne dubium,quia sumus in iuramento,in quo animæ periculum uersa-
tur , non esset malum super hoc habere Legati de latere, uel Papæ in-
terpretationem vel declarationem ad quos spectat canones Ecclesia
sticos interpretari.l.omni nouatione.C.de sacros.Eccle.prout soli Im
peratori leges iuterpretari & declarare competit.l.j.& l. si quid in legi
bus.l.cũ de nouo.l.cũ ueterib.C.de legi.l.ij.§.qa diuinæ,& §.si quid uerò
ambiguum fuerit ad Imperiale culmen referatur,cui soli leges conde
re,& interpretari concessum est,C.de vet.iur.enucl. & in auct. seu no-
uell.const,cxliij.sub rub.de mul.rapt.pass. in princ.ibi,legis interpre-
tationem culmini tantùm principali competere. Quare ad euitan-
dum periurium,& peccatum esset obtinenda dicta declaratio , & in-
terpretatio , seu potius suppletio dictæ Constitutionis à Legato , uel
Papa quod procedat constitutio in omni contractu,in quo plura iura-
menta posita sunt , etiam quod iuramenta tot sint , quot clausulæ in
contractu positę reperiuntur,Bal.in repet.l.ij.ff. de iureiur .col.xxviij.
in fi.uers.& quoad primam quæstionem,Soc.consi.lix.num.7.lib.iij.Pa-
ris.consi.xiiij.num. 16.lib.j.licèt ea quæ unico contextu fiunt pro uni-
co actu reputentur,Rom.consi.ccccxlv.num.3.Curt.Sen.consi.liiij. nu.
iiij.Corn.consi.xxxvj.num. 14. uol.ij.facit etiam Tiraq. dum loquitur
de actu correspectiuo,in l.si unquam, uersi.donatione largitus , num.
117.C.de reuoc.dona.tamen in iuramento secus dicendum arbitror,
quia clausulæ instrumenti partim sunt assertoriæ partim promissoriæ
& aliæ sunt diuersi generis, & iuramentũ refertur ad omnia,unde non
debet diuersa pro unico actu habere , & securius erit obtinere di-
ctam declarationem.

68 ¶ Diximus supra in prin.quod si minor, vel mulier iurat contenta in
contractu esse uera non facta cum vi,fraude,dolo,sed sponte,& ex cer
ta scientia,non per aliquam iuris,uel facti ignorantiam,quod ista clau
sula respicit præterita,uel præsentia, vnde iuramentum est assertoriũ
in quo non conceditur absolutio à iuramento nisi cum difficultate,&
de ista clausula Doctores,in l.nemo potest,ff. de leg. j. & Neuiz. consi.
xxiij.nume.iij.& diximus supra de iuramento assertorio, & illius abso
lutione, & facit Alex.consi.lxxxix.num.16.lib.ij.& addit.ad cõsi. Alex.
xxxvj.num.3.lib.ij.quæ allegat Bal.in rep.l.j.de iureiur.col.xxxv.& Fe-
li.in c.debitores,de iureiu.ad fi.cum aliis.

69 ¶ Tamen sunt quamplures tenentes quod uirtute istius clausulæ tolli
tur exceptio simulationis , & non debet audiri allegans simulationẽ
non obstante absolutione quia admittitur ad probandum suam tur-
pitudinem,Abb.in c.cum contingat,nume.20. de iureiur. ubi Alciat.
Alexand.consil. xxxvj. num.3. ubi add.Neuiz.consil.xxiij. nume. 4. vi-
de supra uersi.ij.inferri potest.Item operatur d.clausula quòd nõ pos-
sit op-

sit opponi exceptio non numeratæ pæcuniæ, nec alia tanquam res sit
iureiurãdo decisa,Franciscus Cremen.sin.clxxxiij.Rebuff.super cõsti.
Regijs in tit. de chirographi & cedulæ recognitione in præfatione,
nume.xxv.thom.j.car.ccx.Iac.Phil.Port.consi.lxvj.num.14.Paris.consi.
liiij.num.11.lib. j. dicit operari quòd non possit opponi exceptio si-
mulationis non obtenta absolutione à iuramento, Arrius Pinellus in
l.ij.C.de rescind.uend.par.iij.c.j.num.1.& 5. differit in clausula apposi
ta in instrumento per uenditorem, qui iurauit quod nullo modo ue-
nit aduersus contractum,ubi ex mente glo.concludit in maiore cessa
re remedium d. l.ij.

70 ¶ Coadiuuatur dicta clausula ex alia sequenti ibi, non facta cum ui,
fraude,metu,sed sponte,&c.quæ excludit omnem metum, fraudem,&
machinationem,Rebuff.super concord.de regia ad prælaturas nomi-
natione facienda,§.j.in glo.sponte factam,Paris.cons.liiij.nu.17.lib. j.

71 ¶ Et clausula , ex certa scientia, in contractibus operatur, vt cesset
præsumptio erroris,& ignorantiæ,Alex.cons.iiij.num.7.lib.j.Paris.con
sil.xcvj.num.70.lib.j.Ruin.cons.xvj num.3.lib.iiij.Ant. Gab. conc.j.lib.
j.communium opinionum,in fi.vers.xv.vbi dicit,quod ista clausula ni-
hil operatur in muliere,allegat Pau.de Cast. cõs.ccccxj.lib.j. nec in mi
nore,Rui.cõs.xcv.col.pe.vol.v.& vide ibi Gabr. d.concl.j.in vers.si quid
operetur dicta clausula.sed limita,quæ dicta sunt de minore, & mulie
re,quando contraxerant cum conscientia consanguineorum,& iudicis
decreto,quia tunc dicta clausula operatur,vt per Bal.in l.ij.q.ix. num.
12.C.de rescind.vend.Bar.& Ias.in l.fi.§.fi.nu.2.& 3.ff.de cond. indeb.

72 ¶ Præterea circa minorem,& mulierem declara,quod mulier, & mi-
nor non obstante dicta clausa ex certa scientia obtenta absolutione à
iuramento propter errorem potest errorem probare, secundum Soc.
cons.ccxiiij.num.5.vers.sed iterum,lib.ij.Alex.in l.qui Romę §.duo Fra
tres,num.54.& Ias.num.59.& seq.Rip.num.66.ff.de verb. obl. Soc. ite-
rum cons.lxxix.nume.46.vol. iiij. tenet quòd potest error probari,sed
interim instrumentum debet stare,c.cum contingat,de iureiur.ibi,ne
tali prætextu viam contingat periuriis aperiri, mulieres ipsæ seruare
debent huiusmodi iuramenta sine vi,& dolo præstita.Alex.cons. clvij.
num. 10.lib.vj.dicit,quòd si adest clausula in contractu , scilicet sciens
sciens , se ad inscripta non teneri , tunc allegans errorem non debet
admitti ad illius probationem.Rip.in d.§.duo fratres, nume.66.dicit ,
quod probato errore:dicta clausula ex certa scientia , nihil operatur ,
si autem non probetur error quod instrumentum stare debeat , iuxta
cons.Soci.lxxix.nu.46.lib.iiij.Paris.cons.j.nu.52. lib.j.

73 ¶ Quid si in instrumento talis mulier certioretur de iure suo, super
quo contrahit an requiratur generica,vel specifica certificatio? & vi-
detur,quòd specifica requiratur,per l.nec ignorans.C.de donat.ibi,vn
de si de hoc fundo non cogitasti,& Bal.& Ang. in l. qui iure militari ff.
de

de testa. milit. vbi dicunt illam legem non habere locum in muliere,
quæ præsumitur ignorare iura, & ideo requiritur certioratio specifi-
ca, & Cin. in l. ij. C. de rescind. vend. nu. 6. ver. præterea, dicit quòd mu-
lier præsumitur ignorasse ius suum, & in dubio non præsumitur cer-
tiorata, & de eo quod ignorauit non præsumitur cogitatum, & conse-
quenter iuramentum ad illud non trahitur, & idem dicit in minore, &
rustico, Feli. in c. si diligenti, num. 18. vers. Considera, de foro compet.
& requiritur talis scientia, quę excludat ignorantiam, l. mater, ff. de in-
off. test. facit Tiraq. in l. si unquàm, in præfat. num. 98. vers. secundo mo
do. vbi dicit quòd mulier debet certiorari de iure suo in specie etiam
quòd mulier, vel minor contraxerit cum consensu propinquorum, &
iudicis decreto, ex quibus habilitatur, vel integratur persona mulie-
ris, sed non propterea sequitur, quod mulier dicatur habere notitiam
de his; quæ ignorare præsumitur nisi illi eam certiorem fecerint: & li-
cèt curator, vel consanguinei sciuerint ius minoris, vel mulieris, tamē
illorum scientia non est minoris, uel mulieris, Bal. in l. ij. nume. 12. q. ix.
C. de rescind. vend. Din. cons. v. Ias. in l. sciendum, nu. 34. ff. de verb. obl.
& quia in dubio certioratio non præsumitur, glo. in ver. non vsuram. §.
igitur, in Auth. de sanctiss. Episcop. nisi esset iuratum, quia tunc non
videtur requiri certioratio, Alex. cons. xxvij. nu. 3. lib. j.

74 ¶ Declara quòd mulier, & minor sunt certiorandi in casibus in iure
expressis, secus in aliis, Tiraq. de retract. conuent. §. iiij. glo. vij. nu. 13. &
16. Rimi. cons. ccccxxvij. nu. 9. lib. iij.

75 ¶ Secundò declara quando potuit peritiores consulere, Tiraq. in d. §.
iiij. de retra. conuentio. glossa vij. nu. 19. & 20.

76 ¶ Tertiò declara, quando minor, & mulier scientes euidenter ius eo-
rum sponte, ex certa scientia, & bene consulti cedunt, Bart. in l. ij. C. de
rescin. vend. vbi Doctores, Franc. Viuius in tract. com. opin. in verb. mu
lier omni iuri, ad fin. & quando adest clausula, certiorata de iure suo,
tunc uidetur sublata illa erroris, & ignorantiæ præsumptio, Io. Cęph.
cons. ccx. num. 73. Bero. cons. xliiij. nume. 32. & 34. lib. j. post Alex. consil.
lxj. num. 3. lib. ij. & quando promisit non contrauenire cum iuramen-
to, quia tunc ius suum scire præsumitur, Bal. in l. j. in fi. C. de reb. cred.
Fallit iiij. quãdo constat ex multis actis proximis, & vehementibus de
scientia præsumpta in specie ipsius mulieris, vel minoris, quæ inducũt
plenam probationem scientiæ specificè præsertim eorum, quæ in ani-
mo consistunt, Aym. cons. lxxiij. num. 19. & cons. xv. nume. 11. & quando
præsumptiones, & coniecturæ sunt à iure approbatæ, quæ tunc proin-
de iuuant, ac si verè, & propriè, quis suam intentionem deduxisset, Fe-
li. in rub. de prob. nu. 2. quia dicuntur probationes liquidissimę, & suf-
ficiunt actori etiam ad impugnandum instrumentum, Aym. cons. clvj.
nume. 15. & plena, & perfecta probatio ex eis inducitur, Afflict. decis.
xiij. nume. 23. Alciat. de præsumptio. in iij. par. procemij, nume. 4. vbi
additio

additio, Aym. consil. cclxxv. nume. 11. Ioan. Cæphal. consil. ccxcvij. nu. 8.

77 ¶ Facit etiam, quia scientia præsumpta in specie coadiuuatur à scien
tia genericã, quæ scientia in genere sufficit, vbi in contractu apposita
est clausula, ex certa scientia, Alexan. cons. xiiij. nume. 20. & seq. lib. vj.
Soci. cons. lix. num. 20. lib. iij. imò scientia in genere sola sufficeret nisi
specifica pro forma requireretur, Tiraq. in l. si unquàm in præfat. num.
80. C. de reuoc. don. Aym. cons. ccvij. col. fin. & vbi de iure expressum est
scientiam in specie requiri, secus in aliis, Tiraq. in tract. conuent. §. iiij.
glo. vij. num. 13. & 16. & in remedio l. ij. C. de rescind. vend. sufficit quod
in genere sit cogitatum de remedio d. legis ij. Arri. Pinell. in d. l. ij. par.
iij. c. j. num. 2. & vlterius quando quis litigat longo tempore præsumi-
tur à procuratore de iure suo certioratus in specie, Ro. cõs. ccccl xxxj.
imò clausula, ex certa scientia, cum iuramento operatur quòd non re
quiratur alia certioratio, Alex. consi. xxvij. num. 3. lib. j. & ex qua tolli-
tur præsumpta ignorantia, Soc. consi. lxxix. nume. 46. lib. iiij. & omnis
erroris præsumptio, Alex. consi. xlij. num 7. lib. j. Paris. consi. xcvj. num.
70. lib. j. & in uicino quòd præsumatur scire uenditionem factam vici
nò, si uiderit illum fabricare, vel facere aliquos actus, qui non conue-
niunt nisi solis dominis, tunc præsumitur scientia uicini, ita quod post
annum non possit uigore Bullæ Sixti domum uicini uenditam retra-
here, Mar. Ant. Bard. super Cõmento Bullæ Sixti, de ornatu urbis lo-
quentis, directæ Magistris viarum. q. vj. num. 3. & 4. & sequen. ubi mul-
ta bona dicit, & dicta clausula, operatur quòd ignorantia non pos-
sit allegari, Soci. consi. lix. nume. 20. lib. iij. & tunc propterea standum
est instrumento, quoties non apparet de errore imperiti, Rip. in l.
qui Romæ, §. duo fratres, num. 66. ff. de uerbo. obliga. & præsertim quã-
do concurrunt cum dicta clausula plures præsumptiones, quia tunc
plures uincunt unam, Aym. consi. cxliiij. nume. 12. & 145. num. 11. & ul
tima tollit priorem, Bero. consi. clviij. nume. 3. lib. ij. & consi. clx. num.
7. lib. j. uel saltem præmissa transferunt onus probandi contrarium in
opponentē de ignorantia, Iac. Phi. Port. consi. cj. nu. 26. & consi. cxlvij.
nume. 66. & sufficiunt dictæ præsumptiones ad probandum reatum,
Aym. consi. clxxviij. nume. 1. Paris. consi. lxij. num. 4. lib. j. & consi. lxxx.
nu. 14. eo. lib. & præsertim si agatur ad probãdum scientiam facti, quia
non refert, si probetur uerè, uel pręsumptiuè, Ruin. consi. xiiij. nume.
6. lib. iij. quia per coniecturas scientia probatur, Bal. d. consi. cccxciij.
nume. 1. lib. j.

78 ¶ Et pari modo ex clausula, non per aliquam iuris, uel facti ignoran-
tiam, sed animo, & proposito deliberato, per quæ uerba omnis erroris
præsumptio tollitur, Alex. consi. xlij. num. 7. uol. j. & ista clausula non re
fertur ad penitus separata, & diuersa, Paris. consil. xx. nu. 96. lib. j. & non
tollit probationem in contrarium, ibi. num. 97.

79 ¶ Nota tamen quòd clausulę renunciationum iurium suorum posi-
tæ

tæ in contractibus mulierum, & minorum, ac rusticorum, nullum eis faciunt præiudicium, quia verisimiliter non intelligunt earum importantiam, & non præiudicant renuncianti, Mars. sing. xviij. Ioan. Ceph. cons. xxv. lib. j. num. 38. & seq. vbi quod clausula codicillaris, & quamplures aliæ magis apponuntur de consuetudine Notariorum, quam de voluntate partium, Deci. cons. clxxx. col. pen. & Paris. cons. cx. nu. 101. lib. j. Tiraq. in præfat. l. si unquam, num. 172. C. de reuoc. don. & renunciatio omnium legum auxilio non purgat ignorantiam, & errorem, & non comprehendit penitus diuersa, Paris. cons. xx. nu. 99. lib. j.

80 ¶ Et similiter quando mulier promisit cum iuramento omnibus, & singulis prędictis non contrauenire, de qua claus. per Doct. in cap. cum contingat de iureiur. ubi Alci. num. 72. uersi. circa secundam speciem iuramenti, ubi ponit plures limitationes, Paris. consi. lxxv. num. 32. lib. iij. quòd data enormissima læsione nihil operatur Item si non certiorentur minores, nihil operatur dicta claus. cum iuramento Tiraq. in præfat. in d. l. Si vnquam C. de reuoc. dona. num. 151.

81 ¶ Vnde iuramentum appositum in contractu cum istis clausulis aliquando operatur, & aliquando nõ, secundum qualitatem facti, & personarum, ideo tutius erit semper petere absolutionem à iuramento, ad effectum agendi quando quis uult contra instrm̃, ubi sunt dictæ clausulæ appositæ petere, ut supra in multis casibus conclusimus. Ideo cautus causæ patronus potest omnia accommodare ad factum, & ad personas, prout tempus, & occasio suaserint. Reliqua quæ de iuramento dici possent, ad Doctores in locis communibus recurrendum remitto, nunc ad alia pro forma in Constitutione requisita transeamus.

82 ¶ Præterea, Iuramentum appositum super aliquo contractu debet interpretari secundum mentem Conditoris legum, cuius est humanas dispositiones declarare, an sint licitæ, uel illicitæ, & super illicitis potest statuere, & declarare quod iuramento non firmentur, prout fecit Imperator in l. non dubium, C. de legib. in fin. & in multis alijs locis positis per D. Didacum de Couarruuias in cap. quamuis, de pact. lib. vj. part. j. §. iij. num. 9. uersic. tertiò, illud bene considerandum, & num. 10. declarat qualiter intelligatur l. fin. ff. qui satisd. cogan. & nume. 11. qualiter intelligantur, l. fin. C. de non numer. pecun. & num. 12. qualiter l. adigere, §. fin. de iur. patr. & l. si quis inquilinos, §. ultimo, ff. de leg. j. ibi uersi. quarto.

83 Præterea iuramentum appositum in contractu, in quo quis iurat seruare contenta in eo, habet exequutionem paratam, Ias. consi. ix. lib. j. per totum, Rebuff. super constitut. Regijs in tract. de liter. obligat. artic. vj. glo. tertia, num. 8. & 9. & potest esse ratio, quia iuramẽtum habet uim sententiæ, idem Ias. q. lxxxv. lib. j. limita tamen sex modis, ut per Rebuff. ubi supra num. 15.

84 ¶ Religio maxima erat apud antiquos super obseruantia iuramenti, timore

timore diuini Numinis, ut per eundem Didacum in d. cap. quamuis. §. j. num. 2. de pact. lib. vj. & apud Romanos tanta sanctitate habebatur, ut non nisi nobilibus deferendum esset, Domi. Soto in lib. de iustit. & iure, lib. viij. q. j. artic. x. circa medium.

85 ¶ Hodie uero defertur omnibus indifferenter, uidelicet nobilibus & ingnobilibus, minoribus & mulieribus, sindicis & procuratoribus collegiorum uniuersitatum, & ciuitatum laicorum, clericorum, & monialium, & rusticis, & super omnibus contractibus, unde fit quòd sępe contraueniant iuramento, & aliqui fiant periuri, & aliqui doli capaces incurrant in peccato mortali, ideo de his aliqua dicenda sunt, uidelicet an ij contraueniendo incurrant periurium.

86 ¶ Et prius de minore xxv. annis, & maiore xiiij. annorum dicendum est, & mihi uidetur quòd minor xxv. & maior xiiij. annorum tenetur ad obseruantiam iuramenti, per auth. sacramenta puberum, C. si ad uers. uend. Et hoc firmant Barto. in l. ij. C. de rescin. uend. etiam quòd minor non sit certioratus de importantia iuramenti, ut per Alex. cõsil. xxvij. num. 3. lib. j. Boer. decis. xxx. nu. 11. cum aliis congestis per Arrium Pinellum in l. ij. C. de rescin. uend. parte tertia, cap. j. nume. 10. & ueniens contra iuramentum fit periurus, cum sit doli capax, licèt non incurrat pœnas l. si quis maior, C. de transact. ut declarat ibi glo. j. Bar. & alij relati per Iason. num. 29. & Alciat. num. 7.

87 ¶ Periura etiam efficitur mulier, quæ contrauenit proprio iuramento, & incidit in pœnas dictæ l. si quis maior, ut notat Ias. ibi, nume. 6. Aquen. in prin. Curt. num. 18. Cagno. nume. 10. qui attestatur de communi. Alciat. num. 5. distinguit mulierem incurrere periurium, sed nõ incidere in pœnam dictæ l. si quis maior.

88 ¶ Rusticus etiam contraueniendo contractui iurato efficitur periurus, Curt. in dicta l. si quis maior, nume. 19. Alciat. nu. 9. distinguit prout in muliere quòd incurrat periurium, & non pœnam, Cagnol. ibi, num. 24. ex mente Parpal. & aliorum distinguit in dolo uero, & præsumpto, quia si rusticus est in dolo uero, efficitur periurus in dolo prę sumpto, propter ignorantiam iuramenti secus, sed hæc opinio mihi non placet, quia uidetur quòd Rusticus sit certiorandus de importãtia iuramenti, iuxta consilium Dini, s. quòd reprobãtur. Bar. à Bar. in l. ij. C. de rescin. uend. ubi Arrius Pinell. alios recenset parte tertia, cap. j. nume. 10. & sequen. & placet quòd incidat in periurium, sed non in pœnam propter iuramẽtum, quod ligat animam, & quòd quis potest sine interitu salutis æternæ seruare per ea quę dicta sunt supra.

89 ¶ Quid in uniuersitate considerata vt corpus multorum ciuium, an si illud corpus multorum ciuiũ iurauit, vtputa quilibet ciuis, uti unus de uniuersitate pro ipsa uniuersitate, & tunc quia corpus repręsentatum est, sine anima, contraueniendo non incurrit periurium: sed si omnes ciues, qui iurarunt pro dicta uniuersitate, contrauenerunt actui

iurato, tunc illi ciues repræsentantes uniuersitatem efficiuntur periuri, c. Romana. §. in uniuersitate, de senten. excom. in vj. vbi glossa, Ioan. Mona. & alij Doctores: ita declarant Aqueum in d. l. si quis maior, col. j. Curt. iun. num. 22. declarat dictum Ias. ibi, num. 7. circa eos, qui iurarunt, non circa alios, Cagnol. num. 17. vbi citat consil. Ias. cxvij. lib. j. Alciat. in d. l. si quis maior. num. 6. & 7. Berous cons. xcij. num. 23. lib. j. Natta cons. dxlviij. in fine, Felin. in c. dilecti. in fine, de except. reprobato Ias. in d. l. si quis maior, num. 7. & seq.

90 ¶ Et idem est quando Sindicus iurauit, qui habebat mandatum speciale à ciuibus ad iuran. Cur. iun. in d. l. si quis maior. nu. 22.

91 ¶ Et idem dicendum in Capitulo, Collegio, & simili, vt declarant idē Curt. d. num. 22. in d. l. si quis maior, & Cagnol. num. 18. respectu incursionis periurij tantum Corn. verò cons. xlv. lib. ij. dicit, quòd si contrauenit monasterium non incurrit periurium. sed dicat mihi Corneus, quòd aut monasterium repręsentatur à monacis, & conuentu, aut nō si representatur à monacis, aut sunt illi monaci, qui iurarunt, qui nunc contraueniunt, & non est dubiū illos esse periuros: aut sunt alij, & consilium Corn. posset esse verum, aliàs dictum consilium non est verum, & propterea intelligas omnia præmissa, iuxta dictam declarationem, quia truffa est dicere monasterium agit, cum monasterium sit repręsentatum à monacis, uel à prælato, & non est aliquid in abstracto sine monacis, uel prælato, ideò est necesse hoc modo declarare præsentem materiam, quia monasterium, si non repręsentatur à monacis, uel prę lato, agere non potest. Consulo tamen quòd in omnibus supradictis casibus petatur absolutio à iuramēto, siue periurio, vt supra dictū est.

92 ¶ Secus uero dicendum, quādo quis ecclesiasticus agit pro recuperatione rei ecclesiæ alienatæ, etiam quòd non sit monacus, uel prælatus, tunc agit actione competente clericis pro recuperatione rei ecclesiasticæ ex cap. si quis presbyterorum, de rebus eccle. non alien. vbi glossa, & Doctores, & præsertim Imo. num. 22. Berous, nu. 12. & seq. Put. decis. ccccxlj. lib. ij. dicit, quòd propter negligentiam prælati potest Capitulum agere ad recuperationem rei ecclesiæ.

93 ¶ Præterea notandum est, quòd licèt iuramentum appositum in donatione facta per patrem ad fauorem filij inter uiuos validet donationem, iuxta not. per Aymo. consi. cij. Rol. consi. lxxvij. lib. j. Ant. Gabriell. in suis conclus. lib. iij. de donat. conclus. iij. etiam quòd moriatur filius ante mortem patris donatoris: tamen, quia donatio inter patrem, & filium non valet, l. donationes quas parentes, C. de donat. inter uirum, & uxorem. l. frater à fratre, ff. de condict. indebi. vbi Bart. & alij, prout non ualet donatio quando filius donatarius obijt ante mortem patris donantis, l. à marito. C. de donat. inter uirum & uxorem. & Iacob. Menoch. consi. lxxxiij. num. 22. & sequen. tenet, quòd donatio non validetur iuramento, quia habet illam tacitam conditionem si donator

donator prior decedat, Dec. consi. ccxl. & est facta contra prohibitionem legis, quo casu non ualet respectu partis, Rota decis. vj. de iureiur. in antiq. & diximus infra gloss. vj. num. 118. Sed solum uenit obseruandum respectu promissionis Deo factæ per iuramentum, D. Thom. ij. ij. q. lxxxix. artic. vij. quæ promissio Deo facta per iuramentum tolli potest absolutione petita per donatorem à Papa, ante, uel post incursum periurium & illa sublata potest licitè donans contrauenire, & opponere de nullitate donationis factæ contra iura, & allegare pro obtinenda absolutione à iuramento, uel periurio: primò quòd donatio est facta contra iura, secundò quòd donans non habuit animum donandi, etiam cum iuramento si cogitasset filium primò moriturum, quàm ipse donans, nam iuramentum nihil operatur contra mentem, & consensum iurantis, Soci. Sen. consil. cxv. lib. j. Menoch. dicto consil. lxxx. num. 24. Tertiò quòd iuramentum non ualidat actum nullum à princ. Aym. consi. cij. nume. 7. Menoch. d. consi. lxxx. num. 25. & sequen. & cum istis, & alijs causis, obtenta absolutione à iuramento, potest donans ualidè contrauenire suæ donationi, quæ de iure nulla est, & hoc modo euitari potest conflictus Doctorum. & est aduertendum, ꝗ iste contractus donationis non ualuit ante interpositionem iuramenti, & sic ab initio, sed statim ꝗ donans iurat ualidatur à iuramēto, sed sublato iuramento absolutione remanet contractus nullus usq; à principio, quæ absolutio non est danda sine causa, ut dictum est sup. num. 53. & causæ superius expressæ sufficientes esse credo ad obtinendam absolutionem, quia approbantur à Doctoribus. Sed non obtenta absolutione, non est recedendum à communi opin. pro qua consuluit etiam Hieron. Gab. consi. lxiij.

94 ¶ Iuramentum inpuberis nō est attendendum. Soc. Iun. consi. lxxvij. num. 127. lib. j.

SVMMARIA GLOSSAE TERTIAE.

1 *CONSCIENTIA quomodo capiatur secundum Theologos.*
2 *Conscientia secundum Ciceronem, qualiter capiatur.*
3 *Conscientia quomodo diffiniatur. & num. 4.*
5 *Conscientia consanguineorum in contractu minoris, quid importet.*
6 *Conscientia publica, & priuata quæ, & quando illam sequi debemus.*
Conscientiæ alicuius si aliquid per Papam committatur, quomodo talis commissio intelligenda est per Iudicem, qui habet iudicare.
Commissio quòd Iudex iudicet secundum cōscientiam suam, intelligitur quòd iudex iudicet arbitrio boni viri. ad finem.
Appellatio est prohibita à sententia lata per Iudicem, cui erat commissa causa termi-

ſa terminanda, ſecundum conſcientiam ſuam. in fine.
7 Conſcientia legendum eſt in iſta conſtitutione, non conſenſus.
Conſtitutio qualiter legenda, ibi, Conſcientia, vel conſenſus.
Conſcientia interpretatur ſine authoritate, vel cum authoritate.
Bald. defenditur à quadam contrarietate ei oppoſita, dum loquitur de conſcientia. circa medium.
Conſcientia conſanguineorum interpretatur, ideſt, præſentia. ad finem.
Conſanguineorum conſcientia, in Conſtitutione hac interpretatur, ideſt, præſentia, & aſſiſtentia in contractu minoris. ad finem.
8 Conſcientia conſanguineorum tollit ſuſpicionem metus, quæ poteſt inferri minori per contrahentes.
Conſenſu patris integratur perſona filij.
Romæ minores contrahentes coràm conſanguineis, non præſumuntur circumuenti. in fine.
Minores non præſumuntur circumuenti Romæ, quando contrahunt in præſentia conſanguineorum.
9 Minores, & mulieres facilè ſeducunt minis blanditijs, pollicitationibus, & ob id conſanguinei proximiores interuenire debent.
10 Conſcientia, & conſenſus ponuntur, vt diuerſa.
Conſenſus quid ſit.
11 Conſenſus multiplex eſt.
Conſanguinei habentes præſtare conſenſum minori, vel mulieri, ſi præſtant malum conſiliũ, vel ſint negligentes in perquirendo vtilia minori, puniuntur arbitrio Iudicis, vnà cum contrahente cum minore.
Iudicium authoritatis pertinet ad Papam, & de multiplici iudicio.
Conſenſus triplex. in fine, ſecundum Bal. & Barbatiam.
12 Conſilium quando pro conſenſu accipitur, & quando conſilium ſequi, & requirere teneamur.
Conſilium Sapientis quãdo Iudex ſequi teneatur, ſi eſt iniuſtum. verſi. & ideo.
Conſilium charitatis, manſuetudinis, & aliorum. ad finem.
Conſilium quę verba inducant. in fine.
13 Authoritas, & conſenſus authorizabilis, idem ſunt.
14 Conſenſus eſt minus authoritate, & valet ſine ſcriptis.
Conſenſus eſt minorum, authoritas maiorum.
Conſenſus, authoritas, & decretum, quando debeat interponi.
15 Authoritas quid ſit, & cui competat.
Authoritate tutoris minor reſpondere tenetur.
Minor in iudicio authoritate tutoris reſpondere tenetur.
Tutor præſtat minori authoritatem.
Authoritas Iudicis, Epiſcopi, vel Prælati, quæ.
Authoritas ſunt literæ datę à magiſtratu militiæ. ad finem.
Authoritates præſcriptæ Senatus, Præfecti Prætorio, & aliorum. in fine.
16 Authoritatẽ per epiſtolam non poteſt tutor, vel poſt tempus præſtare.

Tutor non poteſt pręſtare authoritatem per epiſtolam, vel poſt tempus.
Authoritas verbis expreſſis præſtari debet per tutorem, ſecus in authoritate ſuperioris, & verba qualia eſſe debent. & ſequen.
Mutus non poteſt eſſe tutor.
Tutor non poteſt eſſe mutus.
Conſenſus præſtitus ab eo, cuius non intereſt, debet eſſe expreſſus. in fine.
17 Authoritas an debeat præſtari in ipſo actu, vel poſt.
18 Authoritas aliquando interponitur ſine ſcripturis.
19 Authoritas non poteſt per notarium præſtari.
20 Licentia debet actum præcedere, & differt ab authoritate.
21 Iuſſus debet præcedere actum non ſequi, aliàs eſt nullus.
22 Mandatum debet præcedere pro validitate actus.
23 Conſenſus ſi non eſt authorizabilis poteſt præſtari, ante & poſt, & in ipſo actu.
Conſenſus quando requiritur ex diſpoſitione hominis, conuentio attendi debet. ad finem.
24 Conſenſus in præiudicium conſentientis, poteſt poſt actum præſtari.
Conſenſus in electionibus, & collationibus reſpicit initium.
25 Conſenſus præſtandus à tertio vigore ſtatuti loquentis negatiuè, requiritur per modum ſolemnitatis, & quando præſtari debeat, & quomodo.
Conſenſus in vim Statuti probibitiui præſtandus, debet in ipſo actu præſtari, & non poſt, & ibi, quid de æquitate canonica.
Iudex competens non ratificat actum iudicis incompetentis. in fine.
Ratificare non poteſt iudex competens factum iudicis incompetentis. in fine.
26 Conſenſus ſuperueniens, validat actum à principio validum.
Actus à principio validus conſenſu ſuperueniente validatur.
Conſenſus confirmatorius, vel approbatorius poteſt accedere poſt actum. in fine, & num. 32.
27 Actus à principio nullus non validatur ſuperueniente conſenſu capituli.
Conſenſus capituli non validat actum à principio nullum.
Conſenſus capituli debet eſſe in forma capituli, & in ipſo actu, quando fit ad confirmationem actus.
Conſiliarius iudicans vbi debet conſulere nihil agit. verſi. & idem quando.
Ratificatio non habet locum in factis contra ius. verſi. & dicit Bal.
Capitulo ſinguli non conſentiunt validę alienationi faciendę per capitulum. ad finem.
28 Conſenſus authorizabilis non poteſt præſtari niſi in ipſo actu.
29 Conſenſus qui exigitur certo, & determinato tempore per modum conſenſus, non poteſt poſt actum præſtari, & de veritate.
Actus nullus propter ſolemnitates omiſſas de conſenſu tamen factus poteſt ex conſenſu ſuperuenienti ratificari. ad finem.
30 Conſenſus inferioris ſemper præſtatur per modum conſenſus.
Conſenſus ſuperueniens ratificat actum nullum propter omiſſas ſolemnitates. ad finem.

31 Consensus superioris non habentis communitatem in actu requiritur per modum authoritatis.

32 Consensus superioris ratione præiudicij, quod sibi infertur, habet vim consensus.

33 Consensus per modum consensus, quando exigatur.

34 Consensus, qui exigitur per modum solemnitatis, quomodo cognoscatur. & numero 35.

36 Consensus requisitus à statuto in contractu minoris requiritur per modum solemnitatis.

37 Consensus, quem pręstat pater filio, est per modum consensus, non solemnitatis.

Consensus Episcopi; quando præstatur per modum authoritatis, non simplicis consensus.

38 Consensus pręstandus per consanguineos in contractu minoris, & mulieris est solemnitatis, & authoritatis.

Conscientia, vel consensus in hac Constitutione est de forma.

39 Consensus propinquorum in contractu minoris requiritur in ipso actu.

40 Conscientia, vel consensus in casu istius Constitutionis ad integrandum personam minoris, vel mulieris, non potest præstari per procuratorem.

Minoris persona integratur per consensum propinquorum.

Consensus proximiorum debet esse verus non fictus.

41 Procurator quando potest consentire pro minore, & capitulo.

42 Consensus quando non requiritur pro solemnitate potest pręstari per procuratorem.

43 Exequutor testamenti potest consentire pro maritanda pupilla testatoris.

Consentire potest exequutor testamenti pro maritanda pupilla testatoris.

44 Consentire potest per procuratorem resignans beneficium in manibus Papæ.

45 Consensus, qui pręstatur in resignatione, potest in ipsa resignatione, & postea pręstari.

46 Consensus formalis colligitur, quando resignans, vel procurator porrigit Papæ supplicationem.

Porrectio supplicationis per quos facienda, ut probet consensum resignantis, quomodo probanda, per quos testes, & adminicula.

47 Consensus qui elicitur ex porrectione supplicationis quid prodest quando non est pręstitus consensus formalis in camera, vel Can. quia potest post obitum resignantis pręstari.

48 Consensus elicitur ex porrectione principalis, qui post porrectionem constituit procuratorem ad resignandum dictum beneficium, potest procurator post obitum principalis consentire ad hoc, ut beneficium non dicatur vacare per obitum, sed per resignationem, & quomodo.

Voluntas resignantis mutata quomodo ostendatur.

Voluntas probatur ex actu nullo. circa medium.

Consensus elicitus ex porrectione, an sit solemnis. ultra medium.

Voluntas

49 Voluntas quando mutari possit per principalem, vel procuratorem post porrectam supplicationem resignationis.

Extrauagans Pij Papæ V. de præstan. consensibus. & nu. 36.

50 Extrauagās Alexādri Sexti nō procedit quādo quis in infirmitate p̄stat cōsensū.

51 Dicta extrauagās Alex. nō procedebat ī supplicatione correspectiua, & cōditionali.

Ius non abdicatur à resignante ex supplicatione correspectiua, uel conditionali non impletis conditionibus.

52 Agens repellitur ab agendo ob minimum capitulum non obseruatum.

Contractus non impletus per agentem, etiam in minimo, non potest exequi.

Contractus resoluitur ob non impletas conditiones.

53 Clausula, & non alias, & c. importat conditionem.

54 Consensus expressus requiritur in gratia conditionali, & correspectiua, & non sufficit tacitus.

55 Ius non abdicatur à resignante in resignatione simoniaca.

Simoniaca resignatione non abdicatur ius a resignante.

Resignatione conditionali, & simoniaca non abdicatur ius à resignante.

Consensus nihil operatur in resignatione simoniaca.

Simoniaci excommunicantur ex constitutionibus Pij IIII. & Pij V. in fine.

56 Consensus in resignationibus potest ante, & post, & in ipsa data præstari.

57 Consensus parui qui dicantur, & quando præstentur, & quando extendantur, & apud quem, & quando, & qualiter fiat extensio illorum.

57 Regens Cancellariæ distribuit supplicationes abbreuiatoribus de maiori, & minori parco.

Missa quomodo, & a quibus ponatur in extensione consensuum. in fine.

58 Consensus qui debent præstari infra xv. dies à die missæ, qui sint.

9 Regula Cancellariæ de extendendis consensibus declaratur. & nu. 58.

Missæ lapsus quomodo possit reparari in Camera.

Clerici Cameræ an possint contra extrauagantes, & regulas post lapsum missæ mandare, ut extendantur consensus.

Interpretatio longæua non est mutanda. in fine.

Decretum irritans appositum in regula de extendendis consensibus non annullat gratias, sed consensus.

Regula de extendendis consensibus non procedit in Cardinalibus, quia consentiunt per cedulam ab eis subscriptam cum eorum sigillo.

Cardinales non cōprehenduntur in regula de præstandis cōsensibus. & nu. 60.

60 Regula de præstandis consensibus non habet locum in consensibus præstitis ante missam, nec in camera, & respicit expeditores, & non partes.

Regula de præstandis consensibus si non seruetur, quod remedium conceditur, ut possit resignans saluare ius suum. in fine.

61 Dicta regula non procedit in consensu pręstito per procuratorem.

62 Dictæ regulæ non est satisfactum si consensus est extensus in brogardo.

63 Dicta regula procedit in gratijs conditionalibus.

64 Consensus bonus præsumitur interuenisse literis expeditis.

D 4 Literæ

Literæ expeditæ non possunt impugnari ob defectum consensus.
65 *Clausula, accedente consensu, an intelligatur dispositiuè uel conditionaliter. & nume. 71.*
Clausula, dummodo ad id accedat consensus, quomodo intelligatur.
Clausula, dummodo accedat assensus in supplicatione, importat formam. in fine.
66 *Consensus simplex, & purus, præsumitur semper durare.*
Voluntas semel declarata, semper durat.
Consensus præstitus per patrem in prima instantia durat usque ad exequutionem.
67 *Consensus potest præstari cum aliqua qualitate, & limitatione.*
Limitata causa quando limitatum producat effectum.
Consensus est quando consensus præstatur iuxta formam supplicationis.
Consensus nouus requiritur, si obtineatur gratia reformatoria.
68 *Consensus super actu nullo non præiudicat, nec præstat impedimentum.*
Consensus nullus à prin. requirit nouum consensum.
69 *Consentire potest procurator minoris legitimè constitutus.*
Minor in resignatione potest procuratorem constituere ad consentiendum resignationi beneficii, dummodo narretur quòd sit minor.
Minor quòd habeat exprimere in resignatione per eum facta coram Papa, uel ordinario.
70 *Consensus præstitus à malo procuratore, potest per bonum procuratorem postea præstari.*
Resignans potest consentire in sui præiudicium, etiam post expeditas literas.
Consensus est expressio uoluntatis. circa medium.
Abbreuiatores non uident ualiditatem consensuum, sed contentãtur de fide consensus appositi à tergo bullarum, & notarij utuntur in extensione eorum diligentia. ad finem.
Consensus ex interuallo præstitus actum firmat, quando non est alteri ius quæsitum. in fine.
71 *Ablatiui absoluti prolati ab eo qui potest disponere importat conditionem.*
Gratia conditionalis nihil ponit in esse, & illa præfertur quę primò purificatur.
Gratiæ duę conditionales, uidelicet, accedente consensu conseruatorum, secunda in data habuit primo consensum, præfertur priori in data quę habuit postea consensum, quia secunda fuit primo purificata.
Consentiens consumit consensum suum in primo consensu.
Consentiens non potest uariare. in fine.
72 *Consensus, an sit nullus pręstitus iuxta formam supplicationis, sub datum Kal. Nouembris, quæ non reperitur.*
Consensus expressus requiritur in expeditione bullarum.

Consen-

Consensus resultans ex porrectione supplicationis sufficit pro illius expeditione.
73 *Consentiens habens duplex ius, quando uideatur illud perdere.*
Consentiens non perdit ius, quod ignorat.
Consensus præstitus ex necessitate officij non præiudicat tutori, curatori, & procuratori. ad finem.
Tutor, curator, & procurator consentiens ex necessitate officii, sibi non præiudicat. in fine.
74 *Contractus factus cum clausula, saluo beneplacito, super quo fuit obtentum beneplacitum Papæ, sed non iuxta formam contractus, quia Papa cassauit multa, & super hoc fuit præstitus consensus, an obtento nouo beneplacito iuxta formam contractus requiratur nouus consensus.*
Consensus præstitus super confirmatione concordiæ, an extendatur ad nouam cõfirmationem.
75 *Consensus, an inducatur ex taciturnitate, & obseruantia contractus.*
76 *Consensus inducitur per actum positiuum, nam factis consensus, & uoluntas exprimitur. & nu. 86.*
Actus facti, & actus positiui, qui inducunt consensum, qui sunt. in fine. & num. 86.
77 *Consensus nouus super gratia perinde ualere, & in gratiis consequutiuis an requiratur, uide late.*
Supplicatio est matrix, super qua extrahuntur diuersæ bullę.
Matrix est supplicatio, quemadmodum prothocollum est matrix instrumentorum.
Gratia perinde ualere, quando requirat nouum consensum.
78 *Consensus pręstitus super duabus supplicationibus una simplici, & altera cum regressu sub eadem data, super qua pręstitus censeatur. uide late.*
Regressum prætendens, debet consensum probare clarè, & non dubiè.
79 *Consensus duo pręstiti diuerso tempore super una supplicatione, in qua reseruabantur fructus, & regressus resignanti, primus consensus fuit iuxta formã supplicationis, secundus simpliciter, quis ex istis sit attendendus. late.*
Renunciatio iuris proprii est stricti iuris. in fine.
Dictio purè, & liberè non important renunciationem. ad finem.
80 *Nouus consensus requiritur in reformatione, in qua reseruatur regressus & fructus, & non sufficit in simplici resignatione.*
Clausula, quòd resignans non intendit resignare nisi reseruatis in reformatione sibi ualidè reseruentur. quid operetur. circa medium.
Consensus super reformatione supplicationis, qualiter extendatur. ad finem.
Res integra dicitur antequàm Cardinalis pręstet consensum per cedulam. ad finem.
Consensus expressus requiritur in actu, conditionali. in fine.
Conditiones plures appositę in aliquo actu omnes implendæ sunt in forma specifica. in fine.

Consensus

81 *Consensus à prin. nullus ex literarum expeditione non ualidatur.*
Veritas praeualet opinioni, & quid sit ueritas.
Praesumptio resultans pro bono consensu super expeditione literarum tollit ex ostensione consensus.
Literarum apostolicarum uis non est ualidare consensum desuper praestitum. circa medium.
Papae assertioni de facto alieno non est credendum. ad finem.
Clausula, motu proprio, non purgat gratiam in qua exprimitur falsum. in fine.
Falsum expressum in gratia signata motu proprio, non purgatur per dictam clausulam. in fine.
Motus proprius non firmat gratiam contra intentionem concedentis.
82 *Correspectiui actus qui sint, & qualiter de illis iudicandum.*
Correspectiuitatem actuum facit unitas temporis.
Correspectiuitas probatur coniecturis, quia est difficilis probationis.
Coniecturis probatur correspectiuitas, & quae sint illae coniecturae.
Correspectiuitas in beneficialibus facit simoniam. ad finem.
Simoniam facit correspectiuitas in beneficialibus.
Permutationes quadrangulares quae, & faciunt simoniam. in fine.
Simoniacae sunt permutationes quadrangulares. in fine.
83 *Consensus siue datam sequatur, siue praecedat, semper trahitur ad diem datae.*
Consensus duo praestiti vnus ante datam, alter post datam, praefertur, ille qui praecedit datam.
84 *Consensus defectus in re confirmata à Pontifice suppleri potest, quando non requiritur ad essentiam contractus.*
Suppleri potest defectus consensus, qui non requiritur pro essentia, & perfectione contractus.
85 *Consensus non potest praestari uigore literarum missiuarum, sed requiritur instrumentum mandati, & quòd recognoscatur.*
86 *Consensus aliquando facto praestatur, utputa quando quis acceptat beneficium uigore prouisionis factae.*
Consensus elicitus ex facto sufficit in regressu.
Consensus, qui colligitur ex facto successiuo, est potentius consensu uerbali.
Consensus qui praestatur facto non extenditur extra limites facti.
Consensus praestitus uerbis est expressus, & magis extenditur.
Connexitas actuum operatur quòd qui acceptat unum de connexis, omnia acceptare uidetur. ad finem.
Consensus qualiter praesumatur interuenisse praesumptiuè. in fine.
87 *Consanguinei sunt fratres ex eodem patre nati, licèt alia matre.*
88 *Consanguinei qui dicantur.*
89 *Consanguinei impropriè sunt adoptiui mater & auia.*
90 *Consanguinei de iure Canonico dicuntur coniuncti ex parte patris, & matris, in quocunque gradu uel sexu.*
Constitutio haec prius interpretanda secundum ius canonicum quàm ius ciuile,

uile, & de quibus consanguineis huc usque intellecta.
Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, id est, quòd interpretetur secundum Canonum, & legum dispositionem. circa medium.
Interpretatio passiua fit in statutis. circa medium.
Consanguinei in nostra constitutione intelliguntur de omnibus consanguineis secundum Ius canonicum. ad finem.
Consanguinei proximiores sunt legaliores in consilio minoribus & mulieribus. ad finem.
Consanguinei remotiores sunt infideles minoribus, & mulieribus.
91 *Consanguinei, vel affines, debent esse proximiores in successione minori, uel mulieri, si idonei sint ad praestandum consensum: & si idonei non existunt, alij consanguinei ordine successiuo admittuntur.*
92 *Consanguinei simpliciter uocati à constitutione intelliguntur de omnibus consanguineis.*
93 *Consanguinei vocati a minore, uel muliere, etiam quòd non sint proximiores, & praestant consensum, valet contractus in odium mulieris, si mulier iurat non habere proximiores.*
94 *Consanguinei, idest, fratres utrinque coniuncti, sunt potius uocandi quàm ex uno latere tantum per mulierem & minorem.*
Minor, & mulier, potius debet fratres utrinque coniunctos vocare, quàm ex vno latere tantum.
Consanguineus proximior uocari censetur in fideicommisso.
95 *Consanguinei duo, si praestent consensum unum in gradu proximiori, alter in gradu remotiori, valet contractus.*
Proximi dicuntur ij, qui nobis sunt sanguine quoquomodo coniuncti.
96 *Consanguineus vnus, & vnus affinis, an possit praestare consensum. & numero 97.*
97 *Dictio, saltem, est dictio subsidiaria.*
Probationi per iuramentum non recurritur, nisi in defectum aliarum probationum.
Dictio, uel, denotat ordinem. & nu. 115.
Constitutio qualiter intelligatur ibi, uel saltem affinium. in fine.
98 *Consanguineus proximior si non uult consentire contractui minoris sine causa, possunt uocari remotiores, & affines.*
99 *Consensus propinquorum, & matris requisitus à statuto, & mater mortua est, sufficit consensus propinquorum.*
110 *Consanguinei nobiles praeferuntur consanguineis ignobilibus in contractu minoris.*
Nobiles consanguinei praesumuntur legaliores, & sine fraude.
Vtilitas minoris allegata à consanguineo ignobiliori praefertur consensui nobiliorum.

Consan-

101 Consanguinei adulti minores xxv. annorum an consensum prestare possint & nume.102.
102 Minor non potest supplere defectum alterius minoris.& nu.125. in fine. ubi dicitur quòd mulier non potest consentire.
Minor nolens contractum infringere tenetur probare minorem etatem de tempore contractus, & quòd habeat consanguineos maiores. ad finem.
103 Consanguinei minores xiiij.annorum, an possint consensum prestare in contractu minoris.
104 Tutor non potest approbare contractum cum eo factum à minore.
Consensus consanguineorum in contractu minoris dicitur accessiuus, uel confirmatorius.
Consanguinei si contrahunt cum minore, quid agendum.
Tutor in rem suam non potest authoritatem prestare. in fine.
105 Tutor,cui principaliter spectat negotium,non potest authorit. prestare,secus si in consequentiam.
106 Tutor potest prestare consensum quando pupillus fit locupletior.
107 Tutor contrahens palam, & bona fide,potest cum pupillo contrahere.
108 Tutor potest emere bona pupilli,si creditor distrahat emere.
109 Tutor potest retinere animalia pupilli que uendidit titulo, qui pretium non soluit,si tutor finita tutela ponit pretium ad computum pupilli.
110 Tutor potest soluere pupillo quod debet.
Minor habens malam causam,tueri non debet.
111 Consanguinei bone fame requisiti à statuto pro consensu non possunt adhiberi usurarii.
112 Affines uocandi sunt quando consanguinei sunt absentes, uel mortui.
Affines qui sint,& unde dicantur.
113 Affines quare uocentur à constitutio.in prestatione consensus in contractu minorum.
114 Contrahere uelle consistit in animo potius quàm in facto.
Minoris animus an uelit contrahere, consistit in animo potiusquam in facto.
Minoris animus contrahere uolentis à quolibet tutore authore.
Tutoris authoritas requiritur in eo quod fit à minore indicio animi.
116 Absentes,uel præsentes,consanguinei an præsumantur.
Consanguinei an præsumantur præsentes,uel absentes.
Affines si præstant conscientiam in contractu minoris non facta mentione de consanguineis, an contractus ualeat.
Minor an possit ualidè contrahere cum affinibus non facta mentione de consanguineis.
Consanguinei habentes domicilium in loco,in quo habitat minor, an præsumantur absentes,uel præsentes.
Consanguinei an sint uocandi ad præstandum consensum. ad finem.

Absen-

117 Absentia consanguineorum quomodo,& quot modis probari possit.
Absentia probatur iuramento,per diligentiam faciendam; item per notorium, nuncium, uel Cursorem de perquirendis consanguineis. & nu.118.
118 Diligentia reperiendi aliquem qualiter fieri debet.
119 Diligentia maior est facere citare consanguineos proximiores ad interessendū contractui faciendo per minorem tali die,tali in tali loco,coram N.iudice sic per tali re.
Diligens dicitur ille qui fecit quod potuit. & nu.118. in fin.
Clam fieri actus,quando dicatur. circa medium.
Citatio consanguineorum ad interessendum contractui an sit necessaria in præsenti Constitutione.
120 Consanguinei proximiores minoris si sint furiosi,an sint requirendi.
Furiosi loco absentium habentur.
Filius familias si pater est furiosus, potest liberè contrahere.
Consensus requisitus a statuto,non intelligitur de consensu furiosi.
Furiosus æquiparatur mortuo ignoranti. ad finem.
121 Furiosus habens dilucida interualla potest consentire tempore sanitatis.
Præsumitur consensum præstitum tempore sanitatis per furiosum,qui habet dilucida interualla. quid si fiat in occulto,& nu.122.
Probare debet ille qui impugnat instrumentum, quia pro eius ualiditate præsumitur.
Instrumentum producens sufficit, quòd alleget illius ualiditatem, & qui dicit contrarium probare tenetur. in fine.
Instrumenta publica quinque modis dicuntur.
122 Clam facta instrumenta non habent præsumptionem pro se.
Instrumenta facta in occulto non habent præsumptionem pro se.
Clam,& occulte factum presumitur simulatum,& malam fidem habere.
Clam fieri dicitur, quando fit aliquid,vt non possit venire ad notitiam eius cuius interest.& quando iniungitur notario, vt nihil dicat.
Instrumenta occulta habent contra se præsumptionem fraudis,& doli.
Clamdestinitatis vitium purgatur ex probatione veritatis. in fin.
123 Consanguinei minoris banniti non sunt vocandi, quia absunt.
Banniti consanguinei minoris non sunt vocandi.
Bannitus pro mortuo habetur,quo ad articulum presentie.
124 Consanguinei vsurarij, vel infames,non sunt vocandi pro consensu.
Vsurarij non sunt vocandi pro consensu prestando minori.
125 Mulieres,vel fœmine an possint prestare consensum minori,non habenti consanguineos,vel affines.
Constitutio nostra videtur loqui de consanguineis masculis.
Consensum an possit prestare mulier vsurarius furiosus,& similes minori contrahenti. & nu. 20.21.22.23.& 24.
Mulieres non habent integrum consilium, ideo non possunt consensum præstare.

Masculi-

Masculinum non concipit fœmininum quando discrepant in ratione.
Masculinum quando in statutis concipiat fœmininum. in fine.
126 *Consanguinei absentes an sint expectandi.*
Absentes consanguinei an sint vocandi, & expectandi.
127 *Consanguineos absentes habens, non dicitur illos habere.*
Absentes habens consanguineos, non dicitur illos habere.
Minor habens consanguineos absentes potest sine eis contrahere.
128 *Iudex secundus supplet consensum consanguineorum absentium & recusantiũ.*
129 *Consanguineos absentes, uel recusantes supplet secundus iudex.*
Mulier si non potest testari sine consensu propinquorum, & propinqui nolint consentire, tunc iudex potest consanguineos citare, ut dicant causam quare nolunt consentire; tunc si non consentiunt, potest impartiri licentiam mulieri, ut contrahat sine consensu.
Consanguinei requisiti, si nolint consentire quæ cautela seruanda est.
Iudex quando possit cogere consanguineos, uel eorum defectum supplere.
130 *Cautela quando minor uult contrahere, & consanguinei uel sunt absentes, uel nolunt consentire, uel illos non habet, ponitur. & nume. 128. 129.*
Minor quando iurat in urbe non habere consanguineos, datur illi curator loco consanguineorum. & num. 131.
Minor potest immobilia alienare cum authoritate curatoris, & iudicis decreto. & num. 131.
Curator tenetur cauere rem pupilli saluam fore.
Tutor, & curator tenentur cauere suscepturos defensionem pupilli.
Mater suscipiendo tutelam filij, tenetur renunciare secundis nuptijs.
Tutrix mater quid facere teneatur.
Minor non alienat quando cum curatore alienat, quia curator tenetur finita cura, reddere administrationem.
Curator finita tutela, tenetur reddere administrationem, & de quibus.
131 *Constitutio non prouidet quando consanguinei, uel affines sunt absentes, & tunc quid agendum.*
Casus taciti à statuto nihil operantur, & remanent in dispositione iuris communis.
Omissum in materia prohibitiua in statuto semper habetur pro omisso.
Tutore dispositum, in curatore dispositum censetur.
Statutum Romanum de pactis, & donationibus non ualituris, disponit ferè idem quod materia constitutio. ultra medium.
Stilus Curiæ Romanæ, pro lege habetur. ultra med.
Stilus in signatura, & literis Papæ pro lege habetur. ad finem.
Stilus Curiæ seruandus est in conflictu opinionum.
132 *Vicini an possint præstare consensum minori non habenti consanguineos.*
Amici an possint præstare consensum minori loco consanguineorum.
Constitutio in forma specifica seruari debet.
Episcopus debet esse sobrius, & irreprehensibilis.

Episcopus

Episcopus adiuuat pauperes, & positos in necessitate.
Episcopus est uiduarum, orfanorum defensor, & protector.
Archidiaconus loco episcopi, quid facere tenetur. ad finem.
Archidiaconus loco consanguineorum, an possit præstare consensum minori, uel mulieri. in fine.
133 *Consanguinei infirmi an sint uocandi, uel loco illorum affines.*
Infirmitas æquiparatur absentiæ.
Doctor propter infirmitatem potest legere per substitutum.
134 *Consanguinei quatuor, uel quinq, an possint interuenire in contractu minoris. cũ constitutio requirat duos, uel tres.*
Testes plures in testamento adhibiti quàm requiratur, non uitiant.
Maior numerus consanguineorum non uitiat.
135 *Consensus in actu odioso, & magni præiudicii, ex taciturnita. x. annorũ non præsumitur.*
Non præsumitur consensus ex taciturnitate, x. annorũ, ubi agitur de magno præiudicio.
Consensus tacitus ex tempore tunc præsumitur cum constat de consensu expresso.
Consensus tacitus præsumptus uerus, & expressus, an æquiparantur. in fine.
136 *Constitutio annullat contractum, non consensum, quin non præsumatur ex cursu temporis.*
137 *Consensus consanguineorum, an requiratur, quando minor contrahit cum patre.*
Minor contrahens cum patre, an debeat seruare formam constitutionis.
Pater contrahens cum minore an teneatur seruare formam constitutionis. late.
138 *Et quid si pater facit renunciare filiam in fauorem filiorum, an sit seruari forma constitutionis.*
139 *Et quid si filia læderetur.*
140 *Et quid si probetur fraus, uel metus reuerentialis ex parte patris.*
Metus probatur ex coniecturis, & per quos, & an iuramento.
Metus tacitus probatur ex qualitate personæ.
Metus semel illatus filiæ semper durat.
Metus, qui potest cadere in constantem mulierem, qui.
141 *Mater, an possit donare filiis sine consensu propinquorum, & non seruata forma istius constitutionis.*
142 *Consanguinei postquàm semel consenserunt contractui minoris, non possunt consensum reuocare.*
Consensus semel præstitus per consanguineos non potest reuocari.

ADSIT

*ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIO-
SISSIMA VIRGO, DEI GENITRIX.*

GLOSSA TERTIA.

Et sine conscientia duorum consan- guineorum proximiorum, si assistant; Sin autem affinium.

1 DICTVM EST supra de iuramēto primo requisito, nūc
dicendum de secundo requisito pro forma in contracti
bus minorum, uel mulierum, uidelicet de conscientia
consanguineorum proximiorum, vel affinium: sed in pri
mis uidendum est qualiter sumatur conscientia. & secū
dum Diuum Thomam in Summa, parte j.q.lxxix.art.xiij.dicitur con-
scientia, quòd est cum alio scientia, & propterea est actus, qui testifi-
catur, ligat, instigat, accusat, remordet, & reprehendit, circa ea, quæ a-
gimus, ubi ponit exempla. sequitur Siluester in Summa in verbo Con
scientia, Ioan. Vigure. de Christiana, & natur. Philosoph. cap.iij.§.viij.
vers. octauo.

2 ¶ Et alibi definitur esse certissimam scientiam eius rei, quæ animo
nostro inest, siue bonum, siue malum sit, ut ait Cicero in Oratione pro
Milone, & in lib. de Senectute, dicit quòd Conscientia est bene actæ vi
tæ, multorumq; beneficiorum recordatio iucundissima.

3 ¶ Albericus de Rosate, in suo Dictionario, in uerbo, Conscientia dicit,
quòd est uehemens opinio, & consocialis scientia, idest cum alio scien
tia, uel cum ueritate scientia, quando aliquis scit ita esse uerum, & ibi
ponit etiam alias definitiones, Rot. decis. xviij. de concess. præb. nume.
3. in no. ex mente Archid. sic definit, quòd conscientia est cognitio cu-
iuslibet cordis sui ipsius, quam nemo scit, nisi solus Deus, & secundum
hanc definitionem relinquitur quis suæ conscientiæ, Bal. in authen. ad
hæc, num.6. uers. sed hic dubitatur de usu. ait Cōscientiam esse sensum
animi cognoscentis bonum, & malum, quem refert Bolog. in addit. ad
consil. Ioan. de Anan. cons. xxxiiij. num.9. & ibi, quod est quid intrinse-
cum latens in mente, quod directè probari non potest, Prob. in addit.
ad Io. Mon. in c. cum æterni. nume.6. de re iud. in 6. Iaco. Men. in tract.
de arb. iud. lib. j. cap. viij. num.41. & seq. Afflict. decis. cccxxj. num.1. di-
cit, quòd uera conscientia est illa, quæ sumitur ex fonte legum, quæ à
Deo

Deo sunt, ex quibus definitionibus colligitur, quod conscientia est
scientia cum alio circa bonum, & malum, consistens in animo, quem
scit solus Deus, quem debemus timere, cum sit ultor nostrarum pra-
uarum cogitationum.

4 ¶ Et secundū di. Thomam applicatur tripliciter actibus primo, quādo
per cōscientaim recognoscimus aliquid fecisse vel non fecisse, secundò
quando per eādem conscientiam iudicamus aliquid esse faciendum
vel non faciendū, tertio quando per conscientiam iudicamus aliquid
esse benefactum vel malefactum Bal. in. l. fi. C. de pęna iud. qui male iu-
dica. nume.5. quod triplex est conscientia. prima, scilicet, ligata re-
bus uisis, secunda ligat à rationibus legum, tertia est conscientia mor-
tua adhærens quibusdam imaginibus intellectus, & ista non obligat
animam nostram, quia est conscientia impulsiua non arctatiua, quem
refert Prob. in addit. ad Ioan. Mon. in cap. cum æterni, num.7. de senten
tia, & re iudicata, lib. vj. D. Nauarrus in Manuali Confess. cap. xxvij. nu.
527. & seq. distinguit quod conscieutia est certa, dubiosa, & scrupulo-
sa, & ibi declarat quæ sit certa, quæ dubiosa, quæ scrupulosa.

5 ¶ Ad Constitutionem nostram posset applicari illud quod dicit Di-
uus Tho. in d. ij. applicatione, quando per conscientiam iudicamus a-
liquid esse faciendum, uel non faciendum, & prima, & secunda Bald. ui
delicet in conscia ligata rebus uisis, & rationibus legum, & his supposi
tis sit sensus Constitutionis, quòd consanguineus diligenter, & omni
cura uideat, atque perpendat an contractum per minorem, uel mulie-
rem celebrandum iudicet ex conscientia, an scit uel non scit faciendū,
& uideat si in re lęditur minor, uel mulier, ita ut de iure possit uel nō
possit fieri contractus, & informet iudicem qui habet decretum inter
ponere, quia iudex in interpositione decreti non debet credere tuto-
ribus, & curatoribus, qui nonnunquam lucri sui gratia asseuerare prę-
tori solent necesse esse distrahi possessionem, uel obligari: ideo requi
ritur necessarios pupilli, uel parentes, uel liberos aliquos fideles, uel
quem alium qui notitiam rerū pupillarium habeat, qui instruere pos-
sit prætoris religionem, ut dicit text. in l. quinta, §. non passim, uers. in
primis, de reb. eor. & in his uersatur conscientia consanguineorum, &
timor Domini, ut dicit Rot. decis. xviij. num.3. de concess. præb. in not.
Ang. in auth. de alienat. & emphit. §. emphiteusis, il secondo, in fin. dicit
quod per hoc fauebitur mulieri, quia si contractus erit damnosus mu-
lieri uel minori, est uerisimile quod consanguinei impediant contra-
ctum, & si uiderint utilem operabuntur, ut contractus perficiatur.

6 ¶ Præterea publica, & priuata conscientia requiritur, publicam enim
sequi debemus quando habemus potestatem disponendi, & prouiden-
di secundum conscientiam, & agitur de præiudicio tertij: sed ubi non
fit parti præiudicium potest Iudex secundum priuatam conscientiam
iudicare, Prob. in addit. ad Ioann. Mon. in dicto cap. cum æterni, num.

7. & 8. de re iud. lib. vj. & in foro contentioso non iudicamus de oc-
cultis, Abb. in c. consuluit, nume. 6. de usuris. ideo iudex debet ex con
scientia quam habet ex actis iudicare, aliàs leges, & statuta non ser-
uarētur, quia in foro cōsciētiæ standū est ueritati, in foro iudicij opor
tet ꝙ seruemus scripturas, Bal. cōs. iij. nu. 2. lib. iij. iō cōsciētia propria
nō dēt iudicē mouere, dicit idē Bal. in l. vt uim, col. j. uers. illud est be-
ne notandum, ff. de iust. & iu. quia propria conscientia non debet iu-
dices mouere, cum non sint in foro pœnitentiali, sed iudiciali, qui fo-
ri differunt inter se, & conscientia legis uincit conscientiam homi-
nis, quæ dicitur abusiua, quando nō habet leges, Afflictus decis. cccxxj.
nume. 2. Didac. lib. j. Var. resol. cap. j. nume. 1. & 2. latè Pedemont. de-
cis. lxxix. nume. 47. & sequen. Iacob. Menoch. de arb. iud. lib. j. cap. viij.
nume. 44. & iudex secundum conscientiam ueram, & rectam, debet
procedere facere, & loqui, aliàs ædificat in gehennam, & incurrit pę-
nam à iure inflictam, Rot. d. decis. xviij. nume. 3. de conces. præben. in
no. Sed si aliquid committitur conscientiæ alicuius, tunc ista com-
missio intelligitur arbitrio boni uiri, Alex. consi. ccxviij. colum. ij. lib.
ij. Prob. in d. cap. cum æterni, nume. 9. de re iudi. lib. vj. & latè Iac. Me-
noc. de arb. iud. cap. viij. nu. 40. & sequen. lib. j. & ab eius sententia non
appellatur, Rot. d. decis. xviij. de concess. præben. in no. nume. 3. & 4.
& an iudex, cui facta est similis cōmissio cū dicta clausula, possit sub
delegare, Rot. d. decis. xviij. de concess. præben. in no. & in foro con-
scientiali mora semper purgari pōt, de bono, & æquo, Bal. cōsi. cxiiij.
nume. 4. lib. v.

7 ¶ Nonnulli legunt textum constitutionis, sine consensu duorum pro
ximorum, quasi litera sit corrupta, quod loco consensus sint posita di
cta uerba, sine conscientia. sed uolui uidere plures constitutiones an-
tiquas, & in omnibus scriptum reperij, sine conscientia. & ista lectio
mihi ex infrascriptis rationibus placet: nam dictio, conscientia, inter-
pretatur secundum Archid. xviij. quæstio. ij. cap. quidam, in prin. idest,
sine authoritate. Bald. in l. fin. §. necessitatem, nume. 16. uersi. consi-
dera elegantia uerba Innocētij. C. de bonis q̄ liberis, dicit quòd im-
portat authoritatem, quando requiritur ex publico officio, & idem
Bald. in l. nemo, nume. 7. C. de sent. & interlocu. omni. iud. dubitat
quando statutum facit mentionem de conscientia iudicis, an sufficiat
ꝙ iudex audiat, & intelligat, licèt nō approbet uerbis expressis, ubi
nihil determinare videtur. Iason in l. omnium, nume. 2. C. de testa.
dicit quòd de conscientia alicuius factum uidetur, quando fit in eius
præsentia, licet non approbet expressè, & idem Bald. in rub. C. de ex-
ercitoria, nume. 8. ait, quòd ista uerba, sine conscientia, important
quod in actu sufficiat notificatio, & non requiratur consilium, uel
consensus, cum uerba hæc non sonent, & idem Bald. in l. omnium, nu-
me. 9. C. de testamen. dicit, id dicitur factum cum conscientia iudi-
cis

cis, quod est factum eo sciente, licèt tacente. & hoc est uerum nisi quan
do requiritur quod iudex loquatur. istæ authoritates Bald. referun-
tur ab Areti. in l. si quis mihi bona, §. iussum, nume. 6. in fin. uersic. ali-
quando lex, uel statutum, ff. de acquiren. hære. ubi dicit Bal. esse sibi
contrarium in d. rub. de exercit. & in l. nemo, cir. fin. C. de sent. quem
sequitur Deci. in l. j. nume. 7. C. de bono. possessio. secundum tabu.
& Cassan. super consuet. Burg. rub. iiij. §. vij. in gloss. secene est, nu-
me. xlvij. car. 163. & multos alios citat Tiraq. super legib. connub.
glos. vij. nume. 35. sed confuse refert tam authoritates Bald. quàm
aliorum. uerum pro ueritate supradictorum sciendum est, quòd in
authentica de alienatione, & emphiteusi, §. emphiteusis, il secondo,
uertitur ab Irnerio (si is fuit) Gręca dictio sine conscientia, & consen
su huius beatissimi Ciuitatis Episcopi, Iulianus uerò antecessor in lu
cem editus à Reuerendissimo D. Anto. Aug. nunc episcopo Illerden.
alias sacri palatij apostolici Auditore meritissimo, nouella cxx. nume.
1. uersicu. contractus, uertitur arbitrio, & consensu. Gregorius Holo-
ander uertit sententia, & consensu, & sic illud uerbum Græcum in d.
authen. importat authoritatem ex publico interponen. i. ab Archiepi
scopo, qui debet authoritatem interponere in alienatione bonorum
Ecclesiæ, & in hunc sensum intelligitur Bal. in d. l. fi. §. necessitatē, & in
d. l. nemo, nume. 7. & omnes leges, & authoritates loquentes de con-
scientia iudicis, uel magistratus aliquid facientis ex publico officio,
Rip. in l. ij. §. uoluntatem, ff. sol. mat. nu. 5. Barb. in cap. cum consuetu-
dinis, nume. 74. de consuetu. sed quando in actu non est faciendum ali-
quid ex publico officio, sed coram priuatis non habentibus iurisdi-
ctionem, tunc conscientia non importat authoritatem, sed notifica-
tionem, ut per Bald. in d. rub. de exercitoria, nume. 8. pro quo facit
tex. in l. omnium. C. de testamen. ubi Bald. nume. 9. videtur ita di-
stinguere pro ista ultima opinione. Iason in d. l. omnium, nume.
2. C. de testamen. dicit illud factum esse de conscientia alicuius, quā-
do factum est in eius præsentia, & Feli. in c. nonne, ante nume. 6. de
præsumpt. facit Tyraq. cum aliis relatis per eum super legibus con-
nub. glo. vij. nume. 35. & additio ad Rom. sing. DCCXCVIJ. Catelianus
Cotta in memorabilibus in uerbo, statutum requirens in contractu
mulieris, in prin. car. 480. & secundū istam ultimam partem interpre-
tanda est constitutio de conscientia consanguineorum, idest, præsen
tia, & assistentia eorum ad contractum minoris, & mulieris sine con
sensu, dummodò de eo quod agitur certi existant, Rip. in d. l. ij. §. vo-
luntatem, nume. 4. ff. solut. matrim. & sufficit quod audiant, & intel-
ligant, licet non approbent verbis expressis, Albert. Brun. de con-
stitut. decret. & statut. in uer. conscientia, Catelianus Cotta in di-
ctis memorabilibus ubi supra. quæ conscientia satis operatur, ut dixi-
mus supra, nume. 5. in ista gl. & contra istos consanguineos non pote-

 rit que-

rit quæri de malitia, uel eorum imperitia, in his quæ ſunt parui præiudicij, ſecus ſi ſunt magni præiudicij, Bald. in l. prima, num. 3. C. de reb. cred. Imol. in cap. j. de conſtit. num. 16. uerſic. quædam autem committuntur, Paul. de Caſtr. in l. de pupillo, §. ſi Epiſcopus, num. 2. ff. de dam. infect. gloſſa communiter approbata, in clemen. j. de iure pat. in uer. oneramus.

8 ¶ Operatur etiam ultra præmiſſa conſcientia præmiſſorum conſanguineorum in contractibus minorum, quia ex ſcientia, & præſentia proximiorum tollitur ſuſpicio metus, qui poteſt inferri minori per contrahentes, l. tranſactionem, C. de trāſactio. ubi Bart. Bald. & cæteri omnes, Bertran. conſil. iiij. num. 32. lib. iij. primæ impreſsionis, & facit ceſſare dolum, Socin. conſil. cclxiij. num. 10. lib. ij. uerſic. ſed adhuc. Iaſ. in §. quadrupli, Inſtitut. de actio. num. 63. Tiraquel. in l. ſi unquam, C. de reuocan. donat. in uer. ſuſceperit liberos, num. 238. & doli ſuſpitionem, Ioan. Cephal. conſi. cclxj. num. 7. lib. ij. & facit ceſſare frandis ſuſpicionem, Iacob. Mandell. de Alba conſil. xj. num. 10. & ſequen. prouidet imbecillitati mulierum, Bald. in l. pactum, quæſt. xxj. C. de collat. And. Tiraq. de legib. connub. gloſſ. vj. num. 37. Bero. conſil. 50. num. 54. lib. j. Imò per conſenſum patris integratur perſona filij qui eſt medius ſine conſenſu patris, l. fin. §. neceſsitatem, ubi gloſſ. C. de bon. quæ libe. & integratur, ſuppletur, & legitimatur minoris imbecillitas, & perſona, Tiraq. ſuper dictis legib. connub. gloſſ. vj. num. 5. Bartol. uerò in l. fin. in ij. not. ff. quod met. cau. ait in urbe Romæ, ubi adminiſtratur iuſtitia, non eſt ueriſimile quem compulſum, nec quod ſit dolus illatus præſentibus conſanguineis. facit Berous conſil. cxxvij. nume. 4. lib. iij.

9 Et propterea hæc Conſtitutio eſt æquiſsima, quia uult in contractu minorum, uel mulierum, quod agnati interueniant cum mulieres, & minores facilè ſeducantur, quandoque minis, quandoque blanditijs, & pollicitationibus, Bald. in l. ij. C. de reſcinden. uendit. quæſt. ix. num. 12. Barbat. conſil. xvj. column. iiij. uerſicu. ij. hoc decidit, lib. iij. Cateli. in memo. uerſicu. ſtatuta Italiæ, Bartol. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. Andr. Tiraq. in l. ſecunda, de legib. connub. gloſſ. j. in part. j. nu. 77. multa ſimilia, & pulchra more ſuo allegat. Vide etiam infra gloſſ. viij. num. 4. & ſequen.

10 ¶ Vi[s]o quid operetur conſcientia, uideamus quid operetur ſi in Conſtitutione diceretur, cū conſenſu conſanguineorum proximiorū: nam conſcientia & conſenſus ponuntur, ut diuerſa in §. emphitheuſis, el ij. in Auth. de alie. & emphi. ut not. ibi Ang. quem ſequitur Alex. in l. ij. §. voluntatem nu. 4. ff. ſol. mat. nam conſenſus eſt ſimilis ſenſus. Bal. in l. fi. num. 3. C. de Senat. conſ. Maced. & in cap. cum conſuetudinis, num. 6. de conſuet. dicit, quod conſenſus non eſt aliud quam inſimul ſenſus, & copula quædam animorum, quæ vitiatur ab extraneo interuallo, & in unam

unam ſententiam decurrere. l. j. §. conuentionis, ff. de pact. & glo. in l. conſenſu, ff. de actio. & obligatio. exponit conſentire, ideſt, ſimul & præſentialiter ſentire, Abb. in c. cum olim, nume. 4. de arbi. ait quod conſenſus eſt ſimilis ſenſus, & dicitur à con, quod eſt ſimul, & ſenſus quaſi quod ſit ſimul, quia ſi aliquid ago de conſenſu tuo, debeo tecū ſentire, & tu mecum: aliàs non eſt conſenſus, ſed diſſenſus, Fab. de Monte, in tract. de emp. & uenditio. q. v. prin. nu. 47. definit conſenſum eſſe plurium voluntatem, ad quos res pertinet, ſimul iunctam. allegat glo. in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. vj. quam Domi. Franc. & alii ſequuntur, Ioan. Mon. nume. 6. & Prob. ibi, num. 15. Barb. in c. cum conſuetudinis, nu. 61. de conſuet. & latè & pulchrè Bero. in cap. j. nu. 41. de conſtitu.

11 ¶ Præterea quadruplex eſt conſenſus, ſecundum gloſ. in c. j. de offi. & poteſt. iud. delega. ubi Innoc. num. 1. uidelicet negligentiæ, conſilij, cooperationis, & authoritatis, ſeu defenſionis, & iſta gloſſa loquitur de conſenſu præſtito in delictis, ut notant ibi Hoſt. Io. And. Ant. Abb. Feli. & Deci. & non deſeruit conſtitutioni noſtræ, niſi inquantum habens præſtare conſenſum, ſit negligens in perquirendo utilia pupillo, uel præſtet malum conſilium, in quo adultus lædatur, uel cooperetur ad damnum minoris in alienatione bonorum ſtabilium, & ſimili modo ſi præſtet authoritatem in alienatione bonorum minoris, uel omittat defendere minorem doloſè, & in omni caſu ex iſtis punirentur cōſanguinei arbitrio iudicis una cum contrahente cum minore, quia agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, glo. & Doct. in d. cap. j. de off. deleg. declara tamen, ut per Feli. & Deci. ibi. Bal. uero in c. cum ſuetudinis, num. 3. uerſ. item adde. de conſuet. dicit quod quadruplex eſt conſenſus allegando Archidiac. viij. q. j. in c. uero, ubi dicit quod iudicium eſt authoritatis, & tali modo iudicat Papa: aliud iudicium miniſterij, & tali modo iudicat delegatus. tertium eſt iudicium approbationis, & tali modo iudicāt clerici. quartum eſt iudicium operationis, & tali modo iudicantur boni à malis, & peiores à malis. & Bal. num. 8. in d. c. cum conſuet. dicit quod triplex eſt conſenſus præcedēs, ut in conſtitutione procuratoris. quidam inhærens ipſi actui, nā cum ſit per modum ſubſtantiæ non poteſt ſeparari à ſubſtantiato, ut in matrimonio. quidam eſt conſenſus accedens, & iſte poteſt eſſe approbatorius, & confirmatorius, & poteſt ex poſt facto præſtari, & ex interuallo, dummodo actus principalis non ſit conſumptus, & uide ibi quia eſt aureum dictum in hac materia, nec alius ita diſtinguit, & declarat excepto Baldo. eminentiſsimi iudicii, & doctrinæ ſequitur Barb. ibi num. 63. Bero. in c. qui in Eccleſiarum. nume. 26. & ſeq. de conſtitut. dicit quod triplex eſt conſenſus, primus eſt authorizabilis, qui præſtatur in prin. ſecundus eſt approbatorius, & iſte præſtatur in ipſo actu. tertius eſt cōuentionalis, qui pōt pſtari poſt actū, ut ibi, nu. 27.

12 ¶ Et quia supra dicitur ꝙ consilium aliquando pro consensu accipitur, uideamus quando hoc sit uerum. & Abb. in d.c. cum olim, num. 5. de arb. dicit, ꝙ quando est præstandum consilium ei, qui non habet integrum iudicium rationis, tunc consilium pro consensu accipitur, ut in l. impuberis. ff. de suspec. tuto. & in §. impuberes, Inst. de suspec. tuto. ibi, dummodo consilio necessariorum id faciat, quod consilium requirere, & sequi minor tenetur, Bar. in d.l. impuberis. ff. de suspe. tut. Ang. Aret. in §. consequens, num. 3. in gl. necessariorum Instit. de suspe. tut. ubi declarat, ꝙ ille qui non habet plenũ intellectum, requirere, & sequi consilium tenetur, quia dubium non est quæ consilio rectè geruntur iure merito, & effectu, & firmitate niti, l. dubium non est, C. de repud. & qui omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia, Prouerbio. cap. xiij. & in c. viij. ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus, & c. ij. consilium seruabit te, & sapientia custodiet te. & ille qui habet adiunctum in officio sequi consilium debet, ille uerò qui habet plenum intellectum, requirere, & non sequi consilium tenetur, & in primo, & secundo casu cõsilium sapit consensum, Abb. in d.c. cum olim, num. 5. de arb. ubi Imo. & alii. Silua. de benefic. par. j. q. v. num. 22. Aym. consi. j. nume. 3. in tertio casu. & ideo Alex. in l. si conuenerit de re iudicata, num. 9. dubitat, si iudex cui cõmissa est causa ad consilium sapientis, teneatur illud sequi si reperiatur iniquũ. Est etiam consilium charitatis, mansuetudinis, misericordiæ, simplicitatis, verborum, de uitanda occasione peccati, de rectitudine intentionis, de conformitate operis, & doctrinæ, de vitanda sollicitudine, & de fraterna correctione, de quibus per Pauinum in tractatu uisitationis, q. 9. num. 110. & seq. & quando in actu requiritur consilium debet ante consilium requiri, & expectari responsum, c. cũ in ueteri, de electione, Abb. in c. cum nos, num. 5. uersi. quandoque, consilium de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. cap. Alex. in l. si quis mihi bona, §. iussum, num. 14. & 15. ff. de acquir. hæred. Consilium importat etiam necessitatem, c. ad aures, vbi gl. de rescript. & D. Nauarr. in c. fratres, de pœni. distinct. v. nume. 1. ait uerba consilium denotantia, præceptum inducere, & uerba præceptiua consilium, si id materia exegerit alioqui in dubio uerba præceptiua præceptum, & consultiua consilium inducunt.

13 ¶ Scire etiam debemus quòd authoritas, & consensus authorizabilis, idem sunt, Abb. in c. ij. nume. 1. de pact. & in c. cum nos, num. 4. de his quæ fiunt à prælatis sine consensu cap. ibi, quandoque requiritur authoritas. i. consensus authorizabilis, ubi Imo. nume. 12. latè prosequitur, & Bal. in l. fi. §. necessitatem, ante nume. 17. C. de bon. quæ lib. dicit quod omnis consensus, qui pertinet ad aliquem ratione publici officij, est authoritas, Lamber. in tract. Iurisp. par. ij. lib. j. artic. xvj. nu. 2. fol. 108. glo. in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. vj. in uers. tractatus, ad fi. dicit quòd authoritas est authorizabilis, consensus qui competit sibi ex publico officio, uel legum administratione, sicuti sunt tutores, & curatores, & ubi cadit imbecillitas personæ consensus æquiparatur authoritati, Corn. consi. ccliiij. num. 29. lib. j. Ant. Corsett. in singular. in uer. minor, il secondo. num. 3. optimè declarat Alexan. in d. §. iussum, nu. 10. & 11. Bero. consi. lxxiij. num. 4. lib. j.

14 ¶ Aliam differentiam inter consensum, & authoritatem, ponit Bald. in d.l. fin. §. necessitatem, num. 16. uersi. considera, de bo. quæ lib. Nam consensus minus est quàm authoritas, & ualet sine scriptis, nisi in his casibus in quibus ius requirit scripturam, Ioan. Andr. in cap. j. de reb. ecclesi. non alienan. in vj. num. 5. dicit, quòd consensus est minorum, authoritas maiorum, cuius dicta reassumit Anchar. ibi, num. 5. & Ioan. Mon. num. 6. Prob. ibi in addit. num. 12. Alex. cons. cvj. num. 2. lib. j. Bal. in Marg. in uerb. differunt, ponit differẽtiam inter decretum, authoritatem, & consensum. decretum enim requirit testes, authoritas debet in principio interponi. consensus potest quandocunq; interponi.

15 ¶ Et aduerte quod authoritas dicitur opinio, & iudicium eius qui supremam habet aliqua in re potestatem, Conan. lib. iiij. comment. iuris ciuilis, cap. 15. nu. 4. & lib. j. cap. xiiij. num. 6. dicit, uoluntas Senatus pro authoritate haberi debet, & authoritas Senatus uocabatur Senatus consultum. Alia est authoritas tutoris, & curatoris, quæ præstatur minori extra iudicium, quando pupillus promittit, ut Instit. de auth. tuto. in prin. & ff. de autho. tut. per tot. & quando in iudiciis tutor, uel curator præstat minori authoritatem, utputa si interrogetur in iudicio ciuili, uel criminali, tunc authoritate tutoris respondere tenetur, l. ij. & iij. C. de auth. tuto. authoritas dicitur cum tutor approbat, quod agit pupillus hoc est authorem fieri dicit, in l. iij. ff. de autho. tuto. uidelicet cum præstat authoritatem pupillo tacenti, l. impuberes, ff. eod. tit. & muto, ut l. muto, ff. de tut. Alia est iudicis, uel prælati, aut Episcopi interponentis authoritatem in alienatione rerum Ecclesiæ, uel minoris, ut in l. ij. C. de iur. fisc. lib. x. & in c. cura, de iurepat. Abb. in d.c. cum nos, num. 5. & ibi, Innoc. num. 12. & faciunt, quæ dicta sunt supra nume. 13. Præterea authoritates sunt literæ datæ à Magistratu iis, quos militiæ suæ assignant, l. ix. C. de diuer. offi. lib. xij. Cona. in comment. iuris ciuil. lib. iiij. c. xv. num. 3. Erant etiam authoritates præscriptę Senatus, quæ Senatus authoritate facta fuerunt, & probata, & de authoritate præfecti prætorio, & aliorum, uide Conanum in d.c. xv. lib. iiij.

16 ¶ Authoritatem non potest tutor per epistolam, uel post tempus præstare Instit. de auth. tut. §. tutor, & l. ix. §. tutor, ff. eod. tit. licèt una authoritate perficere possint duo instrumenta minoris, l. accipientis, ff. de auth. tut. sed uerbis expressis præstari debet, l. j. ff. de tuto. ubi mutus non potest esse tutor, quia non potest uerbis expressis authoritatem præstare, & ibi glo. & Docto. Ant. Corset. in sing. in uerb. minor, il secon

 do,

do,nume.2.& 4.ubi ponit qualia debent esse uerba authorizantis,sed quando authoritas interponitur de consilio superioris,nõ requiritur expresio,prout non requiritur, quando proceditur per actum facti, Corsett.ibi,num.5.Ias.in l.si quis mihi bona,§.iussum,num.11.& 13.ponit uerba proferenda per habentem præstare authorizantem, quæ debent importare authoritatem,non consensum,Alex.nu.10.& 11.Bero. in c.dilecti filij,nu.34.de arbi.& simili modo,ubi consensus alicuius requiritur cuius non interest,debet consensus esse expressus,cum sit similis authoritati,Bero.in c.nulli,de reb.eccl.non alien. nu.49.

17 ¶ Et debet præstari authoritas in ipso actu, uel parum post, quando authoritas requiritur adesse,secus si pro illius exequutione, quia tũc ex post facto præstari potest, Ioan. Monac. in d.cap.j.nume.7.de reb. eccl.non alien.lib.vj.Innocen.Ioan.And.Anton.& Canonistæ communiter in cap.cum consuetudinis,de consuet.Soc.cons.lxxxvij. nume.4. lib.j.Corset.in d.sing.minor.il ij.nume.4.circa med.Imo.in c. cum vos, nume.12.Abb.nume.5.de his quæ fiunt à prælatis,Bar.in l. si quis mihi bona.§.iussum,num.5.Alexan.num.12.& Ias.num. 6.7.8. Paul. de Castr. num.1.ff.de acq.hæred.dicit quod authoritas debet per tutorem præsentem,qui loquatur,præstari,cum interponatur ad supplendam personam pupilli,uel alterius,ideo requiritur in ipso actu,& idem Ias.nu. 38.dat rationem quare debet in ipso actu interuenire, Aegid. in c. cũ consuetudinis,de consuet.nu.2.& ibi Bal.nu.3.uers.quãdoq;, Barb. nu. 73.& quod debet in actibus expressis tutor præstare authoritatem,secus in tacitis,& prosequere,ut nu. 78.

18 ¶ Et aliquando interponitur authoritas sine scriptis, Io. And. in c.j. nu.5.de reb.eccl.non alienan.lib.vj.& Aegid.in c.cum consuetudinis, nu.2.de consuetud.& alij,ibi.

19 ¶ Et nota,quòd authorizatio in actu non inducitur,si Princeps mandat notario rogari de instrumento, quia notarius potest de actu nullo rogari,cum aliud sit adhibere quem in testem,aliud est authorizare,quia sunt officia separata, & prout aliud est esse præsentem, aliud authoritate actum approbare,Corn.consil.cc.num.11.& 12.lib.j.ideò requiritur,quod authorizans expresse loquatur,ut supra num.16. uers. authoritatem non potest.

20 ¶ Licentia differt ab authoritate, nam licentia ex ui sermonis debet actum præcedere,dicit Bal.in l.j.col.penul.C. qui admitti,Imol.in Clem.j.de foro compet.Ant.& Imo.in cap.cum consuetudinis, de consuetu.Barb.nume.5.Alexan.nume.13.& Ias. nume. 38. in l. si quis mihi bona,§.iussum,ff.de acquir.hæred.Paul.de Cast.ibi, num.8. Corn. cons. xliij.nume.12.lib.ij.

21 ¶ Iussus debet præcedere actum,non sequi,Bar.in l.si quis mihi bona, §.iussum,nu.5.Alex.nume.9.Ias.nu.5.ubi ponit differentiam inter iussum,& authoritatem, & sufficiunt pro iussu quæcunque uerba patris præce-

præcedentia,Ias.ibi, num.17.& post sententiam nihil ualet, cum tempore contestationis litis interuenire debeat, Ias. ibi, nume. 20. Paul. de Castr.nume.4.& 5.Anto.de Butr.in cap. cum consuetudinis, col.ij. Barb.nume.84.

22 ¶ Mandatum debet præcedere pro ualiditate actus, Ant.de But.in d. cap.consuetudinis, colum.ij. ultra med.& Imol.nume.5. in fin.Barba. nume. 81.& seq.

23 ¶ His declaratis redeamus ad quæstionem propositam,uidelicet si in Constitutione requireretur cõsensus cõsanguineorum proximorum, an debeat præcedere,uel in actu ipso præstari, aut sequi, & an debeat esse expressus,uel sufficiat tacitus consensus.& ex communi opinione Doctorum,uidetur dicendum quod si consensus non est authorizabilis potest præstari ante,& post,& in ipso actu,Bar.in d.§.iussum,num.5. Ias.nu.41. dicit, quod cum Bart.transeunt communiter omnes Doctores,Abb.in c.cum uos,nume.5 de his,quæ fiunt à præla.dicit,quod aut consensus est authorizabilis,& debet interuenire in actu, aut requiritur pro ualiditate actus, & potest quandocunq; præstari si actus ualidus est;aut actus est nullus, & potest pro ualiditate postea præstari, & ualidat talis consensus præstatio actum, ut ex nunc, non ut ex tunc, Imo.in d.c.cum uos,nu.13.dat modum cognoscendi, quando consensus requiritur per modum solemnitatis,uel per modum authoritatis, uel per modum simplicis consensus;& dicit,quod Bal.in l.j.nu.44.& 45 C.qui admitti.dat theoricam ad cognoscendum, an consensus cõsanguineorum in cõtractu mulieris sit de forma,& debeat in ipso actu interuenire postea ipse Imo.ibi,uers.sed aduerte.distinguit,aut consensus requiritur ex dispositione hominis,seu cõtrahentium,aut ex dispositione iuris cõis,uel municipalis.primo casu attendenda est forma cõuẽtionis,seu dispositionis,iuxta l.j.§.si cõueniat.ff.depositi, facit Bero. cons.lxxiij.nu.1.lib.j.Barb.in c.cum consuetudinis,nu.72.dicit,ꝙ consensus,qui non est authoritas,potest quandocunq; præstari.

24 ¶ Secundo casu distinguit,aut agitur de præiudicio eius,cuius cõsensus exigitur,aut de tertio habẽte consentire,& de cuius præiudicio nõ agitur.primo casu,aut actus ualet sine consensu illius,de cuius præiudicio agitur,& isto casu potest ex post facto consentire, & ex interuallo,ut in c.quod sicut,de elect.secundo casu etiam,quod actus sit nullus põt ex interuallo cõsentire,sed actus ualet,ut ex nunc, non ut ex tunc quod tamen declarat nõ procedere in electionibus, & collationibus, in quibus inspicitur initium,Inno.Ant.& cæteri,in c.cum consuetudinis,de consuet.& est communis,Alb.Bru.in iij.vol.de Constit.in ver.cõsensus,col.j.uers.statuto cauetur,ubi solum recitat doctrinam Bald.in d.l.j.C.qui admitti,uide etiam infra nu. 32.

25 ¶ Et in alio casu,quando interuenit consensus tertij in actu expediẽdo, tunc secundum doct. Bal. debet in ipso actu interuenire, quando lex.

lex, vel statutum loquitur negatiuè preponendo negatiuam verbo,po
test,& isto casu respectu tertij videtur requiri consensum per modum
solemnitatis,quod patet,quia sine illo actus non ualet,quod limitat ip
se nisi hoc suadet utilitas Ecclesiæ,vel minoris, quia tunc ex post facto
consensus præstari posset,& ita intelligit c.cura,de iurep. Barb.ibi,nu.
67.68.&70.& isto casu non satisfit per consanguineos statuto prohibi-
torio ex sola præsentia cum taciturnitate , quia uerus consensus requi
ritur, nec sufficit interpretatiuus resultans ex sola præsentia , Alex.in
l.ij.§.volũtatem, vbi Aret.& Parpa.ff.sol.mat.Tiraq.super legibus con-
nub.glo.vij.num.5.& seq.additio ad Mathesil.sing.ix.vbi quòd consen-
sus in statuto prohibitiuo debet esse expressus , & debet in ipso actu
interuenire,& non potest post actum præstari,Deci.cons.cxliiij.Tiraq.
super dictis legibus connub.glo.vj.num.3.7.8.& 37.& glo. vij. num.11.
in fi.Rebuff.in compen.alien.ver.Eccles.num.10.& ubicunque consen-
sus per modum authoritatis debet interuenire,tunc semper in ipso a-
ctu præstari debet,Barb.in d.c.cum consuetudinis,nume.71. & 72. ubi
quod factum à iudice incompetenti non potest per competentem ra-
tificari,Bero.in rub.de iurepat.num. 67. dicit,quod licèt de iure ciuili
debeat in ipso actu consensus interuenire,tamen de æquitate canoni-
ca potest post actum per uiam ratificationis præstari,quod ego dubi-
to in casu præsentis Constitutionis,ut dicetur infra.

26 ¶ Ant.de But.in d.c.cum consuetudinis,col.ij. vers. ad secundum reas
sumendo dicta Innocentij,dat istam doctrinã, quæ cũ sit pulchra,& ad
eam recurrant Doctores,placuit eam recitare;& dicit, quòd aliquan-
do in actu exigitur consensus per modum consensus si actus subsistit,
vel ab eo habet dependentiam , tunc ex consensu superuenienti uali-
datur,ut in c.sicut,de electio . vbi Anchar.num.4. dicit quod quando-
que illud quod factum est,ualet quoad eos , qui concesserunt, & potest
postea consensu confirmari,Imol.ibi,num.5. Hosti. dicit quod non est
uis utrum ab initio,vel ex post facto habeatur consensus si ab initio te
nuit aliquo modo id,ad quod consensus accedit,& ibi Ioan.And.idem
tenet Barb.nume.58.Bero. cons.lxxiij.num.6.lib.j.dicit quòd iste con-
sensus confirmatorius,seu approbatorius ut dicit Bal.in d.c. cum con
suetudinis, ad finem , potest actui ex interuallo accedere,Ioã.Cald.in
cons.ij.de Constit.dicit quod Episcopus ex post facto,& tacito consen-
su potest statuta capituli approbare,dummodò actus à principio fue-
rit aliqualis,Soc.iun.cons.cj.nu.ij. lib.ij.

27 ¶ Sed si actus factus in capitulo nullus sit à principio,ex superuenien
ti consensu singularium de capitulo ualidari non potest , ita Innoc.in
d.c.cum consuetudinis , allegans c.auditis.de electi. quem sequuntur
Host.Io.And.& Ant.de But.qui dicit quod in his , quæ dependent à ca
pitulo,ut capitulo, consensus debet esse in forma capituli.c.in Genesi,
de elect. collecta, nu.2. dicit, quando consensus est necessarius, debet
ni

in ipso actu interuenire,aliàs est nullus,& quod nullum est, non potest
conualescere.Imo.ibi,num.5.refert dictum Anto. quem sequitur An-
cha.num.4.tenet dictum Compostell.qui dicit,quod si à principio non
ualet quod fit consensus postea tali facto adhibitus nihil prodest , etsi
factus fuit contractus à minori parte capituli non validatur contra-
ctus si alij postea consentiant, & hæc quando iura exigunt consensum
ad confirmationem actus,ut dicit ibi Anchar. Bal.ibi,ad fin.ex mente
Archid.dicit quod si initium est uitiosum,uel contra ius aliquid sit fa-
ctum , non conualescit ex ratihabitione , & idem quando aliquid ha-
beo facere cum alio nihil ualet,nisi cum eo faciam, & ideò quando Cõ
siliarij iudicant , ubi deberent consulere,nihil agunt, Car. Zabar. ibi,
col.ij.vers.quæro eo casu.& dicit Bal.ibi, num.4. quod in factis contra
ius,uel iuris ordinem,non habet locum ratificatio.Barb.num.59.& 60.
dicit quod consensus,qui exigitur à capitulo,capitulariter præstari de
bet,quibus non obstat l.per fundum,ff de seruit.rustic.prædi. quia ibi
erant plures domini fundi, & singuli poterant sui fundi seruitutem cõ
cedere pro parte sua:ideò ultimus,qui concessit,dat plenam seruitu-
tem,secus est in alienationibus rerum Ecclesiæ , ubi non tenet , quod
fit per singulos de capitulo , & à paucioribus . ita post Innoc. Hostien.
Ant.de But.declarat Card. in d. cap. cum consuetudinis,& sequuntur
Imola,& alij,ibi.

28 ¶ Præterea,in d.c.cum consuetudiuis,colum.ij.vers.quandoque,dicit
quod aut consensus exigitur per modum authoritatis, & tunc residet
cum Innoc. quòd non sufficiat authoritatem superuenire ex post fa-
cto,sed debet in ipso actu,uel saltem post actum intercedere, ut est ca
sus in l.obligari.§.tutor.ff.de auth.tutor.cum quo Imo. & Card.ad fin.
Bal. nume.3. & omnes in l.si quis mihi bona,§.iussum, ff.de acq.hæred.
transeunt,& diximus supra nu.17. in hac glo.

29 ¶ Vlterius idem Ant.in d.c.cum consuetudinis,col.ij. uers. quandoq;
exigitur per modum consensus certo,& determinato tẽpore pro sub-
stantia actus,& tunc non sufficit post consensum superuenire , ut in c.
auditis,de elect.& aliis iuribus per eum allegatis,Bero.cons.lxxiij.nu.
12.lib.j.Imo.in d.c.cum consuetudinis,num.5. vers. sed aduerte.limi-
tat procedere,quando lex hoc requirit certo,& determinato tempo-
re:item quando lex requirit consensum indeterminatè : & si aliter fiat
actus est nullus propter defectum solemnitatis, quæ non potest ratifi-
cari,Barb.num.68.quandoque exigitur non determinato tempore , &
pro substantia , & tunc si actus corruit propter consensum introductũ
pro actus solemnitate, cuius suppletio non pendet à potestate eius,cu
ius deficit consensus,& tũc actus non ualidatur per consensum super-
uenientem : sed si consensus non deficit in totum , sed actus est nullus
propter solemnitates omissas, tunc potest ex consensu superueniente
ratificari,ut in c.cum in iure,de elect.quam doctrinam Anto. sequun-
tur

tur ibi Imol.& omnes alij , & in l.si quis mihi bona, §. iussum,ff.de ac-
quir.hæred.ponit etiam idem Antonius, ubi supra,alium casum , quo
potest actus ualidari consensu superueniente,ut in cap.sicut , de elect.
Bero.comprobat latè consi.lxxiij.num.7.& 14.lib.j.ex mente Innoc.&
Ant.& Alexan.in d.§. iussum.

30 ¶ Deinde idem Ant.in d.c.cum consuetudinis,col.iij.uersi.dico quod
quandoque,concludit quòd in actu in quo inferior consentit quòd il-
le semper interponitur per modum consensus, ponit exemplum in ca
pitulo in filio, & in pupillo,& in pari,Imo.ibi,num.6.Barbat.num .80.

31 ¶ Sed quando consensus exigitur à superiore qui non habet aliquam
communitatē in actu, & illius consensus non exigitur nisi ratione cu-
iusdam superioritatis uniuersalis,& ad integrandam personam illius
qui actum gerit,tunc in dubio exigitur per modum authoritatis,Ant.
ibi,col.iij.Barb.num.lxxx.in d.c.cum consuetudinis.

32 ¶ Sed quando exigitur consensus à superiore,ratione preiudicij,quod
sibi infertur saltem in consequentiam,tunc habet uim consensus, Ant.
in d.cap.cum consuetudinis,colum.iij.ultra medium, Bero.in d. consi.
lxxiij.num.8.ponit exemplum in domino feudi,& uocat hunc consen-
sum confirmatorium,& propterea ex interuallo adhiberi poterit,quia
confirmatio ex sui natura fit ex interuallo,ut ibi num.9. & 10. & ipso
domino requisito,ut ibi,num. 11.& 13. lib.j. Barbat. in dicto cap. cum
consuetudinis,num.80.Curt.Iun.consil.j.nume.16. Rol. à Vall. consil.
xxij.num.44.& 45.lib.iij.

33 ¶ Aliquando actus tangit æquè principaliter eum,qui debet consen-
sum præstare , sicut illum qui facit actum , & tunc exigitur consensus
per modum consensus,ut in gloss.in cap.edoceri,de rescript.Ant.in d.
cap.cum consuetudinis,col.iij.uersic. quandoque actus , & dat exem-
plum in capitulo , & Episcopo , & patre & filio, & isto casu potest post
actum præstari,& idem quando tangit eum , cuius consensus exigitur
in consequentiam , & ponitur exemplum in Episcopo consentiente
donationi iuris patronatus layci , sequitur Imol.ibi,num.5. & Barba.
num. 78. & sequen.

34 ¶ Consensus,qui exigitur per modum solemnitatis, cognoscitur hoc
modo.Primo si hoc dicitur in Constitutione,Ant.in d.cap.cum consue
tudinis,col.pen.ad fin.Imol.num.6.uersi.quemadmodum,uide tamen
supra ex mente Imol.num.23.& Bal.in Marg.in uer. differunt.

35 ¶ Si requiritur certo & determinato tempore , aut per modum au-
thoritatis,aut licentiæ,aut iussus : tunc uidetur de solemnitate exigi,
Imol.in d.cap.cum consuetudinis, num.6.uer. quando , Barbat. num.
69.Bart.in l.qui habet.§.si pupillus,uersi.præterea.ff.de tutelis.

36 ¶ Si consensus indeterminate requiritur , ut in statuto disponente
quod in contractu minoris debeat interuenire consensus propinquo-
rum,tunc requiritur per modum solemnitatis , Ant.in dicto cap.cum
consue-

consuetudinis,colum.pen.in fi.Imol.num.6.Barb.nu.70. alias actus est
nullus,& non potest ratificatione ualidari.uide supra,nu.29.

37 ¶ Secus uerò , si res spectat quoquomodo ad eum,qui debet consen-
tire,ut quando patri quæritur usufructus, tunc consensus qui præsta-
tur filio,præstatur per modum consensus,non solemnitatis, & idē quā
do bona sunt communia , uel administratio est communis , non exigi
tur consensus, ut solemnitas : secus si bona , & administratio sunt se-
parata, tunc consensus Episcopi in alienatione facta per capitulū præ
statur per modum authoritatis, non consensus.Ant. in d.c.consuetudi
nis,ad fi. de consuet.Imo.ibi ad fi. Verum omnia præmissa iungenda
sunt doctr. Imo. in d.c.cum nos, de his quę fiunt à præl.sine consensu
capituli .

38 ¶ Ex supradictis authoritatibus colliguntur duæ conclusiones , quæ
possunt huic constitutioni applicari. Vna quando constitutio require-
ret consensum proximiorum in contractu minoris , & mulieris , tunc
proximiorum consensus expressus & authorizabilis debet intereueni-
re pro integranda persona minoris,& mulieris, ut in tutore quando p̄
stat consensum minori contrahenti cum alio , qui consensus importat
authoritatem,ut supra,num. 16.hic importat authoritatem , & solem
nitatem,ut supra,nume.35.& 36. & dicitur in text. constitutionis ibi,
& si factæ , & celebratæ fuerint non seruatis solēnitatibus supradictis,
& sic iste consensus pro solemnitate requiritur.Præterea importat for
mam,ut in constitutione ibi, Et nihilominus contrahentes cum mino-
re contra formam superius annotatam . & paulo inferius in additione
ibi,in eandem formā seruari uolumus,& sic ex textu constitutionis de
monstratur quod consensus,iuramentum , & alia important solemni-
tatem , & formam,& ex dispositione iuris communis idem est,ut dice
mus infra loco proprio.

39 ¶ Altera conclusio elicitur quod consensus deberet in ipso actu præ-
stari, nec ualeret si ante,uel post præstaretur , ut diximus supra, num.
17.25.37.presertim quia in ista constitutione pro solemnitate, & for-
ma requireretur,ut supra, num.38.& quotiens aliquid requiritur pro
forma,debet tunc in ipso actu interuenire,aliàs actus est nullus, vt in-
fra dicemus loco suo, & de conscientia,supra num.7.

40 ¶ Inferturque propterea quod huiusmodi consensus , uel conscien-
tia per procuratorem,nuncium,vel epistolam cōsanguinei proximio-
ris præstari non possint,cum præstentur pro solemnitate, & forma ad.
integrandam,& legitimandam personam minoris, & mulieris , gloss
Pau.de Cast.Alex.& Aret.num.8.in d.l.si quis mihi bona,§.iussum. ff.de
acqui. hæred. Vbi quod quando aliquid fieri debet ad solemnitatem,
actus per aliquem ex forma statuti , debet ipse perse facere , non per
procuratorem , uel nuncium , quia consensus debet esse uerus non fi-
ctus,& qui consentit per procuratorem fingitur consentire,Bal. in l.j.
in fi.

in fi.C.qui admitt.& in l.minorum.C.de præd.minor.nume.2.post glo.
ibi dicit, quod tutor, & curator non possunt constituere procurato-
rem ad ea, quæ fiunt de iurisdictione uolútaria, Ias.in l.j. §.item acqui
rimus, num. 14. Abb.in c.cum parati, nu.5. Franc.col.ij.vers.vlt.nota.De
ci.num.4.de appell. vbi dicit, quod quando in actu requiritur alterius
præsentia, non poterit ad illum actum procuratorem cóstituere, Alex.
cons.lxv.nu. 11.lib.iiij. Tiraq. super ll.connub.gl.vj.nu.25.& seq. facit ét
quia consanguinei debent interuenire pro integranda persona mino-
ris, non pro administratione bonorum eiusdem, quæ integratio nó po
test fieri per procuratorem consanguinei, quia illius conscientia non
est conscientia consanguinei.

41 ¶ Quam conclusionem limitat Deci.in d.c.cum parati, nu.4.duobus
modis.primo quando adesset iustum impedimentum, quam etiã pro-
sequitur Tiraq. in d.glossa vj.num.29.& 34. Secundò, quando requiri-
tur præsentia capituli non personæ particularis, quia tunc posset pro
curator capituli consensum præstare, & Tiraq.num.32.34. & 35. ponit
duas limitationes, quas vide.

42 ¶ Tertiò limita, uidelicet per procuratorem præstari posse consen-
sum, quando consensus non requiritur pro integranda persona mino
ris, uel mulieris, solemnitate, uel forma, sed ut mulier nubere posit cũ
uoluntate patris, uel fratris absentis, quorum intererat mulierem non
debere maritari sine eorum consensu ad uitandas inimicitias cũ con-
trahente matrimonium cum ea, & hoc modo declaratur Bal.cons.liiij.
lib.v. Caccial.in repet.l.omnes populi, num. 106.vers.xxvij.ff. de iust. &
iur.& facit supra, nu.31.& 32.

43 ¶ Pro quibus facit Panorm.cons.lxv.nume.3.vers.quoad tertium du-
bium, lib.ij. dum dicit, quod exequutor testamenti potest pro puella
maritanda consentire.

34 ¶ Et pari modo, quando quis resignat beneficium in manibus Papæ,
vel ordinarij, potest per procuratorem consentire resignationi, quia
consensus requisitus non est pro solemnitate actus, vel pro forma, sed
ad patefaciendam voluntatem resignare uolentis beneficium, quæ fie
ri potest per procuratorem specialem ad istum actum, ad quem pro-
pter absentiam, uel aliud impedimentum, quis interesse non potest,
uel non vult. d.l.j.§.pen. ff. de procur.cum procurator sit ille, qui aliena
negocia mandato domini administrat, d.l.j.in principio. & potest con
stitui specialiter, uel generaliter ad plures, uel unum actum, ut d.l.j.§.
j.d.tit.de procur.& c.qui facit, de reg.iur.lib. vj. Et faciunt notata per
Docto.in c.cum consuetudinis, de consuet. & in l. si quis mihi bona, §.
iussum, ff.de acq.hæred. sed si crederem non fastidire lectorem, hic po-
nerem aliquos casus, de consensibus præstandis in resignatione benefi
ciorum, qui non multum distant ab his, quæ dicta sunt, & aliquo tem-
pore lectori utilitatem afferre poterunt: unde si ei non displicuerit, se
quentes

quentes casus usq; ad uer. consanguineos legat. & si ei displicuerit, il-
los prætermittat, quia meum non est aliquem grauare uelle.

45 ¶ Et iste consensus potest in ipsa resignatione, & postea præstari, quia
non est solemnitatis, & agitur tantùm de præiudicio ipsius consentien
tis ut supra, num.32.& 33.

46 ¶ Et consensus resignationis colligitur, quando resignans, uel legiti-
mus procurator porrigit Papæ, uel Datario supplicationem ad signan
dum Mohed. decis. lx. & supplicatio signatur, & data apponitur uiuo
resignante: nam Papa signando supplicationem, admittit resignatio-
nem, quæ fit in ipsa supplicatione, & túnc concessio perfecta est, dicit
Butr. post Innocen. in cap. quidam, colum. fin. versic. quandoque re-
spondit Papa, de renunciatio. vbi Aegid.colum. secunda, ad fin.& ibi
Abb. pariter, ad fin. Cassad. decisio.prima, de renunciat. Sed ista por-
rectio debet esse facta per principalem, uel per procuratorem, aliàs
facta per nuncium, uel alium non noceret, Innocen. Butr. Abb.& Ae-
gid. in dicto cap. quidam. & est probanda, & potest probari per te-
stes, qui sollicitarunt supplicationem, per registratorem supplica-
tionum, & similes, qui viderunt sollicitare supplicationem resigna-
tionis, & familiares domini, vel procuratoris, quia hęc non palam
fiũt, ideò est difficilis probationis, utputa si haberet unum testem cui
porrigens mandauit, vt expediret supplicationem, & aliis adminicu-
lis, vtputa literis, ex quibus consensus probatur. l. consensu. ff. de actio.
& oblig. Soci.consil.xlj.colum.j.lib.iij. & ex sola cedula priuata proba-
tur voluntas, Soci.consil.cxlij.colum.penul.versic.ij.principaliter, lib.
j. Roma. consil. xxvij. colum. j. & impensa facta per resignantem in
expeditione supplicationis, quia semper præsumere debemes quod
est necessarium ad actus expeditionem, & validitatem, Cassad. decis.
xxj.de præben.

47 ¶ Sed iste consensus, qui elicitur ex porrectione prodest, quando non
est præstitus consensus formalis in Camera, vel Cancellaria necessa-
rius pro expeditione literarum, iuxtà reg. de præst. consensibus an-
te obitum resignantis, sed post obitum resignantis per procuratorem
præstatur, iux. extrauagantem Alexand. VI. & Leonis X. quorum te-
norem ponit Boer. decisio. ccclxviij. in fine, & Cassad. decis. j. & ij. de
renunciat. qui consensus sufficit, vt beneficium non dicatur vacare
per obitum, sed per resignationem, sed hæc hodie non seruantur, vt
dicam in glo.v.num.40.

48 ¶ Verum si principalis porrexit supplicationem Papæ, super resigna
tione certi beneficij, & probatur porrectio, & post porrectionem
principalis constituit procuratorem ad resignandum dictum benefi-
cium, & consentiendum resignationi, qui procurator post obitum
principalis præstitit consensum resignationi præfatæ, iste consensus
valet, vt non dicatur beneficium vacare per obitum, sed per resigna-
tionem,

tionem,& hoc quia uoluntas resignantis continuata uidebatur,usque ad eius obitum,Bal.in l.liberta tua,C.de oper liber. dicit quod consensus durat, & nocet quandiu tela non est succisa.Sed aliud esset dicendum quando uolũtas probaretur mutata,vel per testes, uel alios actus contrarios , utputa quia resignans uoluit cedere in fauorem alterius, uel in manibus ordinarii aut noluit dimittere beneficium coram Notario,& testibus,& similibus actibus, ex quibus ostendat quod eius uoluntas non erat amplius resignare in fauorem illius,vel in manibus Papæ, etiam quod illi actus essent nulli, quia ex actu etiam nullo probatur uoluntas,l.fi.ff.de rebus eorum , & expirabat per obitum potestas procuratoris,qui in uita principalis nihil fecerat. nec dicatur quod actus solemnis requiratur pro tollendo consensu proueniente ex porrectione . quia potest dici quod tunc actus debet tolli per actum solẽnem , quando actus factus fuit per actum solemnem,sed consensus præstitus in porrectione supplicationis,non est actus solemnis. Ideo tollitur ex actu nullo , ut iuxta ordinem naturæ unumquodq; dissoluatur eodem uinculo, quo alligatum est, l. nihil tam naturale , ff. de reg.iur. Et isto casu beneficium uacaret per obitum, non per resignationem. Cassad. d. decis.j. & ij.de renunciat. & Mohed.decis. clix. & clxxxix.& Boer.d.decis.cccxlviij.late Put.decis.cclxvij.lib.ij.Pereg.decis.cxxviij. Gomes.lib.j.decis.xx. licet non ignorem fuisse decisum coram Achillæ in resignationibus non attendi mutationem uoluntatis quando secũda resignatio fuit inualida, & ex qua nihil fuit acquisitum secundo resignatario.sed ista ratio nõ me mouet in isto casu, quia satis est probare quod resignans non continuauit in dicta uoluntate usque ad obitũ, ita ut procurator qui nihil fecit in uita post obitum præstare possit consensum ita ut beneficium non dicatur uacare per obitum,sed per resignationem, sed extrauagantes Alexandri , & Leonis una cum stilo Rotæ uidentur sublatæ per extrauagant . Pij Quinti publicatam in Camera die 2.Septembris, M. D. LXVIII. quæ hodie seruatur.

49 ¶Quando uerò resignans possit mutare uoluntatem ante admissam resignationem , uel porrectionem factam per alium , quàm procuratorem , uel principalem, & quando non possit mutare post admissam resignationem,uide Doctores in d.c.quidam,de renunciat.Sed stante dicta extrauaganti S.D.N.Pij V.de his in casum quæritur, quia disponit quod in omnibus casibus resignatarii, seu cessionarii eorumque successores &c.ante obitum resignãtis, uel cedentis etiam quod supplicatio per eundem resignantem,uel cedentem, seu eius procuratorem porrecta fuerit in libris Cameræ , uel Cancellariæ , uel in actis Episcopi , uel Archiepiscopi consensum extensum fuisse legitimè docere,seu probare teneatur,alioquin cessiones,& resignationes, ac extensiones cõsensuum huiusmodi aliterquàm, ut præfertur publicatæ, seu factæ,cum omnibus inde secutis, & sequendis etiam nouis prouisionibus,

sionibus , & cæteris quibusuis gratijs nullas , & inualidas , nulliusque roboris, uel momenti fore ac fuisse, & esse statuit,& ordinauit, & beneficia prædicta etiam consistorialia per obitum uacare censeantur. Ex qua extrauaganti demonstratur, quòd consensus resultans ex porrectione non est habendus aliter in consideratione, sed solum consensus, qui in Camera,uel in Cancellaria præstatur . Qui alias solum requirebatur pro expeditione literarum in Cancellaria , uel in Camera,cum expeditores sine consensu expresso , & annotato à tergo bullæ,non sint soliti bullas expedire ad euitandum fraudes,quæ fieri possent in dicta expeditione,quæ cessat ubi interuenit consensus eorum ad quos pertinet, Sarnen. in reg.de infir.q.17.col.4.versi.3.casus,& de isto consensu præstando in Camera , vel in Cancellaria , adest regula Cancellariæ,quæ cum conuersant solum expeditores non est de dandis, Cassad.decis.prima,nu.4.Pute.decis.3.lib.3.

50 Præterea Extrauagans Alexandri 6. non procedebat, quando quis in infirmitate per procuratorem porrigebat supplicationem Papæ ad signandum propter regulam de infirmis resignand.vt no.Sarnen.in d. reg.q.31.ad fi.

51 ¶Secundo non procedebat Alexandrina , quando procurator porrigebat supplicationem correspectiuam vel conditionalem iuxtà formam mandati,quod erat datum conditionaliter vel correspectiuè ; nam actus conditionalis vel correspectiuus non potest nisi in forma specifica impleri ex parte procuratoris porrigentis,vel nisi probetur quod procuratores vtriusq; partis porrexerint supplicationem,Crescent.decis.37.210.& 229.& Mohed.decis.63.& ex parte Papæ admittentis sub illa conditione & correspectiuitate , & non alias,aliter,nec alio modo : nam si procurator omnes conditiones in mandato positas non implet à resignante non solum non abdicatus ius ex sola porrectione,sed nec per consensum expressum procuratoris,Pau.de Cast. in l.eum qui,ff.de inoff.testam.vbi ponit exemplum in eo, qui renunciauit beneficio super quo putabat habere ius, & tamen non habebat ius;dicit quod renunciatio est nulla,Bal.in c.cum adeo,nu.3.vbi addi-
52 tio,de rescri.dicit,quod propter vnumquodq; Capitulum licèt minimum non obseruatum etiam si non respiciat substantialia contractus repellitur quis ab agendo, Ale.consil.105.nu.24.lib.3.dicit quòd locatio facta simul,& vnica mercede, resoluta locatione respectu vnius capitis quoad omnia resoluitur,maximè quando conditiones sunt per copulatiuam coniunctæ, quia omnes debent verificari , Socin.in l. si is qui ducenta, §.vtrum,nume.3.ff.de rebus dub. & consil.clxij. colum. fina.Cagno.in l.si quis maior, nu.169.C. de transact.

53 ¶Præsertim si adest clausula , & non alias,aliter,nec alio modo, quæ importat conditionem suspensiuam, Bald. in authen.ingresi. num.7.

C. de sacrosan. eccles. Curtius Senior consilio viij. Ioan. Cephal consil. lxxx. nume. 2. dicit quòd habet naturam preciosam, neque admittit interpretationem à verbis separatam. dixi infra in ca. ij. lib. vj. numero 171.

54 ¶ Quare isto casu expressus consensus requiritur & tacitus non sufficit, Aretin. Alexand. & omnes in l. secunda, §. voluntatem. ff. soluto matrimonio. Rug. consil. iij. lib. quarto. numer. 3. Deci. consil. ccccix. colum. prima.

55 ¶ Et idem quando resignatio fuisset simoniaca, quia tunc à resignante non abdicatur ius. Rot. decis. vij. de renunciat. in ant. Cassad. decis. iij. eodem tit. Boer. decis. xcvij. loquitur in permutatione, Paris. consil. cxxxv. num. 2. volu. iiij. ob id in isto casu nihil operatur consensus, quia Papa non intendit simoniacam resignationem admittere, & beneficia simoniacè impetrantes excommunicantur, & impetrationes annullantur per Paulum Papam IIII. & per S.D.N. Pium V. sub dat. Calend. Aprilis 1566. vbi innouat constitutiones prædecessorum, & præsertim Iulij II.

59 ¶ Consensus in beneficialibus ante datam super supplicatione signãda tempore datæ & post datam in Camera, uel Cancellaria præstari potest. Sarnen. super reg. de infir. quæstio. xxvj. versicul. hoc etiam suadetur, & faciunt quæ dicta sunt supra nume. 23. & hoc quia consensus non est authorizabilis, & tunc ante & post præstari potest, vt ibi diximus.

57 ¶ Sed aduerte quòd consensus, qui præstantur ante datam supplicationis, nuncupantur parui consensus præstiti super parua data, & sunt informes, aliqui præstantur post datam, sed ante missam supplicationem per Datarium ad registrum, qui etiam sunt parui consensus, & qui postea extenduntur per Notarios Cancellariæ & Cameræ expedita supplicatione in registro, & apud Regentem Cancellariæ qui recipit omnes supplicationes à Clericis registri, & illas scilicet resignationum distribuit Abbreuiatoribus de maiori, aliàs vero de Abbreuiatoribus de minori parco, & postquàm sunt redemptæ ab Abbreuiatoribus, portãtur ad Notarios Cancellariæ, videlicet Cameræ, qui Notarij consensus paruos antea pręstitos extendere solent, in quibus consensibus extensis fit mentio de resignante, resignatario de qualitatibus, & conditionibus appositis in supplicatione, de data, & de missa per Notarios Cameræ, secus uerò per Notarios Cancellariæ, quia arbitrio suo in extensione ponunt, vel non ponunt missam, cum prætendant non ligari regulis de extenden. consensibus.

58 ¶ Præterea sunt aliqui consensus qui præstantur post datam & expeditam supplicationem ut supra, qui debent præstari infra quindecim dies à die missæ supplicationis per datarium ad registrum, alias

consensus non possunt extendi per regulam Cancellariæ quæ sub certa pœna prohibet ne extendantur post quindecim dies à die missæ supplicationis per Datarium. Eapropter Notarij Cameræ solent habere recursum ad Clericos Cameræ in plena Camera & petunt mandari extendi non obstante lapsu missæ, & Clericus Cameræ iuxta facti qualitatem impedimenta & causas allegatas solet arbitrio suo mandare & non mandare, ut consensus extendantur, uel non extendantur non obstante lapsu missę. Sed an possint hoc facere Clerici Cameræ, dubito: quia extrauagans Clementis Septimi, & regula Pauli Tertij habent decretum irritans cum clausula, Sublata aliter iudicandi & interpretandi facultate, contra quam inferior à Papa nihil potest facere, Put. decisio. septima, super regulis, in genere dicit, quod regula procedit non obstante decreto Clericorum propter decretum irritans, & quia erat ius quęsitum parti, nihilominus dicta regula non est usu recepta nisi hoc modo, & semper fuit ita interpretata & intellecta in Camera & Cancellaria, & minimè mutanda sunt quę longam interpretationem habuerunt, l. minimè. & l. iij. ff. de leg. l. xxxiiij. ff. de regul. iur. & l. xviij. §. optimum. ff. de fund. instru. & instrumento legato. Aymo consil. centesimoprimo, num. 3. & dixi infra c. ij. nu. xvj. lib. vj. harum constitutionum.

59 ¶ Nota tamen pro intellectu dictę regulę de extendendis consensibus, quod ex decreto irritanti eiusdem non annullatur gratia, sed consensus tantùm, post quindecim dies à die missę extensus, & expeditionem literarum. Crescen. decisio. ccix. & non procedit dicta extrauagans in Cardinalibus: quia non consentiunt coram Notario in Cancellaria uel in Camera, sed consentiunt per eorum cedulam subscriptam, & eorum sigillo signatam. Sar. in reg. de impet. bene vacant. per obit. fam. Card. q. xxviij.

60 ¶ Et quia regula seu extrauagans non est primæ æditionis sed secundæ, quę secunda ęditio non ligat Cardinales, vt in capitulo finali reg. Cancellariæ primæ ęditionis. Præterea cui non conuenit qualitas nec illius dispositio conuenit, Bartolus in l. prima, §. quod autem. ff. ne quid in loco publico. l. quarta. §. ait prætor. ff. de damno infecto facit quia regula est facta ad obuiandum fraudibus, quæ non præsumuntur in Cardinalibus, Gomes. in prooemio regularum. quęstio. sexta, numero decimo. Et non habet locum in consensibus pręstitis ante missam, quia in regula hoc non dicitur, & uidetur casus omissus, & propterea remanet in dispositione iuris communis, nec procedit in Cancellaria: quia quandoque post quindecim dies extenditur consensus, & iste est stilus Cancellarię, & ita uidi seruari. Præterea ista regula non respicit partes sed expeditores: quia forma, quę datur per istam regulam respicit expeditores: ideo si per

eos non fuit seruata, non debet nocere ei, qui expediuit. Ideo si non seruatur forma regulę, non annullatur gratia, sed consensus extensus, uel expeditio literarum.

¶ Remedium ergo erit prestare nouum consensum, & expedire super bono consensu alias literas, Crescen. decisio. ducentesimanona, uel impetrari à Papa licentiam extendendi, uel declarationem, quòd consensus sit bene extensus, August. in secunda parte epithomes, in regula de extendendis consensibus Pauli III. num. j. uel quando consensus sunt annotati de mandato speciali Papæ.

61 ¶ Nec procedit ista regula in consensu prestito per porrectionem supplicationis, Mohed. decis. lx.

62 ¶ Huic regulę non est satisfactum si consensus est extensus in Brogliardo: quia ille non dicitur de libris Camerę, ut regula requirit, Pute. decis. xj. super regulis in genere.

63 ¶ Et procedit hęc regula etiam in gratijs conditionalibus, ita ut non posit consensus extendi post quindecim dies à die missę supplicationis ad registrum per Datarium, Sarn. in regul. de iur. quęsit. non tollen. quęstio. quarta. nume. xvj. & xvij. Ioannes Paul. latè decisio. xxxvij.

64 ¶ Expeditis itaque literis per expeditores, bonum consensum interuenisse pręsumitur in expeditione dictarum literarum, quoad hoc ut non requiratur nouus consensus, etiam quod dicantur literę malè expeditę & non concordare cum mandato ad resignandum dato, quoniam huiusmodi discordantię cognitio ad ipsos expeditores pertinet, qui non ualent literas sine consensu expedire, & in his quę consensum respiciunt, pro officialibus pręsumendum est. gloss. & Doctor. in l. si quis decurio. C. de falsis, prout pręsumitur quod pręsentatio sit facta à patrono in tempore, & quòd ordinarius contulerit infra tempus sibi à iure statutum, nisi contrarium probetur, Rot. decis. 12. de iurepatr. in ant.

65 ¶ Faciunt etiam quòd si in literis expeditis dicitur, accedente consensu N. intelligitur ista clausula dispositiua, non conditionaliter, idest quia accesit consensus illius, qui debebat consentire. Et est ratio quia expeditores non expediuissent literas, nisi constaret de consensu illius, & Abbreuiatores quando consensus non interuenit dicunt, dummodò ad id consensus expresè accedat: quę uerba de stilo semper apponuntur, & non important expressum, & indiuiduum consensum pręstandum, Peregr. Fab. decisio. decimatertia, sub titul. de rescrip. Put. decisio. cccxxv. lib. primo. ubi quod dicta uerba non important conditionem, sed modum ex eo, quia dispositio potius modalis quàm conditionalis censetur, cum collatio sub conditione fieri non soleat, & hęc procedunt in bullis expeditis: sed si apposita sit

sit ista clausula in sola supplicatione aliud dicẽdum esse arbitror, quia vt dicit Pet. And. Gambarus decis. lv. quòd illa verba, dummodo accedat assensus, inducunt formam, quæ non impletur per tacitum consensum, qui est fictus non verus, Fel. in c. nonnulli, de rescript. & aliud est facere, aliud consentire, & in materia odiosa, vt sunt rescripta ad beneficia uerba intelliguntur propriè, c. quamuis, de rescript.

66 ¶ Præterea consensus simplex, & purus præstitus super renunciatione beneficij, præsumitur semper durare, quia uoluntas semel declarata præsumitur semper durare nisi probetur contrarium, l. eum qui voluntatem, ff. de probatio. c. maiores, de baptismo, Ias. in l. sancimus, in tertio not. C. de testib. vbi dicitur, quòd præsumitur durare etiam quod sit lapsum longum tempus, Sarn. in reg. de anna. q. xv. in fine, vbi dicit, quod consensus præstitus per patrem filio in prima instantia, durat vsque ad exequutionem sententiæ. facit quod dicit Bal. in l. liberta tua, C. de ope. libe. vbi dat regulam quod consensus semper durat, & nocet quãdiu tela non est succisa, Cassad. decis. iij. de dolo & cõtum.

67 ¶ Consensus potest præstari cum aliqua qualitate, & limitatione. l. in agris. ff. de acq. rerum dominio. vbi imperator concesit agros limitatè, Fel. in c. cum ordinem, num. 4. de rescrip. vbi examinat illam regulam, quando limitata causa limitatum producat effectum. Paris. cons. xix. num. xlix. lib. iij. dicit consensum limitatum non producere nisi actum limitatum, & ibi num. 47. & 48. explicat qualiter actus limitatus ex actibus agentium inducatur, & consensus limitatus non porrigitur vltra, dicit Deci. cons. ccclxix. num. 6. & limitatus est consensus quando consensit iuxtà formam supplicationis desuper signatæ tempore consensus, adeò quod si postea obtineatur gratia reformatoria aliquid addens priori gratiæ super eo, quod est additum, opus est nouo consensu, in quo debet etiam fieri mentio de secunda gratia, Feli. in c. in nostra, Coroll. xxv. de rescriptis Paris. cons. vij. num. 70. lib. ij. Mohed. decis. cxij.

68 ¶ Consensus super actu nullo non præiudicat, neque præstat impedimentum per regulam, non præstat, de reg. iur. in vj. Alex. cons. xxij. col. j. vol. j. Aym. in quæstione statuti Ferrarien. num. 3. Decius in l. quod initio. ff. de reg. iur. præsertim, quando consensus peccauit in forma, vtputa, quia fuit præstitus consensus non seruata forma hic tradita. sed si actus fuit aliquis à principio, sed consensus nullus fuit, tunc nouus cõsensus requiritur, Deci. consil. dclxj. nume. 14. & 15. Aym. consil. xxxix. nume. 13.

69 ¶ Consentire etiam potest procurator minoris legitimè, constitutus super resignatione sui beneficij facta in manibus Papæ, vel Ordinarij, in qua narretur, quod ipse resignans sit minor, quia tunc si Papa, vel Ordinarius admittit resignationem minoris, videtur quod minor renunciet cum authoritate superioris, & tunc coram Papa non videtur

 neces-

necessaria expresſio cauſæ, propter quam minor reſignat, ſed coram Ordinario, vel alio inferiore crederem, quòd non ſolum requiratur expreſsio cauſæ, ſed quòd cauſa cognita reſignatio admitti debet, & ita intelligitur dictum Mil. in verb. minor xiiij. annorum. in repertorio uel quod minor conſtituat procuratorem cum authoritate curatoris, & iudicis decreto, uel ſecundum formam traditam ab iſta Conſtitutione, & tunc ualet conſenſus minoris præſtitus per procuratorem cum ſolemnitate conſtitutum, aliàs non valet neq; conſtitutio, neque conſenſus, Pute. deciſ. clxj. lib. ij.

70 ¶ Sed ſi procurator non idoneus conſenſum reſignationi præſtiterit, poterit legitimus procurator bonum conſenſum poſtea præſtare ex quo ſolum agitur de præiudicio reſignantis, qui poteſt in ſui præiudicium quandocunque conſentire etiam poſt expeditas literas reſignationis per notata ſupra num. 24 & 26. quia reſignatio à principio fuit valida, ſed conſenſus non erat ualidus, puta quia procurator non ſeruauit formam mandati, ideò bonus procurator poteſt nouum conſenſum præſtare ſeruandi formam mandati, uel quia expeditores expediuerunt bullas cum conſenſu extenſo contra formam regulæ ut ſupra num. 83. & ſeq. qui expeditores non poſſunt nocere ei qui expediuit. ea propter conſenſus huiuſmodi poteſt tam ante quàm poſtea pręſtari, & conſenſus nihil aliud ſit quàm expreſsio uoluntatis, ideò ſufficit quandocunque adhibeatur, Gundiſaluus Villadieg. in tract. de legato, q. xj. num. 5. iſte nouus conſenſus poſt literas expeditas præſtitus gratiam magis ualidat, maximè quia Abbreuiatores contentantur de fide conſenſus appoſiti à tergo literarum, & ipſi non ſolent examinare an conſenſus ſint præſtiti infra quindecim dies ante miſſam ſupplicationem ad regeſtrum, uel an ſit ſeruata forma mandati, cum credant per Notarium Cameræ, uel Cancellariæ omnia diligenter facta fuiſſe cum ſint viri practici, & diligentes, & ſoliti omnia cum fide, & maturè examinare, ideò ſimiles bullas ſaluare maximam cōtinet æquitatem, quæ ſemper ſeruanda eſt ad euitandas nouas expenſas, & circuitus. facit etiam, quod conſenſus ex interuallo præſtitus actum firmat, quando non eſt ius quæſitum alteri, Soci. iun. conſ. xciij. nu. 12. lib. ij.

71 ¶ Sed quid ſi duo Forenſes impetrant beneficium ſitum in vrbe, ſub diuerſis datis à Papa debitum ſolum Romanis, & Papa dicat in gratia vtriuſque, accedente conſenſu Conſeruatorum. quæ clauſula in ſupplicatione facit conditionem, in bullis expeditis ſecus, ut ſupra num. 59. Qui Conſeruatores conſenſerunt primo in gratia illius, qui erat poſterior in data, & poſtea conſentiunt in fauorem illius qui erat prior in data, dubitatur, quis conſenſus conſeruatorum eſſet præferendus? & dicebatur primò quòd utraque gratia erat conditionalis, quia clauſula, accedente cōſenſu Conſeruatorum, in ſupplicatione poſita, erat in ablatiuo abſoluto poſita, qui ablatiuus abſolutus prolatus à Papa, qui

qui poteſt diſponere facit conditionem, Bar. in l. ij. §. fi. ff. ad Senat. Conſult. Tertul. Pariſ. conſ. lxxxv. num. 32. lib. ij. Sarn. in tract. Signaturæ, nu. 84. Iaſ. in ſecunda lectura Rubric. num. 10. & ſeq. ff. ſol. mat. ponit regulam, & fallentias. Vnde gratia conditionalis, ante illius purificationem nihil ponit ineſſe, & in gratiis conditionalibus non attenditur data, ſed illa præfertur, quæ eſt primo purificata, c. ſi pro te, de reſcrip. lib. vj. Sarn. in reg. de iur. quæſ. non toll. q. iiij. Gemin. conſ. lxxix. & Aret. conſ. vij. Vnde pro reſolutione dicendum eſt, quod gratia poſterior in data, quæ habuit primò conſenſum à Conſeruatoribus, tanquam primò purificata præferri debet habēti priorum datam à Papa, & poſteriorem conſenſum à Conſeruatoribus, qui primus conſenſus debet attendi, quia Conſeruatorum facultas in conſentiendo conſumpta fuit in primo conſenſu præſtito poſteriori in data, iuxtà l. boues. §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign. glo. in c. cum non ignorem, in uerſ. conſenſerunt, de pręben. facit l. in diem ibi, nullam poteſt iniuriam accipere, qui ſemel uoluerit, ubi gloſſa notat ſufficere ſemel uelle, & non poſſe pœnitere, ubi allegat multas ſimiles concordantes, & fallentias, quæ non applicantur caſui noſtro, Bar. & Docto. in l. quotiens. §. data, ff. de optione legata, Deci. in reg. quod ſemel. ff. de reg. iur. verſ. Item in conſenſu. Tiraq. in d. §. hoc ſermone, parte j. nu. 101. & 102. Facit, quia conſentiens non poteſt variare. c. publicato, de electio.

72 ¶ Sed an conſenſus ſit nullus, quando quis conſentit iuxta formam ſupplicationis, ſub dat. Kalend. Nouembris anni 1570. & tamen ſupplicatio ſub tali data pro eodem non reperitur in rerum natura, Caſſad. deciſ. iij. num. 3. de renunciat. & iſte eſt ſtilus licèt forſan dubitari poſſet, quando reperiretur alia ſupplicatio porrecta per principalem ſub alia data, ex quo per porrectionem deliberata uoluntas oſtenditur, & tunc forſan non eſſet opus docere de ſupplicatione relata, Feli. in c. ij. col. iiij. num. 10. verſ. nam aliquando tales dictiones, de reſcript. Boer. deciſ. cccxlviij. num. 4. Tu tamen intelligas primam partem de conſenſu præſtando pro expeditione bullarum in Cancellaria, quoniam expeditores non expedirent bullas ſine expreſſo conſenſu præſtito ſuper illa gratia met, ſuper qua fit bullarum expeditio: Nam cum conſenſu reſultante ex ſola porrectione ſupplicationis expeditur ſola ſupplicatio apud Datarium non bullæ, in Cancellaria, quę ut ibi expediantur, Abbreuiatores requirunt expreſſum conſenſum annotatum apud Notarios Cameræ, vel Cancellariæ, ideò non faciunt dicta Feli. & Boer. quæ ſunt contra ſtilum Curiæ, qui pro iure habetur.

73 ¶ Quid ſi conſentiens habet duplex ius ſuper aliquo beneficio, an uideatur conſentire ſuper utroque iure, uel ſuper uno iure tātùm? Dicas diſtinguendo, quod ſi conſentiens habebat ſcientiam de utroq; iure ſibi competenti, & conſenſus præſtabatur in manibus Superioris, quod tunc ex conſenſu perditur ius, c. admonet, & c. quod in dubiis, de renū-

 ciat.

ciat. Dominic. & Franc. in c. commissa, col. j. de elect. lib. vj. secus si erat ignorans, quia ignorans non censetur ius suum remittere, aut renunciare, l. nec ignorans, C. de donat. & dixi supra in gloss. ij. nume. 75. sed quid si consentit ex necessitate officij, vtputa tutor, curator, uel consanguineus, tunc ex consensu ipsi non præiudicatur, Bal. cons. cij. lib. ij. Tiraq. de retract. par. j. glo. ix. num. 139. Aym. super q. statuti Ferrarien. num. 2. Si uerò est uoluntarius, tunc censetur ius illud remittere in fauorem acquirentis illam rem, Aym. in d. q. Statuti Ferrarien. nu. 12. & 38. Tiraq. de retract. d. §. j. gloss. ix. num. 264. & seq.

74 ¶ Consensus præstitus concordiæ factæ inter duos cum clausula, Saluo beneplacito sedis Apostolicæ, quod beneplacitũ fuit obtentũ, sed fuerũt in eo quãplura cassa, post fuit obtẽta reformatio super qua oĩa cassa ponebãtur, dubitabatur an cõsensus præstitus in cõcordia duraret post primam confirmationem concordiæ cum cassaturis, uel expirauerit in prima confirmatione, ita quod super reformatione beneplaciti nouus consensus requireretur? & quod per primam confirmationem cum cassaturis, uideretur facta denegatio beneplaciti, & per consequens cessare consensum, ut dicimus in arbitro, cuius potestas cessat post primam denegationem, Ang. consi. cclxxix. qui loquitur in potestate arbitri, quæ per denegationem cessat, Loffred. consi. xvij. num. 54. dicit non accedente consensu superioris contractum resolui, & tamen non aperit quando appareat non esse purificatam conditionem, l. dispensatorem, ff. de solut. ubi ex quo non ratificaui agere non possum. sed dubium est in Papa, qui semper potest confirmare illud quod semel negauit, & propterea quòd si tempore secundæ gratiæ durabat uoluntas illius, qui præstitit consensum concordiæ, res non habet difficultatem: si uerò non durabat uoluntas, tunc uidetur quod Papa hoc facere non posit de nouo confirmando in præiudicium tertij. propterea in istis semper quæras si uoluntas durauerit nec ne, & quæ coniecturæ adsint quòd durauerit uoluntas, & quæ opponantur ad demonstrandum, quod non durauerit uoluntas, ideo erit potius quæstio facti quàm iuris, & si non durauit uoluntas, tunc requiritur nouus consensus, Paulus de Castro in l. ab emptione, ff. de pact.

75 ¶ Sed quid si concordantes tacuissent post obtentam reformationem, & pasi fuissent longo tempore concordiam obseruando, tunc ex tali taciturnitate, & patientia consensus inducitur, quæ important consensum expressum, Alexand. consil. cxxvij. num. 1. & consi. clxxiij. in fin. lib. v. Ias. in l. quæ dotis, num. 85. ff. solut. matr. Deci. consi. ccccix. nu. 6. Aym. consi. lv. num. 5. ubi transactio ratificatur ex solutionibus sequutis ad formam transactionis, & in tract. de antiq. temp. par. j. num. 110. ubi loquitur de eo, qui habuit scripturam præ manibus, quam uidetur approbasse non contradicendo, & in consi. xl. num. 3. & in consil.

clviij.

clviij. num. 1. & sequen.

76 ¶ Inducitur etiam consensus per actum positiuum, Ias. in d. l. quæ dotis, num. 90. & 91. ff. sol. mat. nam factis consensus, & uoluntas exprimitur. Tiraq. de retract. conuent. ad finem tituli, num. 57. & sequent. immo plus facto quàm uerbo consentitur, Rot. decis. xv. de offi. delegat. in not. & Rot. decis. xiij. nume. 3. de conces. præben. Innoc. declarat qualis debet esse actus facti, seu positiuus. Præterea conniuentia est actus facti, Rebuft. in comp. alien. rerum ecclesi. num. 117. cum sequen. Item non contradicere sapit medium consensus taciti expresi, Rot. decis. xv. num. 1. de offi. deleg. & patientia operatur consensum, Rot. decis. xvj. nume. 4. de renunciat. in ant. Et hæc omnia procedunt ubi ex dispositione iuris, uel statuti non requiritur consensus expressus, Rot. d. decis. xiij. num. 2. de concess. præben. in not. quia tunc tacitus consensus non sufficit.

77 ¶ Nouus consensus super gratia perinde ualere, & in aliis gratiis consecutiuis requiri uidebatur, ut not. Reb. in praxi beneficiali, de rescripto etiam perinde ualere, nume. 21. & sequen. tu uero pro intelligentia nota quod sufficit primus consensus præstitus in supplicatione, qui porrigitur ad omnes clausulas in ea cõtentas, cum consenserit iuxta formam supplicationis, & quemadmodum de supplicatione extrahitur alia bulla cum expresione eorum, quæ continentur in supplicatione, & gratia Papæ, ita & consensu præstito super supplicatione extrahitur alius consensus super noua bulla perinde ualere circa ea, quæ non fuerũt expressa in prima bulla, & hoc quia supplicatio est matrix, & consensus super supplicatione pariter est matrix scriptura, ex qua si extrahitur instrumentum minus solemne, tunc semper recurritur ad matricem, uel imbreuiaturam, Feli. in c. cum P. Tabellio, & in c. ex literis, conc. ij. de fid. instrumen. & Lanfranc. in c. quoniam contra, uers. instrumentum, num. 27. de probatio. ubi etiam Feli. notab. vij. Ideo non requiritur nouus consensus, sed primus sufficit. Non facit Rebuff. supra relatus, quia non allegat leges neque rationes. Prętere a ipse ignorabat stilum Curiæ, in qua nunquam fuit, & attestãti de stilo, quem non uidit, non est credendum, quia stilus notorius Curiæ Cancellariæ, & Rotæ est in contrarium, & hoc quando perinde ualere extrahitur ex una supplicatione signata, & consensu desuper præstito: sed si obtinetur noua supplicatio perinde ualere, uel sub priori data, uel alia data, super qua non est præstitus consensus, tũc dico quod requiritur nouus consensus super isto perinde ualere sic obtento, & in isto casu posset saluari opinio Rebuff. sed ita generaliter non est uerum.

78 ¶ Præterea consensus præstitus iuxta formam supplicationis quando adsunt duæ supplicationes una scilicet, simplex, altera cum regressu sub eadem data, dubitari posset ad quem supplicationem se retulit

resignans

resignans uidelicet, An ad ſimplicem, uel ad illam, quæ habet regreſſum? & uidebatur quod conſenſus uitiari deberet propter incertitudinem, arg. tex. in l. ſi fuerit, & l. ſi quis, ff. de reb. dub. Facit etiam tex. in l. ij. ff. de his quæ pro non ſcrip. ibi, ſi quis de pluribus unum manumitti uoluerit, nec appareat de quo teſtator ſenſerit, nulli eorum fidei commiſſaria libertas competit. Veruntamen ſaluari poſſe pariter uidebatur conſenſus circa ſimplicem reſignationem, ex quo conſentiẽs qui tractabat de quęrendo regreſſum ex cauſa reſignationis, debebat clarè loqui qualiter ipſe conſentiebat ſuper ſupplicatione in qua ſibi reſeruabatur regreſſus, non ſuper ſimplici, & curare, vt reſignatarius conſentiret regreſſui: alias cum fuerit negligens eſt quid ſibi imputetur. Ideo in dubio conſenſus cenſetur eſſe præſtitus ſuper ſimplici reſignatione, in qua minus læditur reſignatarius, & ſuper ea conſenſus eſt certus, quia ſupplicatio ſimplex eſt certa, & perficitur ſolo conſenſu reſignantis, & maxime quia in loco ubi res agitur, magis frequentatur ſimplex reſignatio, quam cum regreſſu, & hoc actum eſſe intelligendum eſt, & quando mos regionis non apparet, tunc quod minimum eſt ſemper in ſtipulationibus uenire ſolet, l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. ubi Deci. ponit quamplura exempla, ita hic mos regionis magis eſt reſignare ſimpliciter quam cum regreſſu, qui non dãtur niſi cum impenſa, & difficultate, ideo ſuper ſimplici reſignatione tanquam minima, non ſuper ſupplicatione cum regreſſu, qui non poterat ſine difficultate, & conſenſu reſignatarii expediri, credendum eſt conſenſiſſe. Facit etiam quia propoſitum reſignantis uelle conſentire ſuper ſupplicatione cum regreſſu in eius mente retentum nihil operatur, l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſam, & non ſufficit reſignãtẽ noluiſſe regreſſum reſeruare, niſi diſponat, l. quidã, cum filium, ubi Bal. & Imo. ff. de hæred. inſti. Iaſ. in l. ſi res, nume. 30. ff. de legat. j. Decius conſi. dxiij. nu. 11. Soc. Iun. conſi. clxxix. num. 4. & ſeq. lib. ij. & in dubijs id accipere debemus, vt actus magis ualeat quãpereat, l. quotiẽs, la ſeconda, & l. ubi eſt uerborũ ambiguitas ualet quod actũ eſt. ubi glo. ff. de reb. dub. & in hac opinione reſideo, ꝓ qua facit Creſcen. deciſ. cxxxv. qui dicit quod prætendens regreſſum debet cõſenſum probare, qui nõ probat in caſu iſto cum dubia probatione, quia cõſenſus poterat etiam ad ſimplicem reſignationem referri, cap. in præſentia, de probat.

79 ¶ Sed quid dicendum quando reſignans præſtitit duos conſenſus ſuper una ſupplicatione, in qua reſeruabantur fructus, & regreſſus reſiſignanti, uidelicet prima uice iuxta formam ſupplicationis reſeruatis fructibus, & regreſſu, ſecunda uice purè, & ſimpliciter iuxta formam ſupplicationis, & ex dictis conſenſibus dubium oritur an per conſenſum ultimum uideatur receſſum à primo, & à conditionibus appoſitis in ſupplicatione, & primo conſenſu? & uidebatur quod ultimus conſenſus eſſet idem cum primo, ex quo ſe referebat ad ſupplicatio

cationem, & de iure eſt quod quando quis conſentit purè liberè & ſimpliciter, prout in ſupplicatione, uel alia ſcriptura conditionali quæ reperitur in actis, quod cenſetur referens diſpoſitio conditionalis, Deci. conſi. lxiij. colum. iiij. in princip. Alexan. conſi. xl. num. 14. lib. iiij. dixit ꝙ illa uerba purè, liberè, non faciunt donationem ob cauſam puram, & liberam, quia ſunt uerba generalia, & nihil operãtur, Deci. in l. in donatione, nume. 24. C. de collat. Veruntamen Fab. deciſ. xlviij. dicit per dominos fuiſſe concluſum contrarium iſta ratione, quia in ſecundo cõſenſu dicens purè liberè, & ſimpliciter, videtur receſſiſſe à primo conſenſu conditionali, alias ſecundus conſenſus fuiſſet ſuperfluus. nihil allegat ſed eſt doct. Bar. in l. cum procurator, §. ſi dominus, ff. de no. ope. nunciat. quæ doctrina reprobatur à Ioan. de Imo. Raphaele Cum. Pau. de Caſt. & Alexan. ut refert ibi Iaſon, nume. 2. & 3. & facit Deci. in c. bonæ mem. num. 24. de appellat. pro quibus uide Ruin. conſi. xlj. num. 13. lib. j. ſed inhærco præmiſſis authoritatibus contra Fab. tum quia conſentiens non poteſt uariare, ut cap. publicato, de reſcrip. & quia quando quis debet conſentire ex neceſſitate legis, uel conſtitutionis, tunc actus conſummatur in primo conſenſu, & ſecundus nihil operatur, ut dixi ſupra, nu. 71. Et quia per primum conſenſum reſignans functus eſt officio ſuo, & non eſt credendum quod noluerit renunciare regreſſui & reſeruationi fructuum ſibi factæ per illa uerba appoſita in ſecundo cõſenſu purè liberè, &c prout in ſupplicatione, quia iſta uerba non importãt renunciationem iuris proprii, cum non ſint expreſſa, vt requiritur. Aymo. conſil. cc. nume. 10. & qui dicit contrarium debet hoc probare probatione clara non dubia, prout eſt iſta, quæ poteſt eſſe conditionalis, & pura, ex qua dubia probatione non tollitur prior certa, ca. in præſentia de probatio. Bar. in l. admonendi, num. 15. & ſeq. Iaſ. num. 88. ff. de iureiu. Aegid. deciſ. dlxiiij. Præterea renunciatio iuris proprij eſt ſtricti iuris, Deci. conſi. cccclxix. nume. 3. & conſi. ccccxx. nu. 9. & 10. & renunciatio tacita ſtrictè debet interpretari, l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrban. præd. Ioan. Cephal. conſi. clxiij. nu. 11. lib. ij.

80 ¶ Poſſet etiam dubitari de eo, qui expediuit ſupplicationem reſignationis, in qua non expreſſerat reſeruationem fructuum, & regreſſus, quos ſibi reſeruare intendebat, propterea ante præſtitum conſenſum fecerat reformationem dicendo, quod non intendebat reſignare, niſi reſeruatis fructibus, & regreſſu, & non alias, præſertim quia res erat integra ex quo ſuper præinſerta non erant expeditæ literæ, ideò ſupplicant quod literę expediantur ſuper pręmiſſis, ac ſi omnia expreſſa fuiſſent in prima ſupplicatione, & Papa concedit omnia. Dubitabatur, an ſuper reformatione requiratur nouus conſenſus, uel ſufficiat præſtandus ſuper prima ſupplicatione? & uidebatur dicendum, quod ſufficeret conſenſus præſtandus ſuper prima ſupplicatione, etiam pro reformatione, quia conſenſus ſuper ſupplicatione extendebatur ad reformationem

mationem incontinenti factam, & quæ incontinenti fiunt censentur
inesse, præsertim cum uideatur una & eadem supplicatio.l. petens.C.
de pactis. Contradicebatur, quod consensus præstitus super prima
supplicatione pura non extendebatur ad contenta in reformatione,
quæ erat conditionalis, & deficiente conditione uidebatur deficere
consensum, & uoluntatem resignantis super vtraq;, c.super eo, de cõd.
apposit.vbi glo.& Docto.Alex.& Deci.in l.pecuniam, nume.4.& 5. ff.si
cert.pet.præsertim stante protestatione, seu clausula in reformatione
posita, quod non intendebat cedere nisi illis reseruatis, quæ protesta-
tio concernit actum futurum, cui non renunciatur, etiam quod ex in-
teruallo fiat actus contrarius, Bart.in l.non solum, §.morte, nume.17.ff.
de no.op.nunc.Feli.in c.cum M.num.69.de Constit.& quia talis prote-
statio est cum clausula, non aliàs, aliter, nec alio modo, quæ importat
conditionem suspensiuam, ut diximus supra num.53. Ideò si literæ su
per gratia, & reformatione erant expediendæ, nouus consensus requi-
rebatur super reformatione, præsertim quia consensus super reserua
tione fructuum, & regressu, qui continebantur in reformatione, solet
per Notarios Cameræ, & Cancellariæ extendi hoc modo, consensit re-
seruationi fructuum, & regressus prout in reformatione, & ponit datã
prioris supplicationis, & reformationis, & missam utriusque, Mohed.
decis.cxij.& antequàm Cardinalis pręstet consensum per cedulam, res
dicitur integra, & potest addi reformatio, Put.decis.v.de cõsensu, aliàs
consensus non ualet, cum debeat esse expressus, & iste est stilus Came-
ræ, & Cancellariæ, qui stilus est fundatus in iure, quia actus conditiona
lis requirit consensum expressum, & conditio debet in forma specifi-
ca adimpleri, l.Meuius, ubi Bart. ff.de cond.& demonst.& Pau.de Cast.
ibi dicit, quod conditiones sunt formaliter implendæ, & non solum
vna conditio est implenda, sed cuilibet conditioni obtemperare debe
mus, Instit.de hæred.instit. §.pen.& si plures conditiones appositæ sint
omnes implendę sunt, quia pro una habentur.l. si hæredi plures, ff.de
cond.instit.quod intellige nisi conditiones non coniunctim, sed diui-
sim appositæ sint.l.cum pupillus, lxxviij.§.fi.ff.de cond. & demon.

81 ¶ Quid si consensus à principio nullus sit, an ex literarum expeditio-
ne ualidetur? & dic quod non, quia literæ expeditæ nihil aliud operan-
tur nisi quod pręsumuntur expeditæ cum bono consensu, quoniã ex-
peditores non expediuissent si non uidissent bonum consensum, pro
quibus expeditoribus præsumitur, & regula de præst. & extend. con-
sens.concernit expeditores. Verum ista præsumptio elicita ex expedi
tione literarum tollitur ex ueritate, quæ probatur, & demonstratur
ex lectura consensus præstiti apud Notarios Cameræ, uel Cancellarię,
& ueritas manifestata præualet stilo, & consuetudini, & nullus debet
præponere consuetudinem ueritati.c.ueritate.viij.dist.ubi glo. dicit,
quod ueritas præualet opinioni, præsertim si probata est, Do. Bisign.
de

de præben.decis.v.& est res solidissima, & inexpugnabilis, & omnia in-
genia, astutias, & calliditates expugnat, & contra conficta, & simulata
figmenta se ipsam defendit, & Deus ipse est ueritas, Afflict. decis.ccliij.
num.6.& 7.pulchrè, & latè, & de laudibus ueritatis Cassan.in catal.glo
riæ mundi, parte xij.considerat.xxvj. Vnde probata ueritate nullitatis
consensus, illa præsumptio resultans ex expeditione literarum pro bo
no consensu cessat, maximè quia literarum apostolicarum uis non est
ualidare consensum nullum cum hoc non agat Papa, sed cõcedere be
neficium impetranti circa præiudicium iuris iam quæsiti, imo nõ so-
lum præsumptioni prouenienti ex expeditione literarum non esset
credendum, sed nec Papæ assertioni de facto alieno, quando constan-
ret de contrario eius, quod fuisset in literis narratum, quia eius literæ
semper intelliguntur, si preces ueritate nitantur, etiam quod ista clau
sula apposita in literis non sit, c. ij. de rescrip. Imò si Papa Motu pro-
prio rescribit, dicta clausula non purgat gratiam, in qua exprimitur
falsum, quia licèt Motus proprius excludat subreptionem, non tamen
firmat gratiam contra intentionem concedentis, Ioan. And. in cap.si
Motuproprio de præben.in vj.Abb.in c.quia circa, nu.7.de consang. &
affin.Rebuff.super concordat. de forma mandati Apostolici, in glo.Mo
tu proprio, uers.ij.non purgat, car.cccxxiij.& Rot. decis.vj.de præben.
in no.Cassad. decis.iiij.num.4.de concess.præben.& decis. j.num.4. de
rerum permut.Paris.consi.lxxiiij. nu.37.lib. iiij. Vnde illa præsumptio
proueniens ex expeditione literarum tollitur ex ueritate postea pro-
bata quod consensus est nullus, & ista probatio debet attendi non pręsumptio.

81 ¶ Quid si consensus sit correspectiuus, utputa quia P.cum haberet re-
gressum, & fructuũ reseruationem super Abbatia, & aliud beneficium,
& N.habebat titulũ dictæ Abbatiæ, & B. habebat Epatum.P. cedebat
beneficiũ in fauoré N.& consentiebat cassationi regressus, & reserua-
tioni fructuũ, quos habebat super Abbatia. N.cedebat Abbatiæ in fa-
uorem B.& B. cedebat Epatum in fauoré P. ita quòd uoluntas omniũ
erat, ut unusquisque cederet in fauoré alterius beneficium cum aliqua
re æquiualenti:nã si unus alteri ualidè non cessisset beneficiũ, alter nõ
habebat animum cedendi in fauorem alterius suum beneficium. ideo
propter istam mutuam uoluntatem omnium actus uidetur correspe-
ctiuus, quia illi dicuntur actus correspectiui, quãdo fiunt, unus propter
aliũ, & tunc de illis iudicatur, ut de uno actu, Soc. cons.lxvj. col. fi. uer.
circa secundum, lib. j. Tiraq. in l. si unquam, in uerb. donatione largi-
tus, num. 117. C. de reuocan. donat. Præterea facit correspectiuita-
tem unitas temporis, utputa quãdo plures fiunt unico contextu, quia
tunc omnes illi actus iudicantur, ut unus, Bauer. in tract. de mora, in
prin. nume. 7. & præsertim quando ad probandum correspectiuita-
tem, quàmplures coniecturæ in medium adducuntur, quæ in istis
multum

multum operantur, cum isti actus correspectiui sint difficilis probationis, l.non oēs, §.à Barbaris, ff. de re milit. ideo bona coniectura est cōnexitas actuum, Paris. cōs.cxliij.nu.12.uol.iiij.Aym.cōs.cliij.nu.8. Secūda cōiectura est ꝙ ex simultanea resignatione arguitur indiuiduitas actuum ex mente partium, quæ facit utile per inutile uitiari, Aym.cōsi.clxx.nu.5.& 6.Tertia, quando mandata omnium sunt in una persona sola, & non in plures, quia tunc uidetur actum inter partes, ut contenta non publicent in plures personas, sed in una sola secretè retineantur Quarta, quando consensus uno, & eodem momento præstantur, Sarn.in reg. de infir. resig. q. xxxj.uers. & hæc in resignationibus. Quare si consensus est correspectiuus, quorum unus nullus est, uel deficiat ex aliquo capite, tunc alterum quoq; deficit, Aym. cons.clxxix. num.19.Et quia iu beneficialibus correspectiuitas facit simoniam, de qua forsan aliàs dicemus, & actus simoniacus est nullus ipso iure, secus si non probatur correspectiuitas. Facit quia hmōi correspectiua cessio uidetur quędam permutatio quadrangularis, quæ est simoniaca, & de iure prohibita Collecta. in c.j.de rerū permu.prop.fi. & Imol. in clem.j.eo.tit.num.40.& istæ permutationes triangulares, & quadrāgulares improbantur per Inno.viij.in extrauag.posita in libro bullarum sub rub.de reuocatione facultatis. sed istæ resignationes nō sunt proprie permutationes, licèt quælibet facta sit intuitu alterius, Anch. in c.j.col.ij.uersi.tria.lib.vj.Vbi Domi.& Franc.col.j. & Bonif.in clem.j. num.43.eo.tit.de rerum permut.ideo non carent suspitione.

82 ¶ Consensus siue datam præcedat, siue sequatur, semper trahitur ad diem datæ si res est integra, Cassad. decis.ij.de renunciat.num.8.& intellige quod retrotrahitur ad datam, quando præstatur super gratia Papæ, sed coram inferiore non retrotrahitur Put. decis.ccclv. lib.ij.

83 ¶ Consensus præstiti per unum super pluribus supplicationibus, quorum unus erat ante datam supplicationem, alter uero post datam; ille præfertur, qui ante datam præstitus est, ex quo signata supplicatione ille consensus est præstitus. Vnde quando præstat postea consensum in fauorem alterius, res non est integra, & propterea nihil acquirit ille secundus, Cres.decis.lxxv.quæ est mirabilis, ideo nota illam perpetuò.

84 ¶ Consensus defectus in re confirmata à Pontifice confirmando suppleri potest, Bero.in c.j.de confirm.util.uel inut.num.36.Secus si ex dispositione iuris requiritur consensus expressus ad propriam substantiam, essentiam, & perfectionem contractus, quia tunc non potest suppleri, ut ibi num. 37. Secus uerò si non ad essentiam & perfectionem contractus, quia tunc suppleri potest, ut ibi, num.38.

85 ¶ Consensus in Cancellaria, uel Camera non potest præstari per procuratorem uigore literarum misiuarum, sed requiritur quòd procurator doceat de mandato per publicum instrumentum, & recognoscatur, Put.decis.ccclix.lib.ij.

86 ¶ Con-

86 ¶ Consensus aliquando facto prẹstatur, utputa quando quis acceptat beneficium uigore prouisionis sibi factæ, in qua adest pensio, & regressus, & super pensione fuit præstitus consensus expressus, super regressu non fuit prẹstitus expressus, sed prouisus acceptando beneficium cum dicta ꝓuisione consentire regressui reseruato per Papā uidetur facto, qui consensus, sufficit in regressu, in quo iure non cauetur quod expressus requiratur, Put.decis.ccclxviij.lib.ij.& consensus qui colligitur ex facto, plus operatur quàm consensus, qui colligitur ex uerbis, Aym. consi.clviij.num.3.& clix.num.5.& 204.& num. 11. & seq.maxime quādo est consensus successiuus, qui est potentior consensu expresso momentaneo, Bero.in rub.de præscrip. num. 34.& consensus uoluntatis nedum uerbo, sed facto demonstrari potest, Corne. consi. cclix. nu.23. uolum.j.Abb.in c.non innuisse, num.7.de procur. quod ubi inducitur consensus ex taciturnitate, requiritur aliquis actus positiuus, qui uenit ad approbationem illius actus, cui consentire uidetur, & decis.in c.dilecti, num.2.de appel. quod actus qui se habet per modum agendi potentior est, & magis intensus ad demonstrandum uoluntatē quàm si in sola patientia consistat, Iason & Cur.in l.reprehendenda, C.de instit.& substi.sub condit.fact.& quando præstatur consensus facto non extēditur extra limites facti: quod uerò uerbis fit, expressum dicitur, & magis extenditur, glo.in cleme.sæpe, in uerb.partibus. de uerb. sig. Deci.in d.c.dilecti, num.2.de appellat. & quando factum est connexū, tunc qui acceptat unum de connexis, omnia acceptare uidetur, Put. decis.ccclxvij.lib.ij.Corn.consi.cclvj.num.42.lib.j. quod consensus præstitus in uno actu, in alio consecutiuo præstitus censetur: quando uerò tacitus uel expressus consensus requiratur, uide Put.decis.cij. eod.lib. ij.& qualiter in resignatione consensum interuenisse prẹsumatur, Put. d.decis.ccclxvij.lib.ij.Reliqua pertinentia ad consensum præstandum in resignationibus, & aliis materijs beneficialibus, studiosus per se colligere poterit. Ego à proposita materia satis uagatus sum, ideo ad illam redibo explicando reliqua uerba dictæ particulę, sine conscientia proximiorum consanguineorum si assistant, sin autem affinium.

87 ¶ Consanguinei autem dicuntur qui interse connexi sunt, l.j. §. consanguineos, ff.de suis & legit.propriè consanguinei sunt fratres ex eodem patre, licèt alia matre nati sint, §.sunt agnati.Insti.delegit. agnat. success.& l.iij.C.de legit.mat.tutela.ibi, tam consanguineos, idest, fratres, & probatur in l.j.C.de leg. hære. ibi, consanguinitatis, uel bonorum, possessionem quæ proximitatis nomine competit tam fratres, quàm sorores pari iure esse, & l.defunctis, d.titu.ibi, frater iure consanguinitatis succedere potest.

88 ¶ Nam consanguinei dicuntur quasi ex eodem sanguine nati, cæteri agnati non dicuntur consanguinei, l. ij. §. agnati. ff. de suis & legitim.

89 ¶ Impro-

89 ¶Impropriè conſanguinei ſunt adoptiui, §.per adoptionem, Inſtitu. de legit.agnat.ſucceſſ. Item mater & auia ex communi uſu loquendi conſanguinei uocantur,nam ſtrictè & propriè loquendo iura ſanguinis non ſunt apud matrem & auiam,Bal.in l.fi.num.3.C.de uerb.ſig.& idem dicit de baſtardis ibi,nu.4.

90 ¶De iure uerò Canonico conſanguinei dicuntur coniuncti ex parte patris uel matris, & in quocunque gradu uel ſexu ſe attingant uſq; ad ſeptimam generationem.ca. ad ſedem, xxxv.q.v.col.j.c.poſtremò,ubi gl.de appellat.& ibi omnes Doctores.Bar.in l. cum quidã, ff. de acqui. hæred.dicit quod conſanguineus dicitur coniunctus ſanguine quocunque modo,Tiraq. latè de retract. par .j. §.j .gloſſ.ix.nu.iiij. ubi firmat opinionem Legiſtarum,poſtea intelligit textum ſui retractus lignagier Conſanguineum,ſecundum ius Canonicum,& num.5.aſſerit hunc eſſe communem uſum loquendi, & ſecundum ius Canonicum debet intelligi iſta conſtitutio, nam in c.fi.infra lib.vj.diſponitur quod ſecundo loco poſt cõſtitutiones inibi nominatas ſeruentur iura Canonica, & vltimo loco iura ciuilia . & quia hæc conſtitutio facta eſt à Legato ſedis Apoſtolicæ & confirmata in concilio Lateranen.& à Paulo Papa iij.ut dictum eſt ſupra in procœmio conſtitutionum . Vnde cum pro omnibus conſanguineis poſsit hęc conſtitutio interpretari ſecundum ius canonicum,ſecundum illud interpretanda potiuſquã ſecundũ ius ciuile,quod ultimo loco poſt ius canonicum ſeruandum eſt. Quare ſecundum iſtam interpretationem intelligitur de conſanguineis proximioribus uſque ad ſeptimum gradum ſecundum ius canonicum computandum,quia conſtitutio & ſtatuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi,ideſt quod interpretentur ſecundum canonũ & legum diſpoſitionem. Bart.conſil.clix.nu.2.lib.j.Curt.Senior conſil. lxxviij.col.2.in princ.Iaſ.in aut.pręterea,nu.14.C.unde uir & uxor.ubi declarat illud procedere quando ſtatutum non derogat iuri communi. Et hoc pręſertim in hac conſtitutione , qua indefinitè dicitur ſine conſcientia duorum conſanguineorum proximiorum ſi aſsiſtant, ſin autem affinium.ac ſi dixiſſet omnium conſanguineorum proximiorũ in gradu ſecundum ius canonicum, ex eo quia indefinita æquipollet uniuerſali orationi.Bart. in l.qui ædificium,nu.2.ff.de ſeruit.urb.pręd. Cag.in l.j.nu.11.de regu.iur.& quia mulier uel minor aliquando contrahunt cum fratre, uel alio cõſanguineo proximiori, qui non poſſunt conſcientiam,uel conſenſum præſtare in contractu minoris,uel mulieris,quare ſequeretur abſurdum quod minor uel mulier contrahere cogerentur,uel ſine conſenſu conſanguineorum proximiorum , qui in conſilio legaliores ſunt,l.ſi plures,ff.de accuſat. Ang.conſ.clxx.col.fin. uerſ.in propoſito.& uerſ.ſicq;. quia in non ualde propinquis malitia & infidelitas nota eſt,uel quod ſpretis agnatis & cognatis contraherent cum conſenſu affinium,qui remotiores exiſtunt,& minus amare præ-

ſumuntur utilitatem & commoditatem minoris & mulieris,& qui ſolum in hac conſtitutione uocantur in ſubſidium , quatenus nõ aſsiſtãt conſanguinei, ideo ad euitandum prauum, & abſurdum intellectum , intelligenda eſt conſtitutio de conſanguineis uſque ad ſeptimum gradum ſecundum ius canonicum computandum , maximè poſtquàm eſt à Papa,& Sede Apoſtolica confirmata,& quia ita ſemper intellecta & practicata fuit hæc conſtitutio , ut admitterentur omnes conſanguinei , ideſt agnati & cognati proximiores uſque ad ſeptimum gradum,à qua interpretatione non eſt recedendum,l.minimè.ff.de legib. Ang.conſ.170.ad fi.verſ.ſicq; audio.

91 ¶ Et duorum, uel trium proximiorum conſanguineorum , uel affinium . ex quibus uerbis demonſtratur, quod conſanguinei,uel affines minori & mulieri debent eſſe proximiores , ſi idonei ſunt,Bald.conſil. cxlvj.colum.j.verſicul.contrarium dico, lib. ij. & idem Bald. in l. fina. C.de verbo. ſignifica. nume.2.verſic.& eſt argumentum ad ſtatutum , quo cauetur quod non ualeat contractus mulierum ſine conſenſu duorum conſanguineorum , vt debeat intelligi de proximioribus , ſi ſint idonei , uel de proximis poſt eos ordine ſucceſsiuo , ſi primi non ſunt idonei,quia per hoc ſtatutum proximis quædam cura iniungitur,ideo intelligitur ſecundum ordinem charitatis & coniunctionis, Angel. conſil.lxx.colum.fina. intelligit proximiores ſecundum ordinem graduum obſeruatum,aliàs leuis,& nullius utilitatis eſſet conſilium Conſtitutionis , ſi quilibet in gradu remotiſsimo poſſet præbere conſenſum, & malitia & infidelitas in non ualde propinquis nota eſt , ut docet experientia,& in hac Conſtitutione, quæ proximiores conſanguineos uocat,non eſt dubium, quòd de illis confidit Conſtitutio,ut maiorem diligentiam adhibere debeant in contractibus minorum , cum ad eos ſpes ſucceſsionis pertineat, Bartol.in l. tranſactionem,ad fi. C. de tranſactio. & ibi Bald. nume. 3. ad fin. & Iaſ. in l. prima , nume. xj. C. unde uir & uxor , & idem Iaſ. in d. l. fina. nume.vigeſimoſeptimo , C. de verbo. ſignifica. & Alexand.in l.fina.in fi. C. de milita. teſtamen. dicit quod ſtatutum uocans proximiorem in contractu minoris debet intelligi de proximiore in ſucceſsione , quia ipſi ſtudent bona minoris conſeruari propter ſpem ſucceſsionis , quam habent in eius bonis , & quia propter ſanguinis coniunctionem maiorem charitatem adeſſe credendum eſt . Quare in præſenti Conſtitutione,quæ uocat proximiores,eos ſemp adhibẽdos eſſe,aliàs actus eſſet nullus.facit Albert.Brun. par.3. de Conſtitut. in verbo Conſenſus , columm. penult. & finali. Bergnin. Caualcan.de tutore, nume.centeſimotrigeſimotertio, & ſequen.

92 ¶Sed quando ſtatutum non requireret proximiorem cõſanguineum, ſed uocaret conſanguineum ſimpliciter , tunc quilibet conſanguineus admittetur, etiam quod non ſit proximior , additio Alexand.

ad Bald.in d.l.fin.C.de uerbor.signific.Ias.ibi num.27.Catelianus Cotta latè in uerb.statutum requirens in contractu mulieris conscientiã. vers.sed an sufficit quilibet propinquus.& uidetur quod sic, quia proximus uocatur is,qui consanguinitatis iure aliquem attingit,l.quamuis adulterij.C.de adult.Tiraq.de retract.par.j.§.xj.gloss.j.num.iiij. late more suo, & attestãtur Doctores præfati ita seruari,quod quilibet propinquus admittitur ad præstandam conscientiam,siue consensum, & ita seruari vidi in multis contractibus, etiam celebratis uigore præsentis constitutionis,sed dubito de eorum ualiditate, quia uerba dictæ constitutionis.sonant in proximiorem consanguineum , de quo confidit magis quàm de remotiori, ut dictum est, facit Tiraq.de retract.parte j. §.xj. dicta gloss.j.num.5.& seq.

93 ¶ Et Fulgosius consil.ccxix.col.ij.& iij.ponit casum,quod quędam mulier uocauit remotos consanguineos in suo contractu, habens proximiores, & concludit quod in eius odium ualet contractus. & credo quod dicat uerum, si mulier uel minor asseruit cum iuramento non habere proximiores, quia tunc iudex credere tenetur,cum non præsumatur quod quis uelit peierare, & quod immemor salutis æternæ existat, ut infra dicetur: sed quando non iuraret, tunc uidere deberet facere diligentiam de reperiendo proximiores, à quibus posit se informare de mulieris, uel minoris facultatibus,necessitatibus,& debitis,iuxta tex.in l.v.§.non passim.vers.in primis igitur. ff. de reb. minorum, & ob id iudex non deberet ita faciliter credere minori asserenti non habere proximiores,nec illi deferre iuramentum ad hoc, vt non peieraret,quia rarò iurandum est, & curare ut semper iuramentum habeat suos comites,ut dixi supra glo.ij.in princ. nu.4.& 5.

94 ¶ Vnde si minor uel mulier contrahens habet fratres utrinque coniunctos, & ex uno latere tantùm coniunctos, utrinque coniuncti essent potius adhibendi quàm alij ex uno latere tantùm coniuncti, Socyn.cons.lxxxix.num.14.& 15.lib.iiij.Paris.cons.lix.num.19. lib.iij. ubi quod quotiens statutum uocat proximiorem, intelligitur de eo qui in successione proximior reperitur ipsi minori uel mulieri, sed ubi proximior uocaretur in fideicommisso, uel alia successione, tunc semper intelligendum est de proximiori ipsi defuncto, & de cuius hæreditate agitur,ut est text.in l. ultima, ff. ad Trebell. Tiraq. de retract. parte j. §.xj.glo.j.num.13.& 14.& num.xviij.facit hanc distinctionem, & illam multis auctoritatibus,& exemplis comprobat Catellian.Cotta in memorabilibus,in verb.statutũ requirens in contractu mulieris,uers. sed an sufficiat.

95 ¶ Et idem si assistant contractui minoris, vel mulieris, duo consanguinei, vnus in gradu proximior,& alius in gradu remotior,& uidetur quod sit satisfactum constitutioni requirenti proximiores minoris, quia uerum est illos esse proximiores,licèt non sint in eodem gradu, &

& quod ualidè cum illorum conscientia minor contrahere potest,quia proximi dicuntur ij,qui nobis sunt sanguine quoquomodo iuncti. l.dudum.C.de contrahen.empt.Tiraq.de retract.par.j.§.j.glos.9.num.15.& 16.& §.xj.glos.j. nu.4. dicit proximos illos dici,qui sunt coniuncti sanguine,licèt ante se habeant alios,& allegat l.quamuis adulterij. C. de adulter.& hoc notant ibi Bar.Ang.Salic.& alij.

96 ¶ Quid si non adsit nisi unus consanguineus, & plures affines, an ille consanguineus cum uno affine conscientiam præstare posit, ut contractus substineatur? & uidetur quod non:quia in constitutione dicitur,sine conscientia duorum uel trium proximiorum consanguineorum si assistant,uel saltem affinium,si consanguinei non assistant.facit Ang.cons.clx. num.5. ubi dicit,quod non sufficit vnus consanguineus, cum duo uel tres requirantur,Socin.cons.cclxiij.num.10.lib.ij.

97 ¶ Tamen Bald. tenet contrarium in l.in coniunctione, nume. 3. ff.de secun.nupt.& in l.j.C.unde uir & uxor.nume.2.Abb.in c.quotiens. nume.3.de testib. post Ancharan. in cap. Canonum statuta,uersic.transeo ad statuta,Paul.de Cast.in l.si cum dotem.§.si patri,nume.3.ff.solu. matr. Et hoc præsertim in ista cõstitutione propter illam dictionem, uel saltem affinium,quæ est dictio subsidiaria, gloss.in cap.statutum, §.j.in uerb.saltem,de rescript.in 6.ubi quod timens de iudice potest timorem, saltem per iuramentum probare, ad quod iuramentum non recurritur nisi in defectum aliarum probationum, & notant Domin. & Franc.ibi.& quia dictio,saltem,iuncta est cum dictione,uel,quæ denotat ordinem, quasi dicat, primò adhibeantur consanguinei, & illis deficientibus in totum, uel in parte, ad minus in subsidium cum ipsis consanguineis,uel sine eis affines adhibeantur, facit Barbat. in clem. causam,num.14.de electio.& Bald.in d.l.j. C.unde uir & uxor. Rebuff. super concorda. in Rubr. de collat. §. statuimus. ij. in gloss. saltem, car.245.& in ista constitutione propter præmissa consanguinei, & affines simul possent interesse contractui minorum.

98 ¶ Sed hoc non passim,sed solum quando non adest nisi unus consanguineus, qui uellet interuenire. Et si plures adessent,qui uel nollent, uel non possent,aut essent absentes,uel essent furiosi, & tunc dicẽdum quod si consanguineus proximior non uult consentire, non allegata aliqua causa rationabili,quare recusat consentire, tunc potest iudex ex suo officio remotiorem consanguineum subrogare,Bald.in l.uiduæ. C.de nuptijs.num.3.uersi.uerbi gratia.quem refert & sequitur Aymo cons.cxc.nume.8.ad fi.& idem Bald.in l.in coniunctione. num.4. dicit, quod si consanguinei nolunt consentire pro utilitate puellæ,tunc puella poterit appellare,& quando sunt suspecti, vt puta, quia consanguinei nolunt consentire nuptijs puellæ ad hoc ut puella moriatur sine hærede,& ipsi succedant, tunc iudex adhibebit consanguineum remotiorem qui talem spem improbam non habet, & suspectus non sit: quia

quia intelligitur constitutio de consanguineo non suspecto, Baldus in l.uiduæ, nume.3. & idem quando consanguineus non uult consentire uenditioni rerum pupilli, cum immineret necessitas uendendi, ut ipse succederet, tunc alius debet adhiberi. Bald. ibi in fine, Catell. Cotta in memorialibus, in uerb. statutum requirens in contractu minoris. uersicul. quid autem. Salicet. in l.dudum. in fin. C. de contrahen. emptio. uide latè Tiraquel. super legibus connub. gloss. octaua, num.127. & sequen.

99 ¶ Quid si statutum requireret consensum propinquorum, & matris, & mater mortua est, tunc sufficit consensus propinquorum, & iudicis decretum, uel sine decreto Iudicis, ualet contractus, quando statutum non procederet ulterius, Bal. in l.in coniunctione, num.2. C.de nuptijs, & ibi additiones Barbat. & Alexan. nam intelligitur statutum si extet mater, & uiuat, & præsens sit.

100 ¶ Quid si aliqui consanguinei consentiunt, & alij contradicunt, qui præferendi sunt? & dicas quod si quæstio est inter consanguineos nobiles & ignobiles, & nobiles consentiunt, & ignobiles dissentiunt, tunc consensus nobiliorum præferendus est, l.tam dementis. C.de episcop.audien. ubi Alb.& Fulg. Tiraq. de nobilitate, cap.xx.num.25.& 40. quia in nobili non presumitur fraus nec dolus, & quia sunt prudentiores, cum in curijs sæpè uersentur. Ideo nobilitas supplet ætatem, sed in æqualibus in nobilitate, illi sunt præferendi, qui allegant & probant utilitatem minoris. Bald. in l.j. nume.53. C.qui admitti, Tiraquell. super legibus connub. gloss. viij. num.127. & allegat Bartol. in l.si cum dotem. §.eo tempore. ff. solut. matr. qui dicit quòd Iudex examinabit causam contradictionis, & si est iusta causa, bene quidem; sin minus permittet mulieri contrahere, & ibi infinitos allegat. & num. 129. dicit quod ista est magis communis opinio. Iacob. Menoc. in tracta. de arbitr. iud. lib.ij. cent.ij. casu clxxxij. nume. 12. Quæ limitatur nisi mora quæ poneretur in isto examine periculum afferret minori, Tiraq. ibi nu. 131. Secundo declarat etiam, quòd cõstitutio requirat proximiorem, quia tunc si consanguineus proximior contradiceret iniustè, iudex adhibebit remotiorem, Tiraq. ibi nume. 132. Tertio declarat quando requirit statutum decretum Iudicis, quia tunc consanguinei recusantes cõsensum iudex potest supplere, ut nu. 133. sed de eius ueritate dicetur.

101 ¶ Quid si minor habet consanguineos adultos, qui tamen discreti sunt, & capaces consilij, nunquid istis consentientibus satisfactum sit formæ statuti, quando statutum non distinguit, prout non distinguit præsens constitutio, tunc dicit Bald. in l.in coniunctione. num.5. C.de nupt. & in l.j. C.qui admitti. nu.53. uers. sed de quibus coniunctis, quod sufficiunt consanguinei adulti, & uidetur statuto satisfactum, & hoc idem tenet ibi apostilla, Alciat. in l.transactionem. C.de transac. Tiraq. super legibus connub. gloss. viij. num.41. & seq.

¶ Sed

102 ¶ Sed contrarium tenet Bened. de Plum. in l.ij. col.j. ff. de manumis. uindicta. dicens quod consensus propinquorum ideo requiritur ut illorum consilium suppleat contrahentis defectum, & quia paria sunt non esse & inhabilem esse, l.quotiens. ff.qui satisd.cog. & facit quia hæc constitutio quæ requirit consensum consanguineorum proximiorum in contractu puberis seu adulti, non debet intelligi, nisi de consanguineis habilibus & maioribus ad hoc, ut persona minoris xxv. annorum ex conscientia consanguinei maioris integretur & suppleatur, & minor defectum alterius minoris supplere non potest, l. vlt. C. de legit. tut. ubi dicit Imperator, nemo neque frater, neque alius legitimus in tutelam, siue ingenui, siue liberti, uocetur antequàm quintum & uigesimum suæ ætatis annum impleat, & Insti. de fiduciaria tutela, §.fi. ubi text. ita tamen ad tutelam uocantur, si perfectę sint ætatis, quod nostra constitutio omnibus tutelis obseruari generaliter præcepit: nam qui in se deficit non potest alienum defectum supplere, l. filium habeo, ff. ad Maced. Tiraq. super leg. connub. glos. viij. num.43. ubi non firmat pedes in ista opinione, nu. 44. citat Paul. de Cast. in l.si cum dotem. §.si patri. ff. sol. matr. in fin. ubi dicit quod consanguinei debent esse legitimæ ętatis saltem adulti, & sic uidetur residere cum opinione Baldi Caccialup in repet. l.omnes populi. uers. xxix. mihi colum. cvj. refert Bald. in d.l.in coniunctione, & sequitur Corn. in consil. ccxlij. lib. iiij. num. 2. allegat Bald. in locis superius relatis, & cum eo transit, & simili modo in cons. ccxlj. num. 7. lib. ij. licèt dicat quod minor uolens infringere contractum tenetur probare, quod tempore cõtractus erat minor, & quod habebat consanguineos maiores 25. annorum, & propterea non uidetur contentari de adulto, tamen non impugnat doctri. Bald. in l.in coniunctione, & in l.j. C.qui admitti. quem sequuntur Doctores. Ego enim rationibus Benedicti de Plumbino adhærerem iuncto textu in l.non solum, §.si libertus. ff. de excusat. tut. & §.fin. Insti. de fiduc. tut. nam isti consanguinei interueniunt loco Curatorum in contractibus impuberum, sed non audeo recedere ab opinione Bal. quæ uidetur magis communis, ideo si casus uenerit cogita. Facit Ias. in l.de pupillo. in princ. num.2. ff. de nou. ope. nunc.

103 ¶ Quid in minoribus consanguineis xiiij. annorum, & uidetur quod ipsi non possunt adulto consensum præstare, ut in d.§. si libertus. & d.§. fina. Insti. de fiduc. tut. & supra num. xcvij. etiam cum authoritate tutoris, quia ille tutor nõ habet administrationem bonorum adulti, qui contrahit: sed minoris, qui prestat consensum, Bal. in l.de pupillo, in princ. ff. de no. ope. nunc. ubi Ias. colum. j. num.2. reprehendit Bald. sibi contrarium in l.in coniunctione, de nup. Tiraq. in dictis ll. connub. gloss. viij. num.46. & 48. ubi allegat l.ultimam, C.de legit. tut. & l.filium. ff. ad Sena. Consult. Maced. licèt Bald. in l. in coniunctione, contrarium teneat, & malè ni fallor, præsertim in ista constitutione, quæ de Cura-

 tore

tore puberis confidere noluit, ſed uocauit conſanguineos.

104 ¶ Quid ſi conſanguinei non poſſent præſtare iſtum conſenſum acceſſiuum, ut dicit Bald. in l. uiduæ. C. de nupt. num. 3. uel confirmatorium, ut dicit idem Bald. in c. cum conſuetudinis. num. viij. de conſuet. & dixi ſupra hac glo. num. viij. utputa quia contraherent cum ipſo minore; tunc dicas prout in tutore dicimus, quod pupillus obligari tutori non poteſt eo authore, l. pupillus. in princ. & §. item ipſe. ff. de aut. tut. ubi text. quod ipſe tutor, & emptoris & uenditoris officio fungi non poteſt, ſed ſi contutorem habeat illus authoritas ſufficit, & emere poteſt dummodo bona fide, & concordat l. poteſt. ff. dicto tit. & facit generalitas text. in l. ſi in emptione. §. fi. ff. de contrahen. empt. ibi, tutor rem pupilli emere non poteſt, idemque porrigendum eſt ad ſimilia ideſt ad curatores, procuratores, & qui gerunt negotia aliena, facit Inſtit. de auct. tutor. §. fina. ubi tutor in rem ſuam, author eſſe non poteſt, ſed datur curator. ita dicendum in caſu præſenti, quod loco iſtius conſanguinei proximioris contrahentis ponatur proximior, & in gradu ſequens, Alciat. de præſumpt. reg. j. præſump. ij. num. 7. & 8. licèt Alber. Brun. in tertio uolumine de conſtitutionibus, in uerb. conſenſus, col. prima, ultra medium, uerſic. ſi ex forma ſtatuti, teneat quòd poſsit, &, clem. ſi una de rebus eccl. non alienan.

105 ¶ Sed intellige prædicta, quando principaliter negotium ſpectaret tutori, ſecus ſi per conſequentiam, l. j. in princip. & l. quod dicimus. ff. de aucto. tutor.

106 ¶ Secundò quando pupillus factus eſt locupletior ex contractu facto cum tutore, l. pupillus. §. cum ſolus. ff. de auct. tut.

107 ¶ Tertiò non procedit, ubi palã & bona fide tutor cum pupillo contrahat, l. cum his. C. de contrahen. empt. & l. non exiſtimo, in fin. ff. de admini. & peric. tut. & l. pupillus. §. ſed ſi per interpoſitam. ff. de auct. tu.

108 ¶ Quartò ſi creditor pupilli diſtrahat emere bona fide, tunc emere tutor poteſt, d. l. pupillus. §. ſed & ſi creditor, ad finem legis, ff. de auct. tutor.

109 ¶ Quintò quando tutor uendidit animalia pupilli Titio, qui pretium non ſoluit, poteſt tutor animalia retinere, & pupillo finita tutela reſtituere non tenetur, ſi pretium tulit accepto rationibus pupilli, l. tutor rerum. ff. de admi. & peric. tut.

110 ¶ Sextò, niſi tutor ſoluat ſibi quod pupillus ſibi debet, dummodo adſit pecunia pupilli, & econtra, poteſt tutor quod debet pupillo ſoluere, nec utique neceſſe habet, ſi conueniatur per Iudicem ſemper ſoluere: tueri enim debet cauſam pupilli ſi iuſta eſt, & ſi pupillaris cauſa mala ſit, denunciari ſibi debet, l. quotiens. §. ſicut. ff. de admi. tut. & l. creditorem. C. qui dare tut. poſſunt, & hæc omnia conſanguineis contrahentibus cum minoribus accomodari poſſunt. Ideo ſuper illis cogita ſi caſus occurrat.

¶ Quid

111 ¶ Quid ſi ſtatutum requirit in actu conſenſum propinquorum bonæ opinionis, non ſufficit conſenſus propinqui olim uſurarij, quia etiam acta pœnitentia, & reſtitutis uſuris remanet infamis. c. teſtimonium, de teſtib. Iacob. Butr. in l. improbus, in fi. C. de infam. Fely. in c. j. nu. 19. de probat. uerſ. fallit viij.

112 ¶ Quid ſi conſanguinei ſint abſentes, tunc affines ipſius minoris uocandi, ut patet ibi in conſtitutione, uel ſaltem affinium. Vnde uidendum eſt qui ſint affines, & affines ſunt uiri, & uxoris cognati, dicti ab eo quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque cõiungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptiis, l. iiij. §. affines, ff. de gradibus, & in §. nomina, ibi ponuntur nomina affiniũ qui ſunt ſocrus, & ſocer, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna, & quomodo ſint affines declaratur in d. l. iiij. §. gradus, & §. poteſt. præterea affines ſunt uiri frater, & uxoris frater, ut in d. l. iiij. §. uiri frater, ff. de grad. Tiraq. de retract. par. j. §. j. glo. ix. num. 20.

113 ¶ Quare autem uocentur affines, ut minor cum eorum conſcientia contrahat, cum non habeant ſpem aliquam ſuccedendi minori: ideo credimus factum eſſe, quia adfines habent maiorem affectionẽ quàm extranei propter aliquam ſanguinis coniunctionem quam habent ratione affinitatis cum contrahente, nam lex confidit aliquando de uicinis, ut l. tranſactionem. C. de tranſact. & de amicis qui affinibus comparantur, & dicit Cepol. caut. ccxxj. quod amicorum, & uicinorũ præſentia idem operatur quod præſentia conſanguineorum, & aliquando loco iſtorũ uocari poſſent duo boni uiri, ut in dicta cautela ccxxj. nu. 21. propterea Aegidius uoluit potius affines uocari quàm amicos, & uicinos, quia multi fingunt ſe amicos, & non ſunt, & uicini aliquando non ſunt amici, ut experientia docet, unde uoluit compilator potius uocare affines quam uicinos, & amicos.

114 ¶ Et poteſt alia ratio conſiderari quia minor quando uult contrahere, eius animus conſiderandus eſt; nam contrahere uelle in animo conſiſtit potius quam in facto, & animus quolibet authore tutore ſuppletur, & quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt, l. pupillus, ff. de reg. iur. Vbi Guilielmus Mayner. notat etiam Iacob. Cuiaccius in tract. ad Africanum iiij. car. 58. unde non mirum ſi uocauit affines ſi non aſsiſtant conſanguinei, quia animus minoris conſcientia affiniũ ſuppleri poterat. Vel dicas ꝙ ſic placuit legislatori & non omnium quę in iure ſcripta ſunt certa ratio reddi poteſt, l. non omnium, & l. & ideo rationes eorum quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quę certa ſunt ſubuertuntur, ff. de legibus.

115 ¶ Sed quia dicitur in conſtitutione, cum præſentia duorum conſanguineorum ſi aſsiſtant, vel ſaltem affinium; dictio, vel, hic ſignificat ordinem non electionem, Ruin. conſi. xxvij. num. 7. lib. j. & Rebuff.

G 4 ſuper

ſuper concord.de collat.§.ſtatuimus,il ſecondo,in gl.aut,& dictio,ſal-
tem,ei adiuncta eſt ſubſidiaria , & diminutionem ſignificat,gloſ. in c.
ſtatutum , §. j. in uer. ſaltem, de reſcrip. in vj. & dixi ſupra hac gloſſa
numero 97.

116 ¶Nunc uerò dubitandum eſt,an contractus minoris factus cum ſo-
la præſentia affinium , & in quo nulla mentio conſanguineorum facta
eſt ſi aſsiſtant,uel non aſsiſtant,ualeat quia affines poſt cõſanguineos,
& in defectum vocantur?& vr̃ dicendum quod ualeat, quia quãdo con
ſcientia cõſanguineorum requiritur,intelligitur conſtitutio ſi conſan
guinei haberi poſſunt , Bal.conſi.488. nu. 1.lib.j.vel ſi ſint præſentes,&
iuxta contrahentes, glo.in l.fi.C.de aduoc.diuerſ.iudi. & in dubio præ
ſumuntur abſentes,Alber.in ult.parte ſtatutorum,q.lxxxiiij.Alex.con
ſil.lxxx.colum.ult.lib.v.Bar.uerò in l.is poteſt.ff. de acquiren.hæred.di
cit quòd in dubio quis præſens eſſe præſumitur in loco, & plures con-
gerit Tiraq.ſuper leg.connub.glo.viij.num.8.Bal. autem in l.ultima, §.
neceſsitate, in fine.C.de bon.quæ liber. dicit quod nec præſentia , uel
abſentia præſumitur , ſed allegantı præſentiam , uel abſentiam onus
probandi incumbit ſi non conſtat quod conſanguineus in loco,ubi mi
nor contraxit,haberet domicilium in quo habitat : ſed ſi non conſta-
ret inibi habere domicilium , & habitare,præſumitur abſentia,quẽ
refert Tiraquel. in d.gloſſ.viij. numer.31.ſuper dictis , ll. connub. Al-
cia. de præſumpt. reg. ij. præſumpt. xv. nume. 2. & ideo ne actus pe-
reat donec contrarium probetur, dicerem præſumendum eſſe con-
ſanguineos non affuiſſe , & in defectum affines uocatos fuiſſe : nam
præſumitur affines qui adfuerunt, fuiſſe ſolum præſentes & conſangui
neos non adfuiſſe,& ille qui dicit adfuiſſe,tunc conſanguineos & eorũ
copiam haberi potuiſſe probare debet,Corne.conſil.ccxlj.nu.7. lib.ij.
Aym.conſil.lxxx.num. 14.facit Achilles in uerb.decretum,deciſ.iiij. &
ideo eſſem pro actus ualiditate.Sed ſi probaretur conſanguineos pręſentes fuiſſe & uocatos non extitiſſe,proculdubio contrarium dicen-
dum eſſet , quia conſanguinei proximiores uocandi ad præſtandum
conſcientiam & præſentiam,& ſi recuſant,remotiores ponendi ſunt,
ut ſupra num.*93.*& *95.*& hic pro forma,conſanguineus proximior con
ſcientiam præſtare debet,ſi non præſtat,non eſt ſeruata forma & pro-
pterea actus tanquã forma nõ ſeruata geſtus corruit , ut infra dicetur.

117 ¶Remota iſta præſumptione uidendum eſt quomodo probari poſ-
ſit abſentia conſanguineorum proximiorum , & dicas multipliciter
probari poſſe:primo per iuramentum minoris dicentis in ipſa cõtra-
ctus celebratione non habere in loco conſanguineos proximiores qui
aſsiſtere poſsint in contractu,ſed tantum affines, c.ſtatutum.§.j.in fin.
de reſcrip.in vj.ubi Domin.Franc. & cæteri, Tiraq.ſuper legibus con-
nub.gloſſ.viij.nu.135.& multis modis probatur abſentia, ut per Doct.
in l.j.ff.de offi.eius & ibi Hippol.Rimin.num 143.

118 ¶Secundò

118 ¶Secundò poterit probari abſentia ſi per iudicem,qui interponere
habet decretum,committatur Notario rogando de cõtractu uel nun-
tio,aut Curſori ut faciat diligentiam perquirendi proximiores con-
ſanguineos ipſius minoris contrahere uolentis,qui ſi retulerint feciſſe
diligentiam in locis publicis & in domibus ſolitæ habitationis illorũ
& illos reperire non potuiſſet,tunc iſta diligentia ſufficeret ad demon
ſtrandum quod conſanguinei non aſsiſtant in loco contractus.l.iij.§.
Nerua filius.ff.de acquir.poſſeſſ.Bar.conſ.cij.num.5.lib.j.ubi apoſtilla.
Barto.in l.iiij.§.ait prætor,ff.de dam.infec. dum loquitur de citatione
domi facta,quæ non ſufficit, non facta prius inueſtigatione, quem ibi
Doctores communiter ſequuntur, Ro. conſil.ccccliiij. num.4. & ſequ.
late comprobat Tiraq.de retract.§.ix.gloſſ.ij.nume.44. Et facit, quia
diligens dicitur ille,qui fecit quod potuit. Ang.conſil.cccxij. nume.4.
& 5.Socin.conſil.c.nu.3.uolu.j.& inciuile & inurbanum eſt facere illud
quod commodè & honeſtè fieri non poteſt nec debet,Deci.in l.pericu
lum,in fin.ff.ſi certum petat. Vnde facta iſta perquiſitione & diligẽtia
ſufficere uidetur ad probandum conſanguineos non aſsiſtere in loco.

119 ¶Poſſent etiam pro maiori diligentia quatenus aſsiſterent in loco
conſanguinei proximiores eos citari ad intereſſendum contractui fa
ciendo per minorem in tali loco,tali die,tali hora, corã N.iudice com
petenti ſuper alienatione talis domus, ut in l.aut qui aliter,§.j.ff. quod
ui aut clam,ibi,debebit enim & diem & horam denunciatione com-
plecti,& ubi,& quod opus facturus ſit, neq; quidem perfunctoriè aut
obſcurè dicere,aut denunciare neque tam arctare aduerſarium,ut in-
tra diem occurrere ad prohibendum non poſsit, aliàs clam fieri dici-
tur,ut in d.l.in princip. Vbi Barto.& Lanfran.in cap. quoniam contra,
uerſic.citationes,nume.8. Sed iſta citatio conſanguineorum non re-
quiritur,quia in conſtitutione non dicitur,ut not.Bald.in l.j.nume.50.
uerſicu.item dubitatur.C.qui admit.Alber.Brun.lib.iij. de ſtatutis &
conſtitution.in uerb.decretum,colum.ij.in princ.& col.iij.uerſ.decre-
tum,col.ij.in prin.& col.iij.uer.decretum. quando nihilominus ſi caſus
occurrat quod conſanguineus præſens curialiter uocatis nolit uenire
facias eum uocare per nuncium uel curſorem ad abundantiorem cau
telam,quæ non ſolet nocere ei qui vult caute contrahere cum minore
modo quo ſupra, tunc ſi recuſet conſcientiam præſtare,poterunt af-
fines adhiberi, ſi non adſint alij remotiores conſanguinei uſq; ad de-
cimumgradum ſecundum ius ciuile computandum .

120 ¶Sed quid ſi conſanguinei & affines ſint furioſi,an conſenſus ipſorũ
requirẽdus ſit pro integranda perſona minoris? & dicas quod nõ,quia
furioſi loco abſentium habentur, l.ij.§.furioſus.ff.de iur.codicill.Bal.in
l.ſi furioſi, C.de nupt.num 1.& in l.ſi filia furioſi, ff.de ſolut. dum indu-
cit illam legem ad quæſtionem,quod mulier non poſsit contrahere ſi-
ne conſenſu proximioris conſanguinei,& ſi ille proximior eſt furioſus,

certè

certè requiritur consensus curatoris.sui & idem Bald.in l.cum hæres,
ff.de acquir.hæred.dicit quod si statutum requirit consensum paren-
tis in contractu filijfamilias, quod si pater est furiosus potest filius li-
bere contrahere & omnes actus facere excepto testamento, quia pa-
ter furiosus habet filium in potestate,& Angel.in d.l. cum hæres,dicit
quod filius & uxor possunt patre furente ex æquitate illius legis obli-
gari, Franc.Aret.ibi post Imol.dicit,quod consensus proximiorũ con-
sanguineorum,qui requiritur ex forma istius constitutionis,non intel-
ligitur de consensu furiosi.& ratio est quia isti consensus requiruntur
communiter ne minores & mulieres decipiãtur, sed hoc per furiosum
fieri non potest, quia nihil intelligit & sic cessat ratio & mens statuti,
& quia furiosus æquiparatur absenti & ignoranti qui non sunt expe-
ctandi,sed loco ipsorum proximiores sequentes uocandi, Rip.in l.ij.§.
uoluntatem,num.9.ff.sol.mat.post Alex.ibi dicit supradictam conclu-
sionem ueram esse, & dicit quod furiosus æquiparatur mortuo, & ibi
declarat Bald.in l.si furiosi,C.de nupt.quod loquatur in filio qui vult
alienare bona patris furiosi,qui non potest sine iudicis decreto & au-
thoritate curatoris, plura cumulata uide per Tiraqu.super ll. connub.
gl.viij.nu.32.& seq.& quando essent consanguinei proximiores furiosi
tunc affines uocandi essent, & si affines essent furiosi tunc erit proui-
dendum uel cum alio iudice,uel cum curatore,aut uocatione amico-
rum, ut dicam infra.

121 ¶Quid si consanguineus furiosus habet dilucida interualla, dicas
quod tempore sanitatis poterit consentire,secus in tempore furoris:
ideo si furiosus consentiret contractui,præsumptio erit quod consen-
serit tempore sanitatis, & dicenti illum fuisse de illo tempore contra-
ctus furiosum,incumbit onus probandi,Ruin.consil.cxlviij.nu.3. lib.j.
quia est fundamentum intentionis dicentis, Alex.in l. furiosum,C.qui
testa.facere possunt,& hoc præsertim quia non unus sed plures consan
guinei interuenire debent & contractus fit coram Iudice & testibus
palam omnibus uidentibus, qui non paterentur actum fieri in dam-
num minoris,propterea præsumendum est pro consensu bono nisi con
trarium probetur de illo tempore præcise,ut dicit Ruyn.d.cons.cxlv.
nume.7.& quia publica instrumenta habet iuris præsumptionem pro
se,Bal.in c.illud,in fi.de præsumpt. Ias. in l. post diuisionem. C. de iur.
& fact.igno.Grat.cons.cxl.nu.25.& cons.cxxvi.num.2.lib.j.& Ruin.cõs.
lxii.num.4.lib.iiij.dicit quod producto instrumento publico sufficit in
allegationibus eius ualiditatem deducere,& qui contrarium vult di-
cere probare tenetur.& Sozin.cons.xciiij.num.2.lib.ij. Alciat. de præ-
sumpt.reg.iij.præsump.xiij.per tot.& publica instrumenta quinq; mo
dis dicuntur, primo quando scripta sunt manu publici Notarij, & alia
requisita ponit additio ad Mathesilanum sing.xl.nu.26.& Cagnol.in l.
quo tutela,nu.4.ff.de reg.iur.

Sed

122 ¶ Sed ubi contractus clam fieret,dubito de consensu præstito à fu-
rioso cõsanguineo, qui habet dilucida interualla propter fraudem, &
dolum præsumptum à lege in cõtractibus occultis, & clandestinis, nã
hi à lege improbantur ut in l. si qui,C.de rescind.uend. ibi uel ineun-
dos furtim existimant esse contractus intelligant sibi nihil hæc pro fu
tura esse cõmenta, & l. ab Anastasio, C. manda. ibi, non occultè nec
per artes clandestinas pecunias suscipere.ubi Bal.no.quinto dicit qui
illud quod occultè est factum,præsumitur simulatum, & fictũ, Tiraq.
de retract.conuent.in præfatione num.13. multa similia congerit mo
re suo, & ibi, nume. 14. quod clam facta censentur malam fidem ha-
bere,& clam fieri dicitur quod fit ne possit ueniri ad notitiam eius
cuius interest, l. clam possidere,ff.de acq.poss.ubi Ias.Dec. Cag.& Mai
ner.in l.quo tutela, §.clam.ff.de reg.iur.Barb.consi.xlv.& xlvj.lib.j.Fe-
li.in c.consuluit,ad fi.de off.deleg.& clam fieri dicitur ubi iniungitur
Notario, & testibus,ut rem secretam teneat, Barb. in l. in fraudem,in
prin.ff.de his quibus ut indig.Deci in d.c.§.clam,uersi.& dicitur,de re-
gu.iur.Iacob.Men.de arb.iud.lib.ij.casu cxciiij.num.9. Quare in omni
bus similibus instrumentis occultè factis non haberem præsumptio-
nem pro instrumento,sed probato furore consentientis dicerem con-
sanguineum consensisse tempore furoris,ex quo contrahentes quæsi-
uerunt occultè,& clam contrahere in damnum ipsius minoris, uel mu
lieris,& propterea contractum nullum tanquam factum forma nõ ser
uata,quia constitutio non intelligitur de consensu consanguinei fu-
riosi,ut dictum est supra nume. 120. & quia instrumenta occulta ha-
bent contra se fraudis,& doli præsumptionẽ expræmissis, sed ubi pro
baretur minorem,uel mulierem non fuisse in aliquo læsos dicerem cõ
tractum occultè factum ualere,l.ij.in fi.ubi glo. & Doct. C. de præd. &
aliis rebus minorum,l.vij.§.j.& §.cum dementis, ff. de curat. furiosi, &
quia uitium clandestinitatis purgatur ex probatione proprietatis
& ueritatis,Bero.post Ant.& Imol.in c.ex literis,nume. 56. extra de re
sti.spol.ideo si casus occurrat cogita.

123 ¶ Præmissi affines esse uidentur cõsanguinei, uel affines minoris bã
niti, quia hi uerè absunt, & potest minor sine illorum consensu con-
trahere,l.si cum dotem,§.si patri,ff. sol.matri.ibi,si patri propter con-
demnationem Romæ,ubi dos petatur,esse non liceat actis,satis est fi-
liæ satisfieri,& in l.in insulam,d.tit.ibi.in insulam patre deportato qui
dotem pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet,& in terminis cõ
stitionis consuluit, Bal.consi.ccj.lib.j.ubi dicit patruus bannitus pro
mortuo habetur quoad articulum præsentiæ, & non est neque expe-
ctandus neque citandus, quia citatus comparere non tenetur ex eo
quia intra territorium ius dicentis interesse non potest,&in uanũ expe
ctatur,quia ipsi non patet tutus accessus, & sic non poterat assistere.
ergo dicit ipse,non videtur existere ut ibi, num. 4. quem sequitur Ti-
raq.

raq. super ll. connub. glos. viij. nu. 36. & seq.

124 ¶ Quid si sunt usurarij, uel infames, idem dicas, Bal. in l. improbum, C. de infamibus, & in l. cum hæres, ubi Ange. & Imol. ff. de acq. hæred.

125 ¶ Sed quid si non habet consanguineos, uel affines masculos, & habeat fęminas consanguineas proximiores, an possint dictæ fęminæ cōscientiam minori, & mulieri præstare in eorum contractibus? & Bal. d. consi. ccj. num. 3. lib. j. dicit quòd constitutio uidetur loqui de consanguineis masculis ibi, duorum, uel trium consanguineorum proximiorum, uel saltem affinium si consanguinei non assistant, ubi si fæminas uocare uoluisset Aegidius, dixisset cōsanguinearum. & inferius dixisset, consanguineæ. sed loquutus est in genere masculino. Præterea mulieres non habent integrum consilium, & ideo non est eadem ratio in ipsis, quæ in masculis: & quando masculinum, & fęmininum discrepant in ratione, masculinum non concipit fęmininum, Bal. ibi, nu. 3. & prosequitur Tiraq. in tract. retract. pat. j. §. j. glo. ix. num. 177. & seq. quem uide quando in statutis masculinum cōcipiat fęmininum, quia mihi satis est quod in ista constitutione non potest minori masculo authoritatem, & conscientiam mulier præstare, ex quo ipsa sine conscientia propinquorum consanguineorum uel affinium contrahere prohibetur, & ille qui non est integer alteri authoritatem præstare non potest ut integretur, §. fi. Instit. de fiduc. tut. & uide quæ dixi supra num. 102. & sequen. Vnde ista constitutio non intelligitur de mulieribus proximioribus consanguineis præstantibus minori cōscientiam.

126 ¶ Sed quid si consanguinei, uel affines non sint præsentes in loco contractus, sed absentes, an sint expectandi, uel uocandi, ut in l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infect. & c. sciendum, §. quod autem de consuet. recti feudi, Bal. in d. consi. ccj. num. 1. lib. j. & dicas quod non sunt uocandi, neque expectandi, quia in constitutione hoc non dicitur, nec nos dicere debemus, maximè quia ex citatione, & expectatione induceretur nouum grauamen minori contrahere uolenti, quod fieri non debet, ut dixi supra ex mente Bal. nu. 119. in hac glossa.

127 ¶ Præterea potest alia quæstio annecti præmissis, uidelicet an ille qui habet consanguineos absentes, possit sine eis contrahere, quia cōsanguineos habere non dicitur, qui habet illos absentes tempore quo actus expeditur, Feli. in c. præsentata, num. ij. de testi. Rip. in tract. de peste in tit. de priuil. ultim. uolunt. num. 26. & 27. Corn. uero consil. cxxxj. num. 2. lib. iiij. dicit huiusmodi statutum non uendicare sibi locum quando quis non habet consanguineos. allegat Bal. in l. j. C. unde uir & uxor, & consului in casu occurrenti in Ciuitate Anchonæ, & consanguinei licèt non essent in ciuitate, erant tamen in territorio, & dicit opus fuisse probare ad inualidandum contractum factum, sine cōsensu consanguineorum proximiorum, quod consanguinei poterant de facili, & commodè adhiberi, & non erant aliquo impedimento detenti

tenti etiam tempore pestis, & quod erant habiles ad præstandum consensum de tempore contractus seu testamenti, Barbat. de præstantia Cardin. q. j. num. 23. uers. statuto cauetur, Catelianus Cotta in memorabil. in uerb. statutum requirens in contractu mulieris. uers. sed quid. Et uidetur quod possit sine consensu consanguineorum, uel affinium absentium contrahere, tenet expressè Bald. in l. in coniunctione, C. de nupt.

128 ¶ Sed consultius erit loco consanguineorum uel affinium adhibere alium Iudicem, qui suppleat defectum absentium prout in simili dicimus quando consanguinei recusant sine iusta causa consentire, quia tunc Iudex propter defectum proximiorum recusantium ad cautelā adhibet alium Iudicem, qui suppleat defectum consanguineorum recusantium, Socin. in l. dudum, in fi. C. de cont. empt. quod dictum Salic. commendat Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, colum. fina. uers. & hanc limitationem sequitur Sal. Rol. à Vall. cons. j. nu. 184. lib. ij.

129 ¶ Aliam cautelam ponit Bar. in d. l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. sol. mat. in statuto disponente quod mulier non possit testari, uel contrahere sine consensu propinquorum si propinqui requisiti nolint consentire, consulit adeundum esse Iudicem, qui examinata causa potest mulieri & minori licentiam impartiri, ut sine consensu propinquorum contrahat, & cum Bart. omnes concordant, ut refert Alex. ibi, num. 14. Corn. cons. clxvij. nu. 2. lib. ij. ubi latè disserit quando Iudex possit consanguineos cogere, uel supplere defectum consanguineorū, & multos cumulat Tiraq. de ll. connub. glos. viij. nu. 127. & seq. & in isto secundo casu ultra consensum propinquorum non requirebatur decretum iudicis, & propterea sufficit iudicis licentia, sed in primo casu vltra consensum propinquorum requiritur decretum iudicis, prout in præsenti constitutione, & tunc adhiberi debet alius iudex loco consanguineorum absentium, uel recusantium.

130 ¶ Tertia cautela esset quod minori, uel mulieri non habenti consanguineos præsentes, ut iudex minori, & mulieri petenti daret curatorē, qui prestaret authoritatem minori loco consanguineorum cum iudicis decreto, quia minor cum authoritate curatoris, & iudicis decreto immobilia alienare potest, l. non solum, C. de præd. minor. l. j. in princ. ff. de rebus eorum, maxime quia curator tenetur cauere rem pupilli saluam fore, toto ti. ff. rem pupilli saluam fore, & defensionem pupilli, uel adulti sine ulla dilatione suscepturū tutorem, uel curatorē cauere debet, l. fi. §. pe. C. de admi. tu. & mater quādo tutelā uel curā filij capit, debet renūciare secundis nuptijs cū iuramēto de iure antiquo, & cauere, seu bona propria obligare, l. ij. & iij. C. quando mulier tutel. offic. fungat. licèt iure nouo non teneatur cum iuramento renunciare secundis nuptijs, Auth. ut sine ullo impedimēto matris filiorum tut. §. quia uerò, & tunc non est minor, qui contrahit siue alienat, licèt alienare uideatur,

deatur,ſed eſt Curator,qui tenetur adminiſtrationem reddere finita
cura,& malè adminiſtrando tenetur minori actione ex ſtipulatu rem
pupilli ſaluam fore,l.cum rem,ff.rem pupilli ſal.fore,Ang.in l.apud Iu-
lianum.§.ultimo.ff.ex quib.cauſis in poſſ.eatur.& non ſolum de patri-
monio pupilli tenetur reddere rationẽ,ſed ſi in nominibus aliquid ac
ciderit,l.cum pupillus,ff.d.tit.rem pup.& in hoc uidetur magis conſul
tum minori propter obligationem curatoris,& eius fideiuſſoris.

131 ¶ Et iſta cautela uidetur fundata optima ratione, quia conſtitutio
non prouidet quando ſunt abſentes conſanguinei, & affines, & uide-
tur caſus omiſſus à Conſtitutione,& propterea remanet in diſpoſitio
ne iuris communis,l.ſi extraneus,ff.de condi. cauſa data, & non ſecu-
ta,l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſth.& ibi Docto.Bal.in l. j. C. de inut.
ſtipu.nume.2.& 3. ubi dicit ſtatutum diſponens minorem xv. annorũ
non poſſe ſe obligare niſi certo modo & forma, an poſt illam ætatem
intelligatur factum eum idoneum ac ſi eſſet xxv. annorũ? & dicit hoc
non exprimi à ſtatuto,& ob id fuiſſe caſum omiſſum, nam caſus taciti
nunquam operantur, & ideo remanent in diſpoſitione iuris commu-
nis.Facit Pariſ.conſi.cxvij. num.6.lib.j.& qui dicit includi, is proba-
re debet,quia ſemper dici poteſt, hoc caſu cõſtitutio non loquitur,Io.
And.in addit.ad Spec.tit.de teſtam.§.j.uerſ.occurrit.in fi. Oldrad. cõſ.
xxj.Ioan.Cęphal.conſi.cxliiij.nume.2.& in materia prohibitiua, ac ſui
natura reſtrictiua, ut in hac Conſtitutione ſemper omiſſum habetur
pro omiſſo,ut minus contra iuris diſpoſitionem fieri dicatur,Bero.in
cap.Rainutius, num.64.de teſtam.& conſi.cxlviij.nu.35.lib.ij. Et cum
ſit caſus omiſſus, & remaneat in diſpoſitione iuris communis, & de
iure communi adultus ſine authoritate curatoris contrahere non poſ
ſit,l.ij.C.de auth.præſtan.l.ix. ff. de auth.tut. ibi,obligari ex omni con
tractu pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt;tutore, & curato-
re authore, accedente præſertim iudicis decreto poteſt contrahere,
& efficaciter obligatur,toto titu.ff.de auth.tut.Et quod dicitur in tu-
tore,locum habet in curatore.l.fin.C.de auth.præſtan. & ſecundum ſu
pradictam cautelam in urbe minor,& mulier,quando contrahunt, &
aſſerunt non habere conſanguineos præſentes in urbe,practici Roma
nę Curię obſeruare cõſueuerunt quòd detur eis curator pro illo actu
excipiendo,petito curatore tamen ab ipſo minore, & muliere à Iudi-
ce Capitolij,qui debet decretũ in cõtractu minoris interponere vigo
re ſtatuti Romani,qđ ſimili modo uocat cõſanguineos in cõtractibus
minorũ,& mulierũ,& nõ procedit ulterius diſponẽdo in caſu abſentię
cõſanguineorũ,ut dictũ eſt.iſta ultima cautela tãquàm à iure cõi acce
pta ſeruatur,& ita in præſenti Conſtitutione ſeruandũ eſſe in prouin-
cia, & ſtatu Eccleſiaſt. in defectu affinium, & conſanguineorum arbi-
tror pro ualiditate cõtractuum ipſorum minorum, & mulierum,quia
ſtilus Romanæ Curiæ pro lege ubique ſeruandus eſt, quia à iure pro-
ceſsit,

ceſsit, & in iure fundatur,Additio ad Spec.in tit.de legato, §. finitur.
in additione magna,circa medium, & inferiores ſeruare tenentur cũ
ponatur tanquam ſpeculum ad imitandum,Sarnen.in procem. reg.Cã
cella.q.ij.nume.10.Prob.in addit.ad Ioan. Mon.in c.ut animarum,nu-
me.57.de conſtit.lib.vj.& pro iure conſuetudo Romanæ Curiæ allega
tur,glo.in c.ij.de præb.in vj.ubi Domi.& alij,Rot.deciſ.iij. de appel.co
lum.ij.in fi.Sarnen.in reg.de impet.bene.uacan.per obitum fami.Car.
q.vj.in prin.Caſſad.deciſ.iiij. nu.5. de iurepatr.dicit etiam quod ſtilus
in ſignatura,& literis Papæ pro lege habetur, & ubi adeſt Doctorum
controuerſia,& dubietas ſtilus curiæ,qui unam Doctorum acceptauit
opinionem,ad tollendas dubietates ſeruandus eſt,Rota deciſ.j. de fil.
presb.in no.ubi recenſet uarietatem opinionum ſuper ualiditate per
mutationis factæ per illegitimum inter Archidiaco. Cardinalem, &
ſummum Canoniſtam, & Ioan. Mon. Card. & ſummum Canoniſtam,
& fateatur opinionẽ Io.Monaci benigniorem, & æquam, tamen quia
opinio Archi.erat uerior de iure,& recepta,& ſeruata in Curia, dicit
huiuſmodi ſtilum propter Doctorum dubietatem ſeruandum pro iu-
re ſecundum omnes,& allegat c.ex literis,de conſtit. ibi,cum tam iu-
ris Canonici quàm noſtri moris exiſtat,& c.quam graui.de crimine fal
ſi. quare iſte ſtilus Romanæ Curiæ ad tollendas iſtas dubietates Do-
ctorum ſeruandus eſt ubique,cum ſit tutior,& fundatus in iure cõi.

132 ¶ Et hoc eſt tutius quàm adhibere uicinos,uel amicos,loco conſan-
guineorum, & affinium, quia eſſet adimplere formam iſtius conſtitu-
tionis per ſimile,uel æquipollens,Pariſ.qui plures allegat conſi.xij.nu-
me.50.& ſequen.lib.ij.Tiraq.ſuper legi. connub.glo.vj. nume. 26. & ita
dicendum eſt de aliis ſupradictis cautelis, ex quibus forma conſtitu-
tionis non ſeruatur,quæ in forma ſpecifica ſeruari, & adimpleri de-
bet,Docto.in l.qui Romæ,§.Flauius,ff.de uerbo.obli.Iaſ.in l.j. col. pen.
ff.de lib.& poſt.& conſ.xcviij.lib.iiij.ubi conſuluit in ſtatuto Bononien
ſi.& hoc præſertim,quia requiritur conſcientia conſanguineorum, &
affinium,de quibus confidit Aegidius,non autem de conſcientia uici
norum amicorum, & alterius Iudicis forſan non competentis,quia ra
tio in prouincia Marchiæ in terris,ſeu ciuitatibus,adſunt duo Iudices
ordinarij,uel Competentes,& propterea ſecunda cautela non placuit
quæ forſan ſeruari poſſet in magnis Ciuitatibus,ubi adeſt Reuerẽdiſſ.
Epiſcopus,qui ſolet eſſe ſobrius,irrepræhenſibilis,ornatus, prudẽs,pu
dicus,& non litigioſus,Paul.ad Timot.epi.j.c.iij.& ad Titum, c.j.& Epi
ſcopus pauperes, & poſitos in neceſsitate adiuuare tenetur. l. j. C. de
Epi.aud.& uiduarum,& Orphanorum defenſor, & protector,in ca. j. &
ſequen.lxxxvij.diſt.& lxxxviij.diſtin.per tot.& hoc non debet per ſeip
ſum Epiſcopum, ſed per Archipresbiterum, uel Archidiaconum age-
re,c.Epiſcopus gubernationem, lxxxviij. diſt. & forſan tentari poſſet
quod loco abſentium conſanguineorum uocaretur Archidiaconus,
uel

uel Archipræsbiter, qui aſsiſteret una cum iudice in contractibus mi-
norum, & mulierum, ne deciperentur: ſed quia de his in conſtitutio-
ne nulla mentio, ideo nihil aſſeuerare auderem. ſed ſi caſus occurrat
cogita, quia forſan melius eſſet ſimiles religioſos adhibere quàm cura
tores ultroneos, & caſuales extraneos minori, & mulieri conſtituere
parum de neceſsitatibus minorum, & mulierum informatos.

133 ¶Sed quid ſi conſanguinei ſunt præſentes, ſed ſunt infirmi, An loco
conſanguineorum infirmorum ſint uocandi affines? & uidetur quòd
ſic, quia abſentia, & infirmitas æquiparantur, Bart. in l. ſi poteſt, nume.
17. ff. de acquir. hæred. & in l. j. num. 2. ff. de offic. eius, ubi Iaſ. poſt Imol.
& Alex. nume. 64. Deci. num. 70. & 71. ubi ex mente Bald. in l. fin. de ex-
cuſat. tut. dicit, quòd Doctor propter infirmitatem poteſt legere per
ſubſtitutum, & quòd ratione infirmitatis receditur à regulis iuris, &
quia conſanguineus, ex cuius conſcientia minor cõtrahit, & eius per-
ſona integratur, ſi infirmus eſt non poteſt iudicem informare de neceſ
ſitatibus minoris, uidelicet an contractus utilis ſit, cum hæc mentis
exercitium requirant, & corporis laborem pro informatione capien-
da de utilitate, & neceſsitate minoris, pro quibus facit quæ not. Hip.
Rimin. in d. l. j. num. 554. & duobus ſeq. ff. de offic. eius, & nu. 558. & ſequ.
differit an excuſetur propter infirmitatem ſuorum, ubi uide uſque ad
nume. 572.

134 ¶Sed quid ſi interueniant quatuor, uel quinque conſanguinei, uel
affines, an contractus nullus ſit, quia in conſtitutione dicitur, cum con
ſcientia duorum, uel trium conſanguineorum, & propterea uideba-
tur contractus nullus propter maiorem numerum conſanguineorum
adhibitum cum ſufficerent tres, tamen contrarium eſt uerum, quia
maior numerus non uitiat. l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. hominum. ubi
Paulus, qui exuberauit in numero membrorum, inter liberos connu-
meratur, allegatur ẽt l. hęredes palã, in prin. ibi, & ſi teſtes plures fue-
rint adhibiti, ſufficit ſolẽnẽ numerũ exaudire, ff. de teſt. & l. cũ tabulę
teſtamẽti pluriũ ſignis ſignatę eſſent, quędã ex his non cõparerent, ſe
ptem tamen ſigna maneant, ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabu. l. j. §. ſi ſti
pulanti mihi decem, tu uiginti reſpondeas, non eſſe contractam obli-
gationem niſi in decem, ff. de uerb. obl. & ubique Docto. & ſic apparet
quod maior numerus non uitiat, quia in maiori ſumma ineſt minor.

135 ¶Sed quid ſi producatur inſtrumentum factum à minore iam ſunt
decem anni, in quo non apparet interueniſſe cõſenſum cõſanguineo-
rum, an pręſumatur interueniſſe ſpatio decem annorum, quia ſolem-
nitas intrinſeca pręſumitur ex diuturnitate temporis, Bal. in l. qui alie
na, ff. de acq. hær. & ibi Ang. Imol. Aret. & Iaſ. Tiraq. ſuper legi. connub.
gloſſ. vij. numer. 30. & multis ſequen. Anto. Gab. in tract. communium
concluſionum, lib. j. in titulo de præſumpt. concluſ. j. numer. 5. Bero. in
cap. cura, nume. 2. de iure pat. dicit, quod in actu pręiudiciali, & odioſo

ex

ex taciturnitate non debet præſumi tacitus conſenſus, & in his quæ
ſunt magni præiudicij ſcientia, & patientia inducta ex curſu longi tẽ
poris non habetur pro conſenſu, ſecus in his quæ ſunt modici præiu-
dicij, Ale. in apoſtilla ad Bar. in l. ſi maior. C. communi diuidun. & Be-
ro. d. c. cura, nu. ij. declarat tunc, quòd ex taciturnitate, & longo tem
pore tunc præſumitur conſenſus, quando apparet de alio conſenſu ex
preſſo, licèt forſan nõ ualido: ſed ubi nõ apparet de conſenſu expreſſo,
& cõſenſus ꝓ forma requirit, tũc nõ ſufficit tacitus, quia eſt improprie
conſenſus, per quem non adimpletur forma, quæ debet ſpecificè ad-
impleri, Bero. in d. c. cura, num. 3. & propterea dubito de iſta præſum-
ptione in caſu conſtitutionis, ubi pro forma conſcientia conſangui-
neorum requiritur, & dicam infra in quibuſdam quæſtionibus latius,
tacitus, & præſumptus, uerus, & expreſſus conſenſus, an æquiparentur,
Signor. de Homod. conſ. ciiij. num. 5.

136 ¶Vnum nota, quod licèt conſtitutio annullet contractum factum nõ
ſeruata forma, tamen non annullat conſenſum ad effectum, ut non pręſ
ſumatur ex curſu temporis conſenſus bonus, Bero. in d. c. cura, num.
4. de iure pat. & uide quæ dixi ſupra hac glo. num. 54. & Rom. conſi. dix.
num. 19. facit Deci. cõſi. dclxj. num. 14. & 15. & Aym. conſ. xxxix. nu. 13.

137 ¶Vnum uidendum eſt, an iſte conſenſus conſanguineorum proxi-
miorum requiratur quando minor, uel mulier contrahit cum patre, &
matre, ubi uiget ſtatutum quod minor non poſsit contrahere ſine cõ
ſenſu conſanguineorum proximiorum? & uidetur quod iſta ſolemni-
tas in dicto ſtatuto ſic ſimpliciter loquente quãdo minor, uel mulier,
contrahit cum patre, non requiratur, quia arctiſsima neceſsitudo ſu
ſpicionem omnem circumuentionis abolere ſolet Bal. in l. pactum. q.
xxj. C. de collat. & quia uero ſimile non eſt quem à coniunctis decipi,
l. tranſactionem. C. de pactis. ubi Doct. Pariſ. conſi. cvj. num. 50. lib. iij.
Alcit. in l. poſt contractum, ſub nume. 41. uer. qua ratione, ff. de donat.
Aym. conſi. xxxix. in fi. & hęc eſt communis opinio in ſtatuto ſimplici-
ter loquente, ut concludit Ant. Gab. in lib. cõmunium concluſionum
lib. vj. de ſtatutis, conclu. ij. num. 1. ubi id ampliat in quolibet coniun-
cto, num. 2. & in ſtatuto Romano hoc tenet Rota in parua quantitate,
ut per Creſentium deciſ. clxxxviij. & Gomeſ. deciſ. c. ſed in pręſenti cõ
ſtitutione contrarium puto, nam conſtitutio ultra quod ſit uniuerſa-
lis ut mox dicã, intendit prouidere ne minor dãnificetur, uel lędatur,
ut ex proœmio colligit ex quo cauſa finalis diſponẽtis demonſtratur,
ut dixi ſupra glo. j. quare ſi lęditur, & contrahat cum uno Religioſo o-
ptimę uitæ, aduerſus quem nulla cadit ſuſpitio ſiniſtra, tamen con-
tractus non eſt ualidus, quia non ſtamus pręſumptioni, ſed ueritati, l.
continuus, §. cum ita, ff. de uerbo. oblig. præſertim quia conſtitutio eſt
uniuerſalis dum dicit, cum quibuſcunque perſonis contraxerit. & iſta
uerba, cum quibuſcunque perſonis, comprehendunt patrem, & omnẽ

H aliam

aliam personam,nec non ciuitatem,collegium,uniuersitatem, & cor-
pus,l.metum, §.animaduertendum.ff.quod met.cau.& c. cum medici-
nalis.extra,de sent.excom.Probus in addit.ad Ioan.Mon.in c.quicun-
que,nu.1.de hæret.lib.vj.Paris.consi.xxxiij.nu. 18.lib.iiij.& comprehen
dit omnes actus,Corn.consi.ccxxxvij.nu.16.lib.iiij.Rebuf.de pacif.pos
ses. ampliat.4. car. 1.& propter generalitatem uerborum forma istius
constitutionis circa consensum consanguineorum proximiorum quã
do minor,& mulier cõtrahunt cum patre,seruanda est , ut in terminis
consuluit Barbat.consi.xlj.col.j.& ij.lib.iiij.quẽ sequitur Deci. in l. pa-
ctum,quod dotale,in fi.C.de collat.& Catell.Cotta in memor.in uersi.
Statutum requirens consensum cõt. Bal.in d.l.pactum,dicit tenere Ro
man.Corn.& Iason, & Ant.Gabr.in d.ij.conclu.num.3. & 4.& 8. & ubi
tenet istam opinionem,& ponit eam loco limitationis.

138 ¶ Secundò Deci.in d.l.pactum,in fi.limitat dictam conclusionẽ,quã
do pater faceret renunciare filiam in fauorem filiorum masculorum
quia tunc cessat illa confidentia,quam lex habet de patre,Ant.Gab.in
d. ij.concl.lib.vj.de statut. num.6.

139 Tertiò Decius in d.l.pactum,ad fi.limitat dictã concl. in casu in quo
filia cum patre cõtrahens læderetur,quia cessat illa præsumptio quòd
pater capiat bonum consilium pro filia , & tunc non debemus stare
præsumptioni, sed ueritati, Barbat.d.consi.xlj. col.ij. lib.ij. Ant. Gab.
ubi supra num.7.

140 ¶ Quartam ponit limitationem idem Ant. Gab.in d. ij.concl. num.
9.ubi probatur fraus ex parte patris contra filiam commissa, uel me-
tus saltem reuerentialis,filiæ allegat Alciatum ita limitare dictam
communem conclusionem in tract.præsumptio. reg. j. presumptio. ij.
num.6. qui dicit,quod si per filiam probaretur fraus , uel timor reue-
rentialis,tunc cõtractus retractaretur iuxta l.j.§.quæ onerãdæ,ff.quar.
rerum actio non detur . ubi gloss.in uerb.bellissime,& Bar.nume. 4.
dicit quod gesta per filiam metu reuerentiali iudicis officio reuocan-
tur,dummodo probetur metum præcessisse, uidelicet quod pater mi
natus sit,vel verberauerit filiam,tunc efficitur iustus metus,propter
quem contractus reuocatur,Ruin.cons.xij.nu.12.lib.iiij.& Paris.cons.
cxxxix.num.vj.lib. iiij. dicunt metum probari ex coniecturis & cir-
cunstantijs, cum in se dolum contineat, & probatur aut per testem
aut per iudicem vel statutum,Deci. in ca. si iustus metus, nume.6. de
appellatio. extra , & consil.xlij.nume.6.& potest etiam probari iura-
mento,Deci.in l.in omnibus,num.11. ff. de regu. iur. ubi additio,Ale-
xan. ad Barto.dicit, quod iste metus tacitus probabitur ex qualitate
persone vbi multa congerit,quem uide pro ornatu dictæ quartæ limi-
tationis,& Alexand. in l. de pupillo,§. si quis ipsi prætori , post Bartol.
ibi,nume.15.& 16.ff.de no.oper.nuncia. Et metus semel illatus vxori
uel filiæ semper durare præsumitur,Deci.in l.pacta nouissima, num.

12.C.de pactis.& quis sit metus,qui posit cadere in constantem mu-
lierem.ponit Ias.in l.interpositas, num.4. C.de transact. Rom. singu.
ccxxix.ubi dicit , quod minor metus requiritur in muliere q̃ in ui-
ro,& an ad ualidandum contractum sufficiat metus reuerentialis,Ia-
son quod sic in §.quadrupli, num. 62.Instit.de actio. Contrarium ta-
men tenet Deci.in c.causam matrimonij , num. 6. de off. delega. Ti-
raq.super legi.connub.glo.ij.nume.39.& metu facta ualent ante quàm
reuocentur,Feli.in cap.si uerò, ad fi.de iureiu.Iacob. Menoch. in tra-
cta.de reinteg.remed.j.num.105.præterquàm in sex casibus,de qui-
bus per glo.& Docto.in cap.Abbas.de his quæ vi metusue causa fact.&
hic posim multa congerere de metu, sed quia non est locus,alio re-
seruanda sunt.

141 ¶ In matre uerò quando donat filiis,quia uidetur pietatis causa do
nare,non uidetur requiri consensum consanguineorum, Bald. con-
sil. ccccvij. lib.ij.Tiraq.super legib.connub.gl.viij. num. 110. Ioan.Cæ
phal.consil.cix.nume.20.lib.j.Aym.consi.xxxix. in fine præsertim si do
tat filiam,quia iste casus in statuto non comprehenditur,Catellianus
Cotta in memoralibus,in uerbo statutum requirens, uers.ultimo. Et
hæc est communis opinio in statuto simpliciter loquente , sed in con-
stitutione nostra uniuersaliter loquẽte secus dicendũ esse arbitror,ut
supra conclusimus in patre,num.cxxxvij.quæ omnia huic conclusioni
adaptari possunt;reliqua ad materiam consensus studiosus requirere
poterit.Nos enim transeamus ad aliam particulam constitutionis se-
quentem ibi , & sine decreto Iudicis competentis.

142 ¶ Et nota quòd postquàm consanguinei consenserunt contractui mi
noris,non possunt consensum reuocare ad præiudicium minoris , &
ius alteri quæsitum, Tiraq. super legib. connub. gloss. viij. nu-
mero 125.

SVMMARIA GLOSSAE QVARTAE.

1 
VTOR & curator probibiti sunt rustica,uel suburbana prædia minoris distrahere, nisi hoc testator iusserit , uel æs alienum existat .

Iudex adeundus, quando bona pupilli sunt distrahenda ad hoc, ut pro sua religione uideat quæ possint alienari,uel obligari.

Pupillus habet actionem si potest probare obreptum esse Prætori.

Tutoribus & curatoribus non est nimium credendum,quia aliquando sui lucri causa suadent assentare Prætori solent necessitatem adesse . circa medium .

Consanguinei pupilli sunt requirendi à iudice si fideles reperiãtur qui instruant Prætorem.
Iudex debet requirere consanguineos libertos, uel alios, ut eum instruant, & si ij fideles non reperiantur, debet petere, ut sibi rationes edantur, ad hoc ut instrui possit.
Aduocatus rerum pupillarium à iudice dari debet, ut instruat iudicem.
Decretum iudicis facit cessare fraudem, dolum, & culpam in cōtractu minoris.
Item facit cessare simoniam, & præsumi omnes solemnitates. in fine.
2 Decretum est, quòd cognitione causę fit ab Imperatore, uel alio inferiori iudice.
Decretum de iure Canonico, quod sit.
Decretum multipliciter diffinitur.
Decisiones Rotę sunt decreta, & habent uim processus ad ulteriora, ad finem.
Decretum secundum Alber. est sententia, qua iudex decernit actum esse iustum, authoritatem suam interponendo, quod non interponitur nisi cum causæ cognitione, in fine.
3 Decretum est multiplex, & est institutum Papæ.
Præceptum est Regum, & generaliter pro sententia Regis accipitur.
Decreta decurionum sunt statuta.
Decretum strictè quomodo accipiatur. ad finem.
4 Decretum iudicis debet interponi in contractu minoris propter utilitatem minoris & mulieris.
Causæ, ex quibus decretum iudicis iustificatur in alienatione bonorum minoris.
Iudex debet quęrere si pupillus habet pecunias in numerato uel in nominibus.
Iudex debet uidere si debitum urget, & an sit melius obligare quàm uendere, & an pro modico rem magnam uendere, & debet se instruere de fortunis pupilli.
Decretum iudicis non debet esse otiosum, & pro forma, sed debet in alienatione minoris diligenter inquirere ei utilia, & curare, ut falsum non narretur, aliàs omnia reuocabuntur.
Actio minori datur quando eius res alienatur ex falsa causa, uidelicet personalis, realis, & rei uendicat.
Dominium non transit ubi decretum est obreptitium.
Actio in rem datur, quia dominium non transit ubi decretum est obreptitium.
Actio in personam ubi decretum est obreptitium, datur contra tutorem & curatorem.
Minor læsus in alienatione restituitur, circa medium.
Consanguinei si obrepserunt pretori, contractus est nullus.
Decretum iudicis habet clausulam derogatoriã, quatenus non sit obreptum prætori, ad finem.
Decretum obreptitium est ipso iure nullum, ad finem.
Decretum obreptitium quomodo dicatur, in fine.
5 Iudex debet curare, ut pecunia ex bonis minoris, uel ecclesiæ soluatur creditoribus.

Cursori, uel nuncio an credatur, in instrumento uenditionis rei minoris debet annotari, quòd pecunia redacta ex prædio minori, fuit conuersa in eius utilitatem.
Pecunia redacta ex bonis minoris debet in eius utilitatem conuerti.
6 Decretum factum non urgente ære alieno nullum est.
7 Decretum non solemniter interpositum nullum est.
Dictio, solemniter, pro rite interpretatur, uel cum causæ cognitione.
Causarum probatio in alienatione bonorum minoris an obseruetur, & sit necessaria.
Libellus porrigẽdus præsidi prouinciæ super alienatione bonorum minoris quid continere debet.
Iudex debet intelligere naturam contractus celebrandi cum minore, & ei declaranda, & exponenda, aliàs contractus est nullus.
Decretum est nullum quando non intellexit naturam negocij, & quando pars non edocuit plene iudicem de negotio, ibi. & nu. 13.
Causæ cognitione in decreto non præsumitur quando unico instanti quo petitur interponitur, uers. sed debet.
Causa cognita quando dicatur in alienatione bonorum minoris.
Curator creatus eo tempore quo fit obligatio minoris, an sit legitime datus.
Notario facienti fidem de causæ cognitione non creditur.
Decretum interpositum incontinenti non ualet, & non dicitur cum causæ cognitione interpositum, ibi. & nu. 12.
Consuetudo quòd omnia fiant momẽto temporis, uidelicet datio curatoris, interpositio decreti, & similium, an sit attendenda cōtra iuris communis dispositionem, ad finem, & nu. 30. ad finem.
Consuetudo contra leges & canones inscio Imperatore & Papa an sit admittenda, in fine.
8 Præsumendum est pro decreto quãdo interuenit causæ cognitio in interpositione illius, alias non.
Præsumitur pro decreto quando ex iusta causa, & solemniter est interpositum, & quid si est decretum maioris, uel minoris magistratus, ibi. & nu. 9.
Iudicis persona est suspecta in istis decretis potius, quàm in sententijs.
Decreto quando præsumendum est.
Decreto minoris magistratus non præsumitur, in fine. & nu. 27.
9 Decreto maioris magistratus quando præsumatur. uide infra præsumptio.
10 Causæ cognitio quid sit, & in quo consistat.
Causæ cognitio in decreto interponenda in contractu minoris consistit in perquirendo an minor habeat æs alienum, & urgeat, in fine.
Notario non creditur dicendo adesse æs alienum, & urgere, in fine.
Bona minoris sunt subhastanda, in fine remissiue.
Subhastari debent bona minoris, in fine.
Causæ cognitione constare debet antequàm interponatur decretum.
11 Causæ cognitione debet fieri scriptura separata ab instrumento uenditionis,

nis, ad finem.
14 Decretum continens errorem manifestum est, nullum.
15 Decretum interpositum die feriato, est nullum.
16 Decretum interpositum dolo partis, est nullum.
17 Decretum interpositum sub conditione, ea non impleta, est nullum.
Decretum non debet interponi alternatiuè.
18 Decretum debet interponi Iudice sedente pro tribunali.
Venditio facta alio modo, quàm à iudice decretum sit, nulla est, uersicu. est etiam.
Decretum non potest dici nullum post decem annos, in fine.
19 Præsumitur pro iustitia decreti in iudicialibus.
20 Præsumitur pro iustitia decreti superioris ad utilitatem minoris, uel ecclesiæ.
21 Decretum ubi interpositum est reperitur in aliquo, præsumitur ritè, & rectè interpositum. uide infr 1, præsumptio.
Præsumitur decretum interpositum in aliquo actu fuisse ritè, & rectè interpositum, donec contrarium probetur.
Minori leso in decreto datur restitutio in integrum.
22 Præsumitur causę cognitio in decreto quando enunciatur per uerba expressa, & quomodo fiat hæc expressio causæ.
Presumitur causę cognitio, quando in decreto est apposita clausula, omni meliori modo.
Clausula, omni meliori modo, an operetur causæ cognitionem in decreto, & in quo casu.
23 Præsumitur pro decreto, quando solemnitates necessariæ sunt enunciatæ in decreto.
24 Præsumitur pro decreto circa illas solemnitates, quæ potuerũt tempore actus interuenire.
Præsumitur propter decretum, quòd consanguinei fuerint proximiores.
Consanguinei præsumuntur adhibiti in instrumento esse proximiores propter decretum Iudicis.
25 Præsumitur pro decreto quando ritè, & rectè interpositum fuit.
26 Præsumitur pro decreto Iudicis ordinarij, secus Iudicis delegati.
27 Præsumitur pro decreto Iudicis maioris magistratus, non pro alijs.
28 Præsumi non potest pro solemnitatibus, quibus nec Iudex, nec pars potuit renunciare, etiam quòd decretum Iudicis interuenit.
Solemnitatibus, quibus non potest renunciari, non præsumitur.
Solemnitatibus in conditione positis non præsumitur, in fine.
Præsumi non potest pro solemnitate in conditione posita, in fine, nec pro decreto conditionali.
29 Decreti forma super alienatione rerum minoris, quæ sit.
Confirmare uenditionem est decretum interponere, in fine.
30 Decretum

30 Decretum Iudicis an debeat interponi in principio, medio, uel fine.
Decretum quotupliciter sumatur, ad finem.
31 Decretum sub forma, si de iure processit, an possit interponi.
32 Decretum sub forma, quantum de iure teneor, & non aliter, an ualeat.
33 Forma decreti, vide supra Decretum, in fine.
Conditio intrinseca, an habeatur pro conditione.
Decretum an requirat pro forma, quòd Iudex dicat cum causæ cognitione, decretum interpone.
Causæ cognitio, an exprimenda in decreto.
34 Decretum in quo loco debeat, uel possit interponi. & nu. 35.
36 Decretum quando debeat interponi in contractu minoris.
Procurator non potest petere tale decretum, & quare.
37 Decretum est interponendum per Iudicem competentem.
Iudex competens quis sit, in interpositione decreti.
38 Præses prouinciæ in alienatione prędij minoris furiosi decretum interponere debet.
Furiosi minoris prędium si alienatur, Pręses prouinciæ decretum interponere debet.
Decretum in alienatione bonorum furiosi Pręses prouinciæ interponere debet.
Pręsidis prouinciæ iurisdictio, latissima est in prouincia, & cognoscit de omnibus, de quibus præfertur urbis præfectus pretorio, & consules.
39 Decretum in urbe, in alienatione bonorum minoris prętor urbanus decretum interponit.
Prętor urbanus interponit in urbe decretum in alienatione rei minoris.
Prætor urbanus dicebat ius in urbe.
Prætores missi sunt in prouincijs.
Cornelius adiecit quatuor prætores, qui cognoscerent de falso, de parricidijs, de sicarijs, & de iniurijs.
C. Iulius Cæsar adiecit duos prætores cereales.
Augustus sexdecim prætores constituit, & Claudius duos adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent.
Prætores quot in urbe, & in orbe, & an omnis magistratus pretor vocaretur.
Prætoris verba Do, dico, abdico, quid importent.
Prætores omni temporis diuersi ab antiquis, iurisdictione, & imperio.
Potestates terrarum sunt pretores.
Potestates habẽt iurisdictionem ex consuetudine post aduentum Federici Barbarossa.
Potestatis verbum quid significet, in magistratu, & patre.
H 4 40 Potestates

40 Potestates terrarum habent iurisdictionem ab istis constitutionibus.
Potestates electi a communitatibus debent gratis confirmari à præside prouinciæ. & num. 49.
Potestatis iuramentum in principio sui officij quale sit, tam erga sedem apostolicam, quàm obseruantiam constitutionum, & statutorum.
Potestates sunt probibiti condemnare aliquem ad pœnam mortis.
Potestatis electio quando communitatibus sit concessa, ad finem.
Potestates hodie deputantur à summo Pontifice.
Communitates an sint in possessione eligendi potestatem.
Electiones potestatum an hodie fiant per communitates, in fine.
41 Potestates iuris peritis in terris maioribus interponunt decretum in contractibus minorum.
42 Potestates castrorum, & locorum inferiorum, an interponant decretum in contractu minorum.
Decretum in contractu minorum qui potestates interponant.
Potestates castrorum usque ad quam summam causas cognoscere possunt, in fine.
Iurisdictio quæ competit castris, & minoribus oppidis, in fine.
43 Assessores potestatum possunt decreta interponere in contractu minoris.
44 Auditores præsidis siue Gubernatoris prouinciæ an omnes possint decreta interponere.
Antecessor quis sit, & an possit interponere decretum in contractu minoris.
Auditor Gubernatoris ad ciuilia est iudex ordinarius.
Auditor in spiritualibus est iudex ordinarius in prouincia.
Auditor Gubernatoris in causis appellationum, in medio.
Auditor Gubernatoris ad criminalia, est iudex ordinarius in prouincia.
Iudices Gubernatoris quam iurisdictionem habeant in prouincia.
45 Defensores ciuitatum qui sint, & quomodo creentur.
46 Defensores ciuitatum cognoscunt de causis usque ad 50. solidos.
Item cognoscunt de criminibus leuioribus.
Et debent auxilium præstare exactoribus publicarum exactionum.
47 Defensores ciuitatum in absentia præsidis prouinciæ obtinent locum præsidis.
48 Coram eis insinuantur donationes, testamenta, & similia.
49 Insinuantur coram defensoribus ciuitatum testamenta donationes & similia.
Defensores ciuitatum gratis eligi debent, quia qui emit uult uendere.
Iudicis officium emi non debet.
Emere non debet iudex officium suum.
Archiuium debent habere defensores ciuitatum.
50 Tutores creari possunt à defensoribus ciuitatum pupillis, qui habent in bonis ualorem 500.
Defensores ciuitatum non interponebant decretum in alienatione bonorum minoris.
51 Magistratus municipalis non est iudex competens in interpositione decreti.

Iudex

Iudex competens in interpositione decreti, quis in prouincia, & num. 39. usque ad nume. 55.
Magistratus municipalis officium quale sit.
52 Decuriones non possunt in alienatione bonorum minoris decretum interponere.
Decurionum bona sine decreto alienari non possunt.
53 Delegatus non est iudex competens in alienatione bonorum minoris.
54 Iudices Pedanei non possunt decretum interponere.
55 Senator urbis interponit decretum in urbe, & repræsentat personam prætoris.
56 Collaterales seruatoris pariter interponunt decretum in urbe.
57 Auditor Cameræ est auditor Papæ, & Camerarij.
Auditor Cameræ an cognoscat causas beneficiales.
Auditor Cameræ an possit in appellationibus ad Papam interpositis se intromittere.
58 Auditor Cameræ est iudex curialium, secundum Egidium.
Auditor Cameræ deputatur à Papa, auditor Papæ, & Camerarij.
Clerici Camerę, & alij pręsidentes deputantur à Papa non à Camerario.
59 Auditor Cameræ deputatur iudex contra recusantes soluere pensiones in uniuerso orbe.
Pensionum exequutor est Audientia Cameræ.
Exequutor pensionum est Audientia Camerę.
60 Eugenij Papę iiij. bulla in fauorem Curialium qualiter interpretetur.
Curiales non possunt molestari in partibus propter bullam Eugenij Papę iiij.
Causę beneficiales non committuntur Auditori Camerę, & quando committuntur apponitur clausula in commissione, & quia de iurisdictione.
Auditor Cameræ habeat iurisdictionem ordinariam per totum orbem.
Iurisdictio quę datur per consuetudinem, quæ.
Auditor Cameræ exequitur exequutiones in curia decretas, etiam in sacro Rotę Auditorio, ad finem.
Auditor Camerę potest interponere decretum in urbe, in omnibus contractibus curialium, forensium, incolarum, & ciuium, in fine.
61 Auditores Rotę sunt consiliarij, senatores illustres, & pręcedunt omnes alios iudices.
Auditores Rotę pręcedunt clericos Camerę.
Auditores Rotę eliguntur uiri doctissimi.
Auditores Rotæ sunt firmi, stabiles, nec mouentur aliqua parte.
Decisiones Rotæ iudices inferiores sequi tenentur.
Auditores electiones confirmant, beneficia conferunt, causam sibi commissam alteri auditori remittunt, & possunt illam ad Cancellariam remittere.
Auditor recipit renunciationem litis non beneficij, ad medium.
Auditoris officium non expirat morte Pontificis.
Auditoris Rotæ disputationes fiunt in palatio apostolico.
Auditoris Rotę officium quale sit.
Auditor tenetur dare dubia partibus petentibus.

Auditores

Auditores Rotæ habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, delegatam in sententiando.
Auditoris Rotę officium est honorabilius cōmiss. ad finem.
62 *Auditor ex constitutione Innocentij Octaui, qui preuenit in præsentatione cōmissionis, præfertur alteri auditori, qui habet similem contradictionem.*
63 *Preuentio citationis non attenditur in Rota.*
64 *Auditores Rotę possunt procedere in causis miserabilium personarum, etiam q; non sint 500. ducati.*
65 *Remissorias ad partes decernere possunt Auditores Rotæ in uim Innocentianę.*
66 *Terminos male seruatos potest audientia Rotæ reiterare.*
67 *Registris coram alijs Iudicibus factis possunt fidem adhibere.*
68 *Auditores Rotæ possunt super articulo grauaminis, & negocij principalis, omisso articulo appellationis procedere.*
69 *Fatalia possunt prorogare Auditores Rotæ.*
70 *Appellationes in ultimo momento temporis admittere Auditores Rotæ.*
71 *Sententias nullas possunt confirmare Auditores Rotæ.*
Auditor Rotę potest sententias nullas confirmare, & quando.
72 *Auditor Rotę potest decreta decernere.*
Sequestra decernere potest Auditor Rotæ.
73 *Auditor Rotæ potest unica commissione causas terminare.*
74 *Item potest terminum præfigere ad docendum de nullitatibus, attentatis, & similibus.*
75 *Item potest dilationes concedere.*
76 *Item liquidationes fructuum ad partes subdelegare.*
77 *Item potest pro exequutione suam sententiam facere, quę ordinarij facere possunt.*
78 *Item possunt plura iudicia in causis arduis coniungere.*
79 *Capellani Papæ non possuut condemnari nisi de mandato speciali Papę.*
Auditor non potest in contractu minoris decretum interponere.
Iudicia plurima coniungere possunt Auditores Rotę, in causis arduis.
80 *Camerarius Papę cognoscit solum de iuribus spectantibus ad Cameram.*
Camerarius non est Iudex competens in decreto interponendo in alienatione bonorum minoris.
Procurator Cęsaris equiparatur clericis, & Camerario.
Camerarius est caput Camerę, in fine.
Expeditiones in Camera, qualiter fiant, in fine.
81 *Clerici Camerę non sunt Iudices competentes in interpositione decreti in alienatione bonorum minoris.*
Clerici Camerę procuratores patrimonij Beati Petri appellantur.
Clerici Camere, qui assumantur, & quid possint.
Clerici sunt subrogati loco procuratoris Cęsaris, ad finem.
Contractus facti à clericis possunt dici facti à Papa.
Clerici possunt opulentam hęreditatem adire.

82 *Procurator*

82 *Procurator Cæsaris non potest transigere, donare, & uendere.*
Clerici Cameræ non possunt bona Cameræ alienare nisi cum certa forma.
Subhastari debent bona Cameræ antequam alienentur.
Procurator Cæsaris non habet ius deportandi.
Procurator Cæsaris habet ius prohibendi, ne quis audeat ad prædia Cæsaris.
Clerici Cameræ habent ius prohibendi, ne quis accedat ad bona Cameræ.
Procurator Cæsaris est iudex competens fisci, ita & clerici Cameræ.
Procurator Cæsaris non cognoscit causam absente fisco, ita & clerici Cameræ, in fine.
83 *Procurator Cæsaris vocatur rationalis, ex quo exigit vectigalia, & clerici Cameræ pariter.*
85 *Procuratori Cesaris non licet ex officio, quod administrat, aliquid emere pro se.*
Clerici Cameræ prohibentur emere alios introitus Cameræ, nec participare in uenditione facta per alios.
Clerici quinque sunt annotati hodie ex constitutione Pij Papæ V.
Clerici Cameræ non possunt interponere decretum in alienatione facta per minorem priuatum priuato, sed quid si minor contrahit cum fisco.
Camerarius & clerici rescribunt de mandato Papæ.
86 *Gubernator urbis ad quid deputatus.*
Item est Vicecamerarius, siue Locumtenēs Camerarii.
Nullitatis processus Gubernatoris non possunt reuocari ex facultatibus, circa medium.
Gubernator exercet iurisdictionem temporalem, quam habet ecclesia in statu Ecclesiæ, ultra medium.
Gubernator est Iudex competens in interpositione decreti, ad finem.
87 *Vicarii vrbis potestas, & iurisdictio quasi ordinaria est in omnes religiosos, Iudæos, viduas, & miserabiles personas.*
Vicarius Papæ est competens in alienatione bonorum minoris, & miserabilii personarum.
Miserabilis persona, quæ sit, in fine.
88 *Iudex Curiæ de Sabellis an sit competens in interpositione decreti.*
Iudex Burgi, & Ripettæ, an sint Iudices competentes.
89 *Iudex competens respectu bonorum minoris alienandorum, quis sit.*
90 *Iudex contractus an sit competens in alienatione bonorum minoris.*
Minor contrahens extra territorium, an teneatur seruare formā istius constitutionis.
Statutum quando porrigat vires suas extra territorium.
91 *Decretum an requiratur quando alienantur iura minoris.*
92 *Decretum interpositum super alienatione bonorum minoris an transeat in rem iudicatam.*
Restitutio in integrum conceditur aduersus decretum positum in alienatione bonorum minoris.

ADSIT

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO, DEI GENITRIX.

GLOSSA QVARTA.

Et sine decreto Iudicis competentis.



1 POSTQVAM Compilator decreuit in contractu mi-
norum, & mulierum requiri consanguineorum proxi-
miorum conscientiam, intendens magis vtilitati mino-
rum prouidere dixit, Et sine decreto competentis Iudi
cis, de quo iudice multũ confidere solet legislator. Nam
Imperator, in l.j.ff.de reb.eorum statuit in modum, qui sequit̃ Impera
toris Seueri oratione prohibiti sunt tutores,& curatores prædia rusti
ca uel suburbana distrahere. Verba orationis Seueri Imperatoris sunt
hæc, Præterea patres conscripti interdicam tutoribus,& curatoribus
ne prædia rustica uel suburbana distrahant, nisi vt id fieret, parẽtes te
stamento, uel codicillis cauerint quod forte æs alienum tantum erit,
vt ex rebus cæteris non possit exolui, tunc prætor Vrbanus uir claris-
simus adeatur, qui pro sua religione existimet quæ possint alienari ob
ligariue debeant manente pupillo actione si postea potuerit probari
obreptum esse prætori,& in l.magis puto,§.in primis, ff. de rebus eo-
rum. ibi, in primus igi quotiens desideratur ab eo ut permittat di-
strahi, requirere debet qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimiũ
tutoribus, uel curatoribus credere, qui nonnunquã lucri sui gratia af
seuerare prætori solent, necesse esse distrahi possessionẽ, uel obligari.
quirat ergo necessarios pupilli, uel parentes uel liberos aliquos fide-
les, uel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habeat si nemo
inuenitur, aut suspecti sint qui inueniuntur, iubere debet edi ratio-
nes. Itemque, opus sit pupillarium bonorum aduocatum pupillo da-
re qui instruere possit prætoris religionem, an assentire uenditioni,
uel obligationi debeat. Et propter huiusmodi examen faciendum in
alienatione minoris, & mulieris, iudicis decretum inter alias solemni
tates interponi debere ne lædantur aut decipiantur statuit : nam ex
interpositione decreti in contractu minoris demonstratur in eo nullã
fraudẽ, aut suspitionẽ aut doli p̃sumptionẽ, aut culpæ adesse, Bar. in l.j.
C. de præd. curialium. lib. x. Fabianus de Monte in tract. de empt. &
uendit. q.v. prin. nu. 102.& 103. Alex. consi. xcij. nu. 15.& 35. lib. vj.& cõ-
sil. cxxv. num. 5. lib. j. ubi additio, Iac. Mondel. de Alb. cõsil. xi. nu. 16.&
seq. Cepol. caut. ccxxj. nu. 9. & seq. dicit, quod facit cessare Simoniã, &
præ-

præsumere omnes solemnitates, quæ in actu debent interuenire, Ias.
in l.qui in aliena.§. Celsus.num.29.ff.de acqui. hæred. Petr. Gerar. sing.
57. uisa utilitate proueniẽte ex interpositione decreti, uideamus quid
sit, quare debeat interponi,& quid continere debeat,& quando decre
tum Iudicis competentis interponen. in contractu minoris, uel mu-
lieris.

2 ¶ Decretum est quod cum cognitione causæ fit ab Imperatore, vt in
l.iij.ff.de his, quæ in testamento delentur. vbi Imperator audita facti
quæstione ab Aduocato partis, quæ instabat declarari testamẽtum ua
lidum propter legata,& Aduocato fisci qui dicebat testamentum nul-
lum, ex quo per testatorem hæres in testamento inductus erat, tamen
dixit causa præsens admittere benigniorem interpretationem, vt
ea duntaxat existimemus testatorem irrita uoluisse, quæ induxit. vbi
apparet quod Imperator causa cognita ita decreuit. de iure Canoni-
co decretum dicitur, quod Papa statuit cum consilio Cardinalium ad
nullius consultationem, glo. in summa, distin. 3. vbi Domi. Imol. in c.
j. num. 1. de Constit. Feli. in c. per tuas. num. j. de Simon. Bero. in Rub. de
Constit. nu. 48. Cynus, antiquus Doctor, in l. sed alio, nume. 11. C. si ex
noxali causa agatur, postquam recitauit opiniones antiquorum, dicit
quod decretum est rei regulariter prohibitæ certo casu facta permis-
sio uel prohibitio, quem sequitur ibi Bar. num. 5. & idem Bart. in l. nec
quicquam. §. ubi decretum, in prima lectura, de offi. proconsul. ait de-
cretum esse consideratam seu deliberatam Iudicis prouisionem, Iaco.
de Bellouisu, in tracta. de j.& ij. decreto, num. 1. dicit quodlibet decre-
tum dici quælibet diffinitiua sententia, allegat l. decreta. ff. de re iudi.
& quod aliquando ponitur largius pro his, quæ iudex interloquendo,
vel definiendo pronunciat, ut ff. de offic. assess. l. j. aliquando id quod est
definitum à summo Pontifice, vel sanctis Patribus ad aliquid definien
dum decretum dicitur uel decreta, ut in libro Decreti Gratiani, Iac.
Cuiat. lib. ij. obseruat. c. xxvj. dicit, decreta sunt sententiæ pro latæ in
causarum cognitionibus, quę decreta sex libris Paulus complexus est,
quæ Paulo, Papiniano, Messio,& Triphonio, & alijs quibusdã Iuriscon
sultis assidentibus pronunciata sunt, & plerumque Paulo non appro-
bante,& istis decretis hodie Sacræ Rotæ Romanæ Decisiones compa-
rari possunt, quoniam Auditores illius datis dubijs partibus ex facto
causæ elicitis & receptis informationibus ab aduocatis utriusque par
tis in iure, & à patronis causarum in facto amputando Doctorum opi
niones omnia ad facti ueritatem applicantes decernunt, quid in illa
dubietate in causa quam agunt, tenẽdum sit pro illius terminatione,
quæ decisiones hodie circumferuntur & à Collectoribus nomen su-
munt,& aliæ bo. me. Putei Cardinalis, aliæ aliorum Auditorum, qui il-
las miro ordine, maxima breuitate & summa doctrina & consilio col-
ligunt,& partibus tradunt, ut uideãt quid decretum sit in eorum cau
sa.

sa,& has decisiones antequàm uidissem obseruationes Cuiacij decreta, & interloquutorias sententias tantorum patrum nuncupare solitus sum,& Put.decis.cccc.lib.iij.dicit,quod dubia data per Rotam habent uim processus ad ulteriora, unde & hodie illa decreta ad similitudinem decretotum Pauli nuncupari possunt, Ioan.de Grassis in tracta.de rescrip.num.53.dicit decretum esse illud,quod decernitur per principes & potestatem habentes iuris condendi, & dicitur à decerno decernis, Alci.in l.j.ff.de iurisd.omn.iud.num.21. difinit Decretum secundum Albericum de Rosate esse quandam sententiam,qua decernit Iudex actum esse iustum,auctoritatem suam interponendo & approbando,quod non nisi cum causæ cognitione interponitur hanc definitionem Alberici amplector, ex quo accomodatur decreto interponen. per Iudicem in contractu minoris, & mulieris in casu præsentis Constitutionis,ideo illam non examino sed sequor,cum omnes partes congruentes definitioni habere uideatur.

3 ¶ Decretum multiplex est,nam Bald.in l.fin.C.sententiam rescin.non posse,num.12. dicit,quod triplex est decretum, quoddam quod iudicialiter profertur,quoddam extraiudicialiter, ut est decretum Decurionum, ut toto tit.de decretis ab ordine facien. ff. quoddam est medium inter hæc,& uocatur decretum emancipationis liberorum,Luc. de Pen.in Rub.C. de præd. Curialium sine decreto non alienan. dicit quòd decretum est institutum Papæ à decernen. animi interiora. dictum,præceptum uero est Regum:sed generaliter pro sententia præsidis,& aliorum accipit Ioan.de Grassis in d.tract. de rescript.nu. 53. & seq.dicit,de decretis Pontificum & Conciliorum,& ista complectuntur in decreto.Secundò de decretis Decurionum,& ista nuncupantur statuta. Tertiò de decretis Iudicum,quæ interponuntur cum magna causæ cognitione per Iudices in alienationibus bonorum Ciuitatis Ecclesiæ uel minorum,ut l.j.& per totum.C.de præd.min. & C.de pręd. Cur. sine decreto non alien.lib.10.Quartò habemus decretum irritās quod apponitur in gratiis beneficialibus & Apostolicis,de quibus ipse inibi aliquantisper tractat de quo forsan alibi dicemus,Reb.super concor.in tit.de conclusione Concilij Lateranen.in glossa decretis. Primò ponit quot modis accipiatur decretum. Secundò in quibus casibns interponatur. Tertiò in quibus casibus annulletur. & primo casu dicit decretum Dei,patrum, Legatorum Sedis Apostolicæ, Episcoporum Cęsaris, Regum, Decurionū, Iudicum,& quod accipitur pro omni decreto,ordinatione,seu statuto superiorum. quandoque pro sententia seu auctoritate, qua Iudex contractum iustum fore decernit auctoritatem suam interponendo. est etiam primum decretum quod fertur cont.contumaces.est pariter secundum decretum,de quibus per Doctores in l.si finita.§.si plures.§.Iulianus. & §.si fortè. ff. de dam. infect. aliquando capitur strictè, & tunc est deliberata Iudicis commisio ab

eo

eo facta cum causæ cognitione citra condemnationem,uel absolutionem,Specul.in tit.de primo & secundo decreto,Iacob.de Bello uisu,& Guid.Pap.in tract.de primo & secundo decreto.Pet.Duen.in tracta.regularum,reg.clxxxvj.ponit xx.casus,in quibus debet decretum interponi,quos uide,sed ex tot decretis nostræ Constitutioni solum deseruit decretum Iudicis in contractu minoris interponendum,ideo de illo dicendum est.

4 ¶ Et primò uidendum quare debeat interponi decretum Iudicis in contractu minoris & mulieris,dicas quod propter utilitatem minoris & mulieris, vt uideat si æs alienum erit tantum, ut ex rebus cæteris non possit exsolui. l.j.§.quod si fortè.ff.de reb.eorum, & hoc faciat causa cognita.l.si prædia.ff.eodem ti.& probatis causis alienationis apud acta,quæ venditionis necessitatem inferant, l. minorum. C. de præd. min.& in l.si minora,eodem tit.ibi,uel debitis duntaxat fiscalibus urgentibus,uel ex priuatis contractibus obnoxij probatis examinatisq; causis,ut patefacta rerum fide firma uenditio perseueret,& l. ob æs.C. dicto tit.& in l.magis puto,§.non passim. ff. de reb. eorum, ait officio prætoris incumbere an aliunde possit pecunia ad extenuandum æs alienum expediri. Ideo quærere an pecuniam pupillus habeat, uel in numerato,uel in nominibus quæ conueniri possint,uel in fructibus cōditis, uel etiam in reddituum spe aut obuentionibus, & requirat an aliæ res sint præter predia quæ distrahi possint, si non adsint alia bona,tunc prætor distrahere permittat, si urgeat creditor, uel usura sit grauis,& an sit melius obligare,quàm uendere, & si pro modico debito vult magnam rem distrahere,& si sit alia possessjo minor uel minus utilis pupillo,magis eam distrahi faciat,quàm maiorem & utiliorem. Præterea debet se instruere de fortunis pupilli,nec credere debet tutoribus,sed uocare debet consanguineos pupilli informatos, & computa seu rationes exhiberi sibi iubere, & ultimo Aduocatum bonorū pupillarium uocare à quo se instruere possit. Rom. consil. 321. Deci, consil.ccciij.col.ij.in fi.Rol.à Valle cons.xxxiij.num.4.& 5.lib.j. Ex qua lege mōstratur quòd Iudicis decretum non debet esse otiosum & pro forma, sed debet in alienatione bonorum minoris hæc diligenter inquirere,& non facta ista diligenti inquisitione, si monstrabitur narratum fuisse falsum, ipsi Prætori pupillus poterit petere reuocationem alienatorum actione personali uel reali,aut rei uendicationis, ut in d. l.j.in prin.ibi manente pupillo actione,si postea potuerit probari obreptum esse Prætori, & l.magis puto. §. manet actio. ff.de reb.eor. ibi, an in rem,uel in personam, & magis est ut & in rem aduersus emptorem,ut declarat Alberi.in l.j.ff.eodem.in princ. quia ub i decretumest obreptitium,non transit dominium, Bald.in d.§.manet. & tale decretum est nullum ipso iure,Rot.decis.xvj.de senten.& re iud. in ant. & in personam aduersus tutores & curatores agere potest,& facit l.iij. C. si

quis

quis ignorans rem minoris sine decreto compar . uel si minor læsus est
restituitur,ut l.si res.ff.de mino.25.annorum. & l.j.& xj. §. si verò.C.de
præd.min.Ideo prætor uel Iudex hæc debet exquirere , si verò Iudic.
per consanguineos fuerit obreptum contractus est nullus,quia decre-
tum Iudicis habet clausulam derogatoriam,quatenus nõ sit sibi obre
ptum , Bal.in d.l.j.de reb.eorum,in princ.num.2.ubi dicit quod obre-
ptio non præsumitur nisi probetur propter uerba, textus ibi, si postea
potuerit probari obreptum esse prætori,& in l. & si præses. C.de præd.
min.ibi,si falsis allegationibus circumuentam religionem eius proba-
re possit,& Alber.in d.l.magis puto.§.si æs , nu.1. dicit quod decretum
obreptitium ipso iure non valet, Rebuff. super concor. de conclu-
sione Lateranen. Concilij,in gl. decretis , versi.iij. quæritur quomodo
annulletur decretum ex falsa causa interpositã ubi ponit regulam
cũ quatuor ampliationibus,& sex limitationibus, ubi uide sol. ccccij.
Pau.de Cast. consi. ccclxxxij. num.3. lib. j. ait quod decretum dicitur
obreptione interpositũ sine citatione,uel proclamate,& potest etiam
dici ambitiosum, si non urgeat æs alienum.

5 ¶Præterea iudex curare debet,ut pecunia redacta ex pretio bonorũ
minoris debitoribus exoluatur,ut in dicta l.magis puto,§.ne tamẽ. ibi,
oportebit prætorem curare,ut pecunia accepta creditoribus solua-
tur. & hoc ei per Cursorem denunciare, & ibi gloss.in uerb.uiatorem.
& dubitat an ei credendum sit,ubi Bal.sub.§.illud uers. in textu ,dicit
quòd sic,quia est persona publica quando portat iudicis commissio-
nem, Alber.ibi dicit,quòd contrahens cum Eccles.debet curare,ut pe
cunia in utilitatem Ecclesiæ conuertatur,& ita facere debet de pecu-
nia pupilli,& hoc annotare faciat in instrumento,& tutori uel curato-
ri non est soluen.& iudex curare,ut pecunia soluatur creditori . Deci.
consil.403.Paris.consil.98.uolum.iij.Rolan.à.Vall. consil.xxxiij. nume.
3.lib.primo.

6 ¶Et non solum quando est obreptum prætori uel iudici, decretũ nul-
lum est,sed si uenditio facta est non urgente ære alieno, l. magis puto,
§.si æs.quia tunc prætor non habet authoritatem interponendi decre
tum super rebus minoris .

7 ¶Et quando non solemniter apud acta decretum est, ut in l. minorũ,
C.de præd.min.ubi ꝙ libellus minoris ad præsidem prouinciæ per pro
curatorem fieri non potest nisi apud acta causis probatis , quę uendi-
tionis necessitatis inferant, decretum solemniter interponatur, quæ
dictio ,solemniter, pro ritè interpretatur à gl.in l.non putauit, §. non
quæuis,ff.de bo.poss.contra tabul.uel dicas solemniter, idest cum cau
sæ cognitione probatis causis,& obseruatis præmissis, aliàs non ualet
decretum. Et ideo Alber.in d.l.minorum, dicit non seruari hanc pro-
bationem causarum in decreto interponẽdo in alienatione bonorum
minoris , ideo putat decretum nullum,& Salic.quòd non sufficit causa
aliena-

alienationis proponi coram iudice, sed est necesse , ꝙ apud acta pro-
betur,& interponatur decretum,& Bar.quòd non sufficit causam alle
gare, sed debet coram iudice perfectè probari, & ab ipso iudice bene
factum,ita probatum intelligi:aliàs si iudex nõ intelligit, utputa,quia
partes simulant unum facere, & tamen aliud faciunt, decretum nihil
operatur , quia natura negotij iudici declaranda , & exponenda est,
Bal.in rub.C.qui admitti,num.4.Tiraq.super ll.connub.gloss.viij.num.
180.Alcia.de præsumpt.reg.iij.præsumpt.x.nume.9. Quare decretum
non debet per functoriè interponi,Bal.in l.quæcunque , nume.3.ad fi.
C.de bonis quæ liber.facit l.magis puto.§.ne passim, ff.de reb.eorum :
sed debet cum causæ cognitione interponi,quæ non potest interueni-
re quando decretum in uno instanti,quo decretum fuit petitum, in-
terponitur : sed debet iudex interponere aliquod temporis interual-
lum,dum per decretum dat licentiam alienandi , & de isto interuallo
temporis Notarius fidem facere debet,& esset bonum quòd Notarius
diceret iudex uidit testes examinatos super causis alienationis mino-
ris tali die, & deinde in alia die illis causis discussis dedit licentiam
alienãdi minori, & hoc modo diceretur causa cognita interponi, aliàs
si ex contextualitate contractus non apparet Iudicem aliquod tem-
poris interuallum interposuisse,dicetur fuisse interpositum decretum
causa non cognita , ut dicit Corn.cons.xcviij.num.4.uers.ij.lib.j.Qua-
re Specul.in tit.de procurat.§.j. uersic.quid si solum per libellum,dicit
quod si Iudex statim interponit decretum,nulla negotij facta exami-
natione,quòd malè facit,Alex.consil.clxiij.num.5.lib.v.dicit quod ubi
momento temporis creatus est curator,facta obligatio , & interposi-
tum decretum, actus redditur nullius momenti , quia non potuit ita
breui tempore causæ cognitio adhiberi,Rol.à Vall.cons.xcix.num.26.
lib.j.Alciat.de pręsumpt.reg.iij.pręsum.x.nu.8.Neuizan. cons.85.nu.4.
& 5.ubi dicit, ꝙ Notario facienti fidem de causæ cognitione non cre-
ditur, quia non potuit de ea,tam breui tempore informari,Rebuff.su-
per concord. de conclusione decreti Concilij Lateranen. in gloss. de-
cretis,car.ccccij.uers.ij.infertur.& Ferratius caut.ult.num.j.& ij.mul-
ta ad id allegat , quod decretum interpositum per Iudicem inconti-
nenti non ualet , tanquam sine causæ cognitione interpositum , & nu.
13.dat cautelam, quod fiat de cognitione causæ instrumentum sepa-
ratum antequam Iudex interponat decretum , & postea Iudex dicat
causa cognita , decretum super alienatione prędicta interposuit , &
Paul.de Cast.cons.xxxviij.num.2.lib.ij. uers. in contrarium dicit,quod
Iudex debet perquirere ueritatem causarum , & si non perquirit , &
non apparet de perquisitione, quod non ualet decreti interpositio, &
ita Alex.dicit de tractatu,cons.xvij.nu.6.li.iiij.Ias.in l. nec quicquam.
§.ubi decretum.nu.70.71 & 79.& 80.ff.de off.proc.& leg.Paris.cons.85.
nu.25.& 28.li.iij.ubi dicit hanc opinionem ueram & cõem, Rol.à Vall.

conſ.xxxiij.nu.10.& ſeq.& conſ.xcix.nu.22.& ſeq.li.j. Ant.Gab. lib.ij.in tit.de ſent.cõclu.v.nu.54.Borgnin.Caualcan.in trac.de tutore,nu.128. Et hæc uidetur uera & cõis concluſio, & nihilominus conſuetudo ſeruat contrarium,quia uidemus in urbe, eadem die & hora, dari curatorem minori,& mulieri,& incontinenti interponi decretum, & pro ualiditate contractuum ſic celebratorum uidi iudicari, & ratio eſſe poteſt,quia decretum interponitur à Iudicibus Palatinis, & maioribus, pro quibns ſemper præſumendum eſt, ſed in Iudicibus pedaneis ſecus dicendum arbitror,ut infra nu.9. Et de iſta conſuetudine noluit aliquid dicere Paul.de Caſt.d.conſ.xxxviij.in fi.dum dicit, de couſuetudine neſcio ſi aliud ſeruetur, ideo non me intromitto. Alber.in l.minorum.C.de pręd.mino.dicit quod glo. ibi poſita male ſeruatur,quia continue nulla cauſa probata, uel inſerta, interponitur decretum in alternationibus minorum,Alber.latè in l.actus.C.de ferijs. Vbi Pau.de Caſt.Put.deciſ.ccclvij.lib.j.in fine,atteſtantur de iſta conſuetudine,ſed uidentur tenere quod non ualeat decretum ſine cauſæ cognitione interpoſitum,& deci.ccxx.li.iij.uide infra,nu.30.in fine,hac gl. Ant.Gab. in tract.communium concluſionum,li.ij.in tit.de ſenten.cõcl.v.nu.34. uerſ.contrarium,dicit ſuſtineri decreta Iudicum in urbe, qui potuerunt informari à propinquis aſſerentibus,& iurantibus rem,ita ſe habere iuxta formam ſtatuti urbis.ſed dubium eſt,ubi non ſunt conſanguinei,uel amici,ſed datur curator, caſu ibi repertus, qui non eſt informatus,& in iſto caſu ego dubito, & ulterius de conſuetudine, quæ eſt contra ius ſcriptum,& ideo uidetur potius abuſus,quàm conſuetudo quæ contra tot leges,& authoritates in damnum minorum,& mulierum non eſſet admittenda, inſcio tamen Imperatore,& Pontifice, de quorũ intereſſe agit, ut leges & canones obſeruentur,& præſertim quia inducta eſt potius à Iudicibus imperitis,& ignaris Iuris prudentiæ, & ideo ſtude ſi potes ad utilitatem minorum omnia reducere ad Iuris communis diſpoſitionem,& obſeruantiam reiectis abuſibus.

8 ¶Vnde Doctores dicunt, quod ſi præmiſſa in interpoſitione decreti non præceſſerint,pro tali decreto non eſt præſumendum, nec credendum aſſertioni Notarij, aut Iudicis ſuper hoc,Paul. de Caſt. d. conſil. xxxviij.col.j.verſ.nam iudex,lib.ij.Pariſ. d. conſ.lxxxv. num.28. & ſeq. lib.iij.Rolan.d.conſ.xxxiij.num.8.& conſ.xcix.num.xxiij.lib.j. Alci.uerò in tract.præſumpt.reg.iij.præſump.x.dicit tunc pro decreto præſumi, quando ex iuſta cauſa,& ſolemniter fuerit interpoſitum, & dicit quod eſt communis concluſio,ut per Alex.in l.ſciendum. ff.de uerbor. obliga.& ibi num.4.dicit quod lex habet ſuſpectam perſonam, Iudicis in iſtis decretis potiuſquam in ſentẽtijs, tum quia talis decreti interpoſitio non poteſt delegari, quod ſecus eſt in ſententijs, & quod pro decreto præſumatur non probari,& l.j.C.de præd. decurionum. lib.x. ubi textus dicit quod decurio interpellet Iudicem competentẽ oẽſq;

causas

cauſas ſigillatim,quibus ſtrangulatur exponat,& ita demũ diſtrahẽdæ poſſeſsionis facultatẽ accipiat, ſi alienationis neceſsitatẽ probauerit. infirma.n.erit uenditio ſi hæc fuerit forma neglecta, & ita fiet, ut nec uẽditor immoderatus,nec emptor inueniatur iniuſtus, deniq; uẽditor non poterit queri de circumuentione,uel inſidijs cõparatoris, quoniã ſub fide actorum de neceſsitate uendentis, & de uoluntate cõparentis patuerit,etſi aliter factum erit,emptor priuabitur pretio, & reſtituet rem cum fructibus. facit et alia rõ quod pro decreto interpoſito à minori Iudice,& Magiſtratu,non præſumitur.Bal.in l.tutores. ff.de cõfir, tut.Marſ.ſing.438.Rol.d.conſ.xix.nu.27.ubi plures allegat,& nu.28.dicit quod minor Magiſtratus non põt bona confiſcare, & in prouincia ferè omnes iſti Iudices ſunt minores,& idiotæ, & propterea pro decretis ab eis interponendis non eſt præſumendum, Alciat.in reg.iij.præſumpt.x.num.10.ubi loquitur de Iudice idiota.

9 ¶In maiori Magiſtratu,utputa præſide,Pretore & ſimilib. ſecus dicẽdũ arbitror,quando in inſtr̃o enũciatur cauſæ cognitio,Marſ. in d.ſing. 438.nu.2.Gerar.de Petraſan.ſing.lvij.nu.5.Rol.d.conſ.xcix.nu.28.lib.j. & in tali decreto maioris Magiſtratus procedunt contrarja, de quib. per Rolã.conſ.33.nu.16.li.j.Neuiz.conſ.85 nu.7.& nu.9.Pet.Duen. reg. 189.limi.j.ubi dicit,ꝙ lex p̃ſumit, ꝙ maioris Iudicis factum ſit ritè factũ,ſecus in minorib.puta in pedaneis,& municipalib.ꝓ qb.lex nõ p̃ſumit,Bal.in l.tutores.ff.de cõfir.tu.& idẽ dicit in Iudice idiota, limi.iij. quia nõ eſt ueriſimile,quod ipſe fecerit ſeruare ſolẽnitates Iuris,quas ipſe ignorat,Ant.Gab.li.ij.cõium cõcluſionũ,in ti.de ſen.concl.v.n.22.

10 ¶Cauſæ cognitio ubicunq; eſt,ibi prætor deſideratur,l.ubicunq;.ff.de reg.iu.& l.oĩa.d.tit.ubi dr̃ quod deſiderantia cauſæ cognitionem, non poſſunt per libellum expediri,& l.ix.§.j.ff.de off.procon.& cauſę cognitio quæ debet interuenire in alienatione bonorũ immobilium minoris eſt illa, quod Iudex uideat, an ex illa cauſa expediat rem minoris alienari,non illa,an expediat illud prædium magis quam illud alienari,Feder.de Sen.conſ.249.verſ.præterea,Abbas in c.nulli, num.6.& Bero.nu.54 de reb.eccl.non alien. Roffred.de Bene. in d.tracta. de libellis ordinis Iudiciarij,part. vij.Rub. de ſenat. conſult. Clementia. ſub nu.4.dicit quod cauſæ cognitio, eſt id quod continetur in toto tit.ff. de reb.eorum,Bar.in l.j.nu.4.C.quorum bonorum,dicit,quod cauſę cognitio eſt Iudicis informatio,& eſt tex.in l.cum hi. §.uult igitur ratio, ff.de tranſa.ubi dicitur,quod prętor in primis inquirere debet de cauſa,deinde de modo, tertio de perſonis.de cauſa requiritur, ſi cauſa ſit tranſigendi, ſine cauſa.n. neminem prætor audire debet.ubi Paul. de Caſt.nu.3.dicit,quòd qui petit decretum interponi, debet allegare & ſpecificare cauſam,& etiam probare,aliàs non auditur, & Alber.nu.2. & 3. ait in oĩ actu cauſam requiri, nam geſtum ſine cauſa extirpandũ eſt;etſi contrariũ reperiatur,ſpeciale eſt,& cauſę cognitio dictus quid

 ordo

ordo præambulus requisitus ante sñiæ prolationem, Mathesil. de Mathesil. in l. prolatam. ff. de sent. & interloq. om. iud. Causa cognita dicetur, quod fit præsente aduersario, uel per contumaciam absente, l. in causæ. §. causa antẽ cognita, ff. de mino. & sic loquitur in Iudicialibus, & in istis terminis loquitur Bar. in l. prolatã, nu. 7. ff. de sent. & interloq. omn. iud. Rui. cons. xij. nu. 20. lib. iij. ubi loquitur in principe concedẽte gratiam parte citata, & dicitur ẽt illud, quod fit ad informationẽ Iudicis etiam parte non citata, Bar. in l. j. C. quorum bonorum, nu. 4. & seq. Bero. in ca. j. de resti. spol. nu. 40. ponit triplicem causæ cognitionem in Iudicijs possessorijs, aliam simplicem, quæ fit parte non citata, aliã summariam, quę requirit partis citationem, & alia plenior quę pariter requirit partis citationem, & admittit oẽs exceptiones. exempla in quolibet capite, ibi uide, & in alijs rebus Iudicialibus, quid operetur causæ cognitio, uide Iac. Menoch. de arb. Iud. lib. j. q. xix. per totum. Sed in casu nostro versatur causæ cognitio in requirendo an minor habeat æs alienum, & urgeat, iuxta cons. Fed. de Sen. 249. & alias, ut dictum est supra hac glo. nu. iiij. & seq. & non sufficit, quòd Notarius dicat creditorẽ instetisse & petijsse sibi solui, & æs alienum esse, quia ista sunt uerba Notarij, qui hæc à tutore audiuit, Paris. cons. cxviij. nu. v. li. j. Rol. consil. vij. nu. 70. lib. iij. & cons. xcix. nu. 8. & sequen. li. j. Borgnin. Caualcan. de tutore, num. 129. ubi dat formam alienandi per subhastationem bona minoris.

11 ¶ De causa enim constare debet antequam interponat decretum Iudicis, l. lex quæ tutores. §. percipimus. C. de admi. tu. ubi postquam prohibuit tutoribus & curatoribus alienationem bonorum minoris, nisi hanc fore necessitatem, rusticum prædium uendere probatum fuerit, & per inquisitionem Iudicis & probationem causæ, & interpositionẽ decreti, ut fraudi locus non sit. ubi Bal. notat præcedere debere causæ cognitionem decretum, & Mathesil. in d. l. prolatã. nu. 2. dicit quod est ordo qui præcedit sñiam. C. de senten. & interl. omn. iud. Ale. cõs. clxiij. in fi. uol. v. dicit quod debet præcedere causæ cognitio, Ferrat. caut. vlt. nu. 2. Rebuff. super concord. de conclusione Lateran. Concilij in glo. decretis, uers. iiij. infertur, car. 403. & propterea debet fieri scriptura separata de causæ cognitione, & decreto, Pau. de Ca. cons. 38. lib. j. Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretũ. nu. 71. ff. de offic. procons. Petrus Duen. in tract. reg. 186. ampliat. vj. nu. 6. Feli. in c. Ecclesiæ Sãctæ Mariæ, nu. 15. de constit. Ias. in l. sciendum. nu. 13. ff. de uerb. oblig. quod de causæ cognitione debet fieri instrumentum separatum.

12 ¶ Et ob id si decretum interponitur non precedente causę cognitione, uel de causa breuiter cognitum fuit, uel omnia momento temporis facta sunt, & sic præcipitãter, non dicitur cum causæ cognitione factum, ut dictũ ẽ supra hac gl. nu. 7. & late prosequitur Petrus Duennas reg. clxxxvj. ampliatione j. nu. j. Catel. Cotta in uerb. decretũ continẽs dicit,

dicit non ualere, & allegat Ancha. cons. lxxxiij. & quamplures alios, & Rebuff. super concord. in tit. de Concil. Lateran. in glo. decretis, uers. v. infertur. dicit, quod si minor in criminali facit actum cum curatore eo instãte quod actus non ualebit, tanquam sine causæ cognitione factus, & uers. vj. infertur, dicit de arbitro, qui tulit sententiam immediatè post factum compromissum.

13 ¶ Prout non ualet decretum quando pars plene non edocuit Iudicẽ de negotio, Bald. in Rub. C. qui admitti, num. 4. Alciat. de præsumptio. reg. iij. pręsumpt. x. nu. 9. Tiraq. super leg. connub. glo. viij. num. 180. Pet. Duen. in tract. reg. regula 189. uers. quarto fallit, ubi allegat Bald. cons. 375. num. 4. uolu. iij.

14 ¶ Et idem dicendum est, quãdo in decreto esset error manifestus, seu uitium uisibile, & sic per euidentiam apparet de contrario eius, quod asseritur, tunc decretum est nullum, Hip. sing. 438. in fi. Pet. Duen. dicta reg. 189. uers. quinto fallit, & uers. viij. & Rebuff. in d. glo. decretis, uers. quinto, quando per errorem, car. 404. & tunc iudex ex suo officio potest annullare decretum, Rebuff. ibi, uers. 7.

15 ¶ Insuper annullatur decretum interpositum in die feriato, in honorem Dei, l. fi. C. de ferijs. Rebuff. in d. glo. decretis, uers. quarto annullatur, car. 404. Pet. Duen. in d. reg. 188. nu. 4. Rolan. à Vall. cõs. 7. nu. 23. li. 3.

16 ¶ Præterea idem dicendum, quando interuenit dolus partis, l. & si pręses. C. de pręd. min. Rebuff. in d. gl. decretis, uers. vj. quando interuenit, car. 404. quem transcribit tacito auctore Pe. Duen. reg. 188. uer. vj. qñ.

17 ¶ Et simili modo quando interponitur decretum sub conditione nõ ualet, non impleta conditione. §. curare, Insti. de actio. ubi Ias. Ro. cons. 501. num. 6. Bar. in l. biduum. ff. quando appellandum sit, Feli. in c. cum contingat. col. iiij. uers. in ea. gloss. de offic. deleg. & ita asserit seruari in Gallijs Rebuff. super concord. in concl. Concilij Lateranen. in glo. decretis, uers. nono purè interponen. est, car. 440. & non debet alternatiuè interponi, licet si interponatur ualet, Ioan. de Plat. in l. fi. C. de pręd. decur. lib. 10. col. pen. uers. item not. decretum Bal. tamen in l. j. nu. 47. C. qui admitti, distinguit in contractu iusto, uel iniusto, Imol. in c. cum uos, de his quę fiunt à prelat. nu. 8. & 9. alias est nullum.

18 ¶ Pręterea decretum debet interponi Iudice sedente pro tribunali, Specul. in tit. de ferijs. §. sequitur, uers. fina. Rolan. cons. vii. num. 22. lib. iij. & in quibus casibus annulletur decretum, ponit Pet. Duen. reg. 188. per totum, Rebuff. super concord. in conclus. Later. Concil. in glo. decretis, car. 402. uers. ij. annullat decretum.

¶ Est etiam nulla uenditio, & alienatio, quotiens facta est alio modo quàm à prætore decretum sit, ut l. vij. §. si pretor. ff. de reb. mino. & ex falsa causa narrata in instrumento, d. l. magis puto. §. si æs alienum, Alexand. consil. cxlvij. in princ. lib. vij. & cons. ccvij. num. 7. eod. lib. Alciat. reg. iij. pręsump. x. in fine, Afflict. decis. ccxviij.

¶ Decretum non poteſt dici nullum poſt x. annos. Bald. in l. poſt mortem. num. 1. ff. de adop.

19 ¶ Supradiximus nume. 8. non eſſe pro decreto interpoſito ſine cauſæ cognitione præſumendum, nunc tamẽ libet aliqua conſiderare, ex quibus cognoſci poſsit, an pro iuſtitia decreti pręſumendum ſit necne, & regulæ plures firmandæ ſunt in decreto appoſito in iudicialibus, in quibus pone regulam, quod pro ueritate & ęquitate, ſeu iuſtitia decreti præſumitur. c. in præſentia, de renunciat. ibi, & tanta ſit iudicialis auctoritas, vt ſemper pro ipſo præſumi debeat, donec contra ipſum aliquid legitimè comprobetur. & l. hi qui ad ciuilia. C. de appellat. & in iſtis terminis loquitur Bald. in l. iuriſgentium. §. quod fere, num. 2. ff. de pactis, uerſ. ſed quantum ad ueritatem & æquitatem.

20 ¶ Secunda Regula quod pro iuſtitia decreti ſuperioris ad utilitatem Eccleſiæ ſeu alterius ſemper præſumitur, Bald. in c. j. in princ. col. ij. qui feudum dare poſs. Iaſ. conſ. cxix. nume. 1. uerſ. primum fundamentum, lib. j.

21 ¶ Tertia Regula eſt, quòd ubicunque in aliquo actu Iudicis decretũ interpoſitum reperitur, pręſumitur quod omnia ritè & rectè proceſſerint, Specul. in tit. de empt. & uend. §. nunc uedendum reſtat, col. ij. in fin. uerſ. & breuiter ſcias, quod ubi decretum Iudicis interpoſitum reperitur, præſumuntur omnes ſolennitates fuiſſe adhibitas, in tantum quod ſtatur venditioni, niſi contrarium probetur, ut ff. de reb. eorum, l. & ſi pręſes decreuerit alienandum prædium pupilli, tamen pupillo remanet actio probandi præſidem ex falſis allegationibus circumuentum. & ſic ille textus probat quod præſumitur pro decreto donec nõ probetur contrarium, & in l. ſiquidem. C. eo. tit. §. j. dicitur, ſi uerò iure interpoſito decreto venditio uili pretio eius poſſeſsionis cuius uires ignorabat facta in integrum reſtitutio conceditur minori. & ſic probat iſte textus quod pro decreto præſumitur ante probationem læſionis, qua probata non annullatur decretum, prout fit quando ex falſis allegationibus interponitur, ſed datur reſtitutio in integrum. Speculatorem ſequuntur omnes vt Alexan. conſ. lxxx. num. 5. & ſequen. lib. j. Iaſ. conſil. cxix. num. j. uerſ. confirma, lib. j. Pet. Duen. in reg. clxxxix. & Ant. Gab. in lib. ij. communium concluſionum, in tit. de ſent. concluſ. v. num. 12. qui allegant concordantes quas tranſcribere non intendo, & de præſumpt. concluſ. j. num. 62. lib. j. & ideo intellige communem concluſionem quod præſumatur pro decreto quouſque contrarium non probetur.

22 ¶ Pręterea infertur quòd pręſumitur in decreto cauſę cognitionem interueniſſe, quando enunciatur in decreto illã adhibitam fuiſſe per uerba expreſſa, utputa cauſa cognita ſuum decretum interpoſuit licèt non exprimat particularia, Paul. de Caſtr. in l. cum ij. §. ſi prætor. num. 2. ff. de tranſact. Alex. conſ. lxxx. num. 6. lib. v. ubi etiam dicit idem

eſſe quando Iudex interponit decretum cum clauſula, omni meliori modo, quę eſt clauſula ęquipollens, & idem Alexan. quęſt. cxxv. num. 5. lib. j. ubi aſſerit ita ſemper conſueuiſſe tenere legendo in l. ſciendum. ff. de verb. obli. num. 26. ubi additio aſſerit opinionem Speculatoris eſſe communem, Rui. conſil. xxxv. num. 38. volu. j. Deci. in c. quoniam contra, num. 42. de probat. Rol. conſ. xcix. num. 25. lib. j. ſed contra Alexan. quęſt. lxxx. tu intellige, quando non requiritur plena cauſæ cognitio in decreto, ut declarat Alciat. reg. iij. præſumpt. x. nume. 5. Due. reg. clxxxvj. num. 2. Sed ubi ſtatutum requirit decretum ſolemne, ut in ſtatuto Ro. ſecus dicendum puto, uide ſupra num. 7.

23 ¶ Quæ tamen concluſio quod præſumatur pro decreto, ubi in eo dictum eſt adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem, procedere declaratur quando ſolemnitates neceſſariæ ſunt enunciatæ in decreto, aliàs non. Bald. in l. ex his. col. ij. uerſ. opponitur. C. de teſta. mili. Vbi dicit quòd uerbis enunciatiuis inſtrumenti creditur cum decreto Iudicis, Deci. in c. quoniam contra, de probat. nu. 42. ver. & iſtud. Rui. cõſ. lxiij. nu. 17. li. j. Rol. à Vall. conſ. vij. nu. 72. li. iij. Aymo de antiq. tẽp. part. ij. nu. 8. & 9.

24 ¶ Declaratur ſecundo, quod pro decreto pręſumatur circa illas ſolemnitates quę potuerit tempore actus interuenire. Corn. conſ. xcviij. num. 7. lib. j. Ideo ſi omnia breui tempore facta ſunt pręſumuntur pręcipitanter facta, & hoc caſu non pręſumerem pro decreto, Rol. dicto conſ. xcix. num. 26. lib. j. & dixi ſupra num. 7. & 8. Socin. conſil. xxix. col. viij. uolu. j. pręſumitur etiam propter decretum, quòd conſanguinei qui pręſtiterunt conſenſum minori fuerint conſanguinei proximiores, & habiliores, Alexan. in addit. ad Bar. in l. ſi teſtium. ff. de aqua plu. arcen. Corn. conſ. ccxlj. num. 7. lib. ij. & conſ. cccxvj. col. v. in iij. dubio, lib. j. Aymo conſil. 80. num. 14. Achil. de decreto, deciſ. iiij.

25 ¶ Tertio declara, quod pro decreto debet pręſumi, quando ritè & rectè interpoſitum fuit, aliàs ſecus, l. lex quę tutores. C. de admini. tutor. Rol. conſ. xcix. num. 22. lib. j. & quando non dicatur ritè & rectè interpoſitum, uide ſupra num. 12. & ſeq.

26 ¶ Quarto declara quod pręſumatur pro decreto Iudicis ordinarij generalis, ſecus in Iudice delegato, ad certum actum ſpecialiter deputato, Ant. Gab. in lib. ij. com. concl. in tit. de ſent. concl. v. nu. 44. Alciat. de pręſump. reg. iii. pręſump. ix. nu. 27. & in dicta pręſump. ix. per totũ ponit quando pro Iudice pręſumendum non eſt. & poteſt eſſe ratio, quia decretum non poteſt ſubdelegari, Io. de Plat. in l. fi. C. de pręd. decur. col. pen. uerſ. iiii. not. Alciat. de pręſumpt. reg. 3. pręſumpt. x. num. 4.

27 ¶ Quinto præſumitur pro decreto Iudicis maioris magiſtratus, & ſpectatę doctrinę & prudentię, ſecus pro decreto Iudicis minoris pedanei & municipalis, ſeu idiotę, ut ſupra num. 8.

28 ¶ Sexto non præſumitur pro ſolemnitatibus, quibus nec Iudex, nec pars potuit renunciare, ẽt quod Iudicis decretum interuenerit Aym.

de antiq.temp.par.ij.num.8.& seq.prout sunt iste prouenientes ex ista constitutione, quibus minor, nec Iudex possunt renunciare, & dicit Bal.in l.quæcunq;.num.3. C. de bon. quæ lib. quod ubi non est seruata forma, ibi non præsumitur utilitas, & decretum præsumitur ambitiosum, & contra consuetudinem uel statutum, tunc præsumitur obreptitium, ideo dicit quod illud, quod fecit antecessor, successor debet rescindere, quia decreta particularia & perlusoria, & non rectè interposita debent reuocari.

¶ Septimo limita, non præsumi pro solemnitate, in conditione posita, quia tunc presumptio resultans ex diuturnitate temporis, non sufficeret, Rui.cons.lxviij.nu.18.& seq.uol.j.& loquitur in delegatione.

29 ¶ Supra diximus quare decretum in contractu minoris interponendum est, nunc uideamus quomodo interponatur, & sic de eius forma & essentia. & dicas quod factis probationibus necessitatum minoris, illisq; discussis prætor, uel præses, decernere debet, minoris uel mulieris prædium rusticum uel suburbanū alienan. uel obligan. esse pro soluēdo ære alieno, uel pro alia necessitate urgēti minoris, ut est text. in l.& si præses.C.de pręd.min. simile uidemus in Decurione, siue Curiali, qui non potest uendere aliquam rem sine licentia, uel consensu Decurionum, & decreto Iudicis, ut in l.fi.C.de pręd.Curialium, lib.x. & qualiter esse debeat consensus Curialium, ponit Rolan.cons.xc.nu.20. lib.j.Speculator pater praxis in tit.de emptio. & uendi. §.nunc dicendum.col.5. uers.si igitur tutor, ubi ponit formam instrumenti uenditionis, & in fine instrumenti ponit decreti Iudicis formam uidelicet. Cæterum ad prædictorum omnium robur, dictus Iudex prędictę uenditioni, solutioni, & omnibus, & singulis suprascriptis suam & talis Curię auctoritatem interposuit, & decretum, allegat l. lex quę tutores, C.de admi.tuto.ubi §.j. dicitur soliciti per inquisitionem Iudicis, & probationem causę, & interpositionem decreti, ut fraudi locus non sit. per quem textum non monstratur forma decreti, sed iudicis officium, & in d.l.fi.C.de pred. Cur.lib.x.in fi.dicuntur hęc uerba, nec ex tabella decretum recitari, sed Curialium, uel maioris Curię relatione currente, sine ulla malignitate referentium, uel damno contrahētium ad confirmandam emptionem competentis Iudicis proferri sententiam in quo textu uidetur fundari dictum Speculatoris, licèt illū non alleget, & communis practica decreti Iudicis super contractu minoris interponendi, quia in textu ibi primò perquisitio decurionum, secundò consensus maioris partis decurionum, tertiò confirmatio Iudicis tanquam sigillum, contractus probatur. Hinc sumpta occasione Bartolus, oculatissimus interpres, in fine notat quòd ad confirmandam uenditionem debet Iudicis sententia proferri, & in decreto poni debent hæc uerba, Dictus Iudex dictam uenditionem confirmauit, & suam auctoritatem interposuit. & dicit quod confirmare est

est decretum interponere, ubi Ioan. de Pla. in fi. dicit, quod communis practica est, quod Iudex dicat, cui contractui suam & talis communis auctoritatem interposuit, & decretum. de ista confirmatione contractuum dixit idem Ioan.de Plat.in l.si quos, de decur.lib.x.colum.ij. uers.noto, ergo. Bald. in l.j. C. qui admitti, nu.48.dicit quod Notarius scribat, hoc decretum sub ista forma uidelicet, quod omnibus & singulis sic peractis, suā auctoritatem & decretum interposuit, Imol. in ca.cum uos, de his quę fiunt à prelatis sine consen.capit.num.6.uersic. in contrarium, Fab.de Monte in tract.de empt.& uend. in quinta quęstione principali, num.106.qui ponit præmissa.

30 ¶ Dubium maximum mihi facit, an debeat huiusmodi decretum interponi ante contractum uenditionis, uel in principio, medio, uel in fine contractus, per ea quę dicuntur in l.& si pręses.C.de pręd.min.ubi dicitur quod pręses debet decernere prędium alienan. esse, ut supra proximè dixi in princ.& sic antequàm contractus fiat, & ad hunc sensum faciunt lex j. & fi.C.de pręd.Cur.& l.lex quę tutores. C.de admini. tutor. quæ dicunt de inquisitione Iudicis, probatione causarum, & decreti interpositione, & sic uidentur debere præcedere contractum per modum licentiæ, ut supra diximus in gloss.iij. num.20. & notant Doctores in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hæred. & credo quod de iure ff.& C.ita fieri debet, & de natura decreti est, ut præcedat, Barb.in cap.cum consuetudinis.num.85. de consuetud. Ex interpretatione seu suppletione Doctorum seruatur contrarium, quia omnes concordant, quod sit interponen. in ipso actu:& hoc, quia Doctores applicant interpositionem decreti requisiti pro forma uigore Constitutionis, uel statuti, in contractibus minorum relicta dispōne iuris communis, & isto casu non potest ante, sed in ipso contractu interponi, in prin.medio, uel fine, dummodo ad omnia in contractu apposita referatur, secundum Bald.in d.l.j.C.qui admitti. num.48.& seq. & in l.quęcunque.num.2.C.de bonis quæ libe. quem sequitur Imol. in cap.cum uos.num.6.vers.in contrarium facit, quia uidetur.de his quæ fiunt à prælatis. ubi dicit quod decretum sumitur aliquando pro causa fiendi, & tunc debet præcedere actum, & ita intelligantur l. etsi præses, & aliæ supra allegatæ, quia decretum, ut fiat alienatio debet pręcedere, & interdum sumitur pro causa essendi, & tunc decretum debet inesse, & in ipso actu interponi, sicut materia & forma in productione actus interueniunt, & ita intelligatur doctr. Bal. in l.j. C.qui admitti, & aliorum.& ubi decretum propter statutū pro forma requiritur.quandoque sumitur pro causa approbandi, seu confirmandi, & tunc potest interuenire etiam ex interuallo, quando hoc requirit fauor illius in cuius fauorem requiritur decretum, sisic intelligitur c.cura, de iure patron.& alia iura ibi per eum allegata, & hoc præsertim si suadet utilitas Ecclesiæ, Bal.& Barb.in d. c. cum co nsuetudinis

nis.primus,nume.5.& alter num. 58.de conſuet. & eſt cauſa quiaſicut poteſt ex poſt facto actus utilis de nouo fieri,ita poteſt cõfirmari, Bal. in d.l. quicunque,num.3. ad fi.C.de bo.quæ lib.Et Imo. in d. c. cũ uos, nume.6.uſque ad fi.num.1. de his quæ fiunt à præl. Alber.in l. actus, C. de ferijs,dicit quod de iure ſtricto debet proceſſum præcedere, & decretum ſequi, ſed de conſuetudine non ſeruatur, quem ſequitur ibi Paul.de Caſt.Iaſon in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,ff. de acquir. hæred. num.4.ubi tranſit cum Bal.in l.j.C.qui admi.Ioan. Campegius in trac. de dote,col.3. uerſ.ſic aut tale decretum dicit quod debet interponi, in fi.Put.deciſ.ccclvij.lib.j. ſequitur opinionem Bald. & Iaſ. ſupra numero 7.

31 ¶ Sed nunquid poſsit interponi ſub iſta forma,ſi de iure proceſsit interponimus decretum, quia tunc non uidetur interpoſitum decretũ ſi de iure non proceſsit,Bal.in d.l.j.C.qui admitti,num.49. Bart.in l.cũ propter,ff.de leg.pręſt.num.2.ponit iſtam quæſtionem,uidelicet, prædictæ alienationi meam authoritatem,& decretũ interpono ſi & quatenus de iure proceſsit.declarat intelligi debere alias quàm per decretum,uel edictum decreti,& Iudex intendit ſupplere defectum decreti in d.c.cum uos, num.9.& 10. declarat dictum Bal. quod illa uerba,ſi actus ualet intelliguntur ſubſiſtente decreto, & ſic uidetur eſſe intentio quod ſi actus non ualeret etiam ſubſiſtente decreto quod tunc nõ intendit interponere decretum,Fab.in tract.de emp.& uend. q. quinta præſenti,num.103.

32 ¶ Præterea ponitur alia forma decreti, uidelicet interpono decretũ quantum de iure teneor, & non aliter,Bar.in l.& ſi conditionalis,ff.de auth.tut.dicit decretum interpoſitum ſub conditione non ualere.poſtea arguit in contrarium, & dicit quòd conditio eſt de præſenti quæ non ſuſpendit,& propterea nihil determinat;Bal.in l.potuit, q6.8.nume.17.C.de iur. delib. dicit quod ualet tale decretum, quia conditio non eſt extincta,ſed intrinſica,& neceſſaria, quę non habetur pro conditione,Imo.in d c.cum uos,num.7. tenet ualere decretum, ſi utilitas minoris hoc ſuadet,quia tunc decretum interponere tenetur, ſecus ſi hoc non ſuadet utilitas,Alex.in addit.ad Bar.in d.l.& ſi conditionalis, ff.de auth.tuto.late comprobat dictum Bal. & Imo.& ſic uidetur communis opinio Fabian.de Monte in tract.de emption.& uenditio. quæſtio. quinta,num.103.

33 ¶ Et an etiam pro forma requiratur quod iudex dicat,cum cauſę cognitione decretum,& authoritatem interpono, Paul. de Caſt. conſil. xxxviij.lib.ij.dicit quòd cauſæ alienationis debent coram iudice allegari, & probari,& quod uerbis iudicis nõ creditur, atteſtantis de cauſæ cognitione,& quod propterea debuit fieri ſcriptura de perſe de inueſtigatione,& perquiſitione ueritatis cauſarum continentis petitionem minoris cum allegatione cauſarum iuxta notata per Specul.in ti

tu.

tu.de procur.§.j.uerſi.ſed quid ſi ſolum per libellum.Item debet apparere de commisſione iudicis facta alicui cum iuramento, qui de prædictis informet,l.magis pnto,§.in primis.& debet etiam conſtare de relatione,ut in d.l.§.ne tamẽ.& hęc cõcludit ipſe de iure ſcripto,de conſuetudine nihil atteſtatur,quem ſequitur Iaſ.in l.nec quicquam,§. ubi decretum,num.70.& 71.ff.de off. proconſ.& leg. Vbi dicit quod ſi iudex tẽpore quo interponit decretum aſſerit in hoc adhibuiſſe cauſæ cognitionem,quòd iſta uerba non probant cauſæ cognitionem interueniſſe per regulam &c.quod quotiens quis non poteſt aliquem actum facere libere, non ſtatur aſſertioni ſuæ,l.& ſi forte, ubi Bar.ff.de caſt. pec.& conſuluit prout facit Paul.de Caſtr.in d.conſ. xxxviij.quod fiãt duo inſtrumẽta ſeparata, & diuerſo tpe in vno atteſtãdo de cauſæ cognitione,quã Iudex primo adhibuit, poſtea atteſtando quod iudex interpoſuit decretum cum cauſæ cognitione,& num.79.& 80.reſpondet ad glo.in l.j.C. de fid. inſtrum. lib.x.& reſidet cum Paulo de Caſt. & ita tenet Put.deciſ.ccclvij.Circa medium,lib.j.de quibus dixi ſupra num.7. ſed tamen quando in inſtrumento enunciantur omnia facientia ad cauſæ cognitionem,tentari poſſet quod interponeretur decretum ſub hac forma, quod iudex cauſa cognita ſuum decretum interpoſuit,& tunc eſſet forſan ualidum, quia ſupra concluſimus ex communi opinione,num.23.præſumi pro decreto,quando in inſtrumento ſunt enunciatę ſolemnitates & cauſæ,& tunc contractus minus peccaret,quàm ſi nihil in eo exprimeretur.ego conſulo,ut fiant perquiſitiones,ut in conſi.Pau.de Caſt.& ut dixi ſupra nu.7. quia hæc eſt tuta uia maxime pro gerendis coram minori Magiſtratu. Et uidi circa decretum interpoſitum in cõtractu minoris,uel mulieris, in Vrbe infraſcriptam formam poni.Qui dominus iudex ſedens,&c.intellectis & conſideratis præmiſsis ad poſtulationem dictarum partium. & quia N. & N.conſanguinei conſenſerunt, & iurarunt non habere intereſſe, & præmiſſa non tẽdere in damnum,& pręiudicium minorum, vel mulierum attenta reſeruatione iurium dotalium, & hypothecarum ſuper aliis bonis alienantis & tendit in ſolutionẽ debiti urgentis ipſius minoris ſoluere debentis N.præſenti,& mulieri facta ſpeciali aſsignatione hypotheca, & promiſsione per N.eius virum. Ideo ſuam & ſui Officij authoritatem Iudiciariam & decretum interponendum duxit, & interpoſuit ſupplendo etiam quoſcunque tam iuris quàm facti defectus ſi qui forſan interuenerint, quantum ſua authoritate ſulere potuit omni meliori modo quo melius de iure poteſt, & debet fieri. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſsis ſupradictæ partes unũ uel plura,publicum,ſeu publica inſtrumenta à ſupradicto D.Iudice petierunt.Qui Notario publico fieri atque confici inſtrumentum, & inſtrumenta iuſsit atque commiſit. Actum &c. hæc forma placet donec alia melior inueniatur.

¶ Viſa

34 ¶Visa forma decreti, uideamus in quo loco posit interponi, & dic
quod regulariter in loco maiorum,l. pen. in fi.ff.de iust. & iur. & Ang.
Aret.de offi.iud.num.2.ubi quod iudex sedendo eius animus fit prudē
tior,l.j.& ibi not. C. de sententiis experi. recit. præsertim quando ali
quid decernit requirens causæ cognitionem,& potest alicui afferre ali
quod præiudicium,& ideo iudex sedere debet pro tribunali. Spec. in
tit.de feriis,§.sequitur,uers.fratres l.naturali,in fi. ff. de confirma. tut.
ubi Bal.id notat, & dicit si aliter decretum interponatur, quod nullū
est,Rebuff.super concord.de conclus.conc.Lateranensis,in glos. decre
tis,uersi.ij.annullatur.Rol.à Valle consi.vij.nu.22.lib.iij.

35 ¶Potest etiam interponi in domo minoris,uel honestæ mulieris ex iu
sta cā,ubi in primis debet sedere, & locum ubi sedet pro tribunali sibi
deputare,Bal.in l.generaliter,§.in omnibus.C.de reb.credit.ubi notat
quod acta possunt ex causa fieri in domo priuata propter infirmitatē
donatoris coram iudice sedente pro tribunali, & decretum interpo-
nente,quia hoc est uoluntariæ iurisdictionis, & ita obseruatur, & in
Auth.de iudicibus, & ne cum iureiur.deleg.nouella lxxxij. §. sedebunt
autem,& l.si locus,ff.de iudi. Et illud quod dicitur iudicem debere se-
dere in loco maiorum,intelligitur de ordinario. secus in delegato qui
potest locum sibi eligere in tot. territ. delegantis,Ang. Aret. Institut.
de off.iud.in prin.nu.3.nisi ei certus locus statutus sit, Lancellot. Con-
rad.de Prætore,lib.j.cap.ix.§.ij.nu.40.car.194.

36 ¶Quando autem sit interponendum decretum dicas quādo petitur
à minore per libellum cum causarum expresione, & facta de illis di
ligenti inquisitione & receptis probationibus super ueritate causarū
& illis probatis cum aliquo temporis interuallo, & in scriptura separa
ta interponi debet,ut in d.l.magis puto, §.ne pasim, & per totam d.
l.& Paul.de Cast.in d.cons.xxxviij.lib.ij.& Iason in d. l. nec quicquam,
§.ubi decretum,num.70.& dictum est supra,num.7.& num. 33.& ex a-
lijs præmisis apparet.Et non potest à procuratore impetrari tale de
cretum,quia minorum possessorium uenditio cum libello porrecto p̄
sidi,quæ per procuratorem porrigi non potest,l.minorum.C. de præ-
diis,& aliis rebus minorum.ubi glossa,& Bal.id notant.Iason in l. ij.in
fi.ff.de offi.eius,Gomes.super reg.de annali.q.lxv.colum.j. uersi. simile
uidemus.

37 ¶Per quem iudicem debeat decretum interponi uidendum est,& in
Constitutione dicitur,& decreto competentis. Iudicis.primò uiden-
dum est quis sit iudex competas,demum uidebimus qui iudices de iu
re decretum interponere in alienatione rerum minoris posint.Com
petens autem iudex secundum glo.in l.fi.C.de edic.di.Adr.toll.in uer.
competenti, qui habet merū Imperium non delegatum.& alibi dici-
tur ordinarius ut declarat glo.in l.fi.in fi.C.de præd.Cur.lib.x.& ordi-
narius dicitur iudex,in cuius territorio quis habet domicilium, Spec.
in tit.

in tit.de compet. iudice.§. sequitur uidere Rebuff. super Constitutio.
regijs,tom.iij.in tit.de expen.damn.& interesse,artic.v.glos. unica, nū.
3.dicit qd̄ est ille,qui est præpositus à lege,uel à principe; & quinque
concderanda sunt ad cognoscendum,an quis sit iudex competens, uel
incōpetens. Primo Persona, utputa au sit iudex rei,uel causę,& an sit
legatus ab eo qui potuit illum delegare.Secundo Causa, ut si sit dele-
gatus ad unam causam tantum, tunc non potest super alia iudicare.
Tertio Res,utputa si delegatus ī una re nō potest super alia iudicare.
Quarto Tempus,ut pura si erat iudex datus usque ad certum tempus
non potest lapso tempore iudicare.Quinto locus, quia non potest ex-
tra territorium iudicare,ut toto tit.C.si à non compet. iudice. Angel.
Aret.in §.Item si.num.5. Insti.de excep. cuius dicta reassumit Bossius
in sua pract.in tit.de for.comp.in prin.Glo.in clem.2. in uerb. compe-
teuti ut lit.pend.dicit quod iudex competens dicitur ille qui causæ iu
risdictionem habet cum exercitio, dato quod illa posit per exceptio
nem elidi, siue exceptio concernat personam iudicis, siue rescriptum
suæ iurisdictionis, quia ante exceptionem ualet processus, ubi Imol.
nu.5.& Card.nu.15.latè.

38 ¶Sed in alienatione prædij minoris, furiosi, & similium in prouincia
pręses decretum interponere debet,l.si prędia, ff.de reb. eorum. Pręs-
ses enim est nomen generale,eoque proconsules,legati, & omnes re-
gentes prouincias pręsides appellantur,l.j. ff. de offic. pręsidis, & eius
iurisdictio latisima est,& cognoscit de omnibus causis,de quibus, uel
præfectus urbis,uel pręfectus prætorio,& Consules,& prætores,& quæ
cæteri Romæ cognoscunt,l.de omnibus,cum duabus sequen. ff. de off.
pręsid.Franciscus Ottoman. de Magistr.Ro.in uerb. Pręsides prouincia
rum,& in Auth.de pręsidibus,ubi Iac.Cuiac.

39 ¶In urbe uerò super alienationibus rerum minorum prętor Vrba-
nus uir clarisimus decretum interponit, l.j.ff.de reb. eorum.ibi, tunc
prętor Vrbanus adeatur, qui pro sua religione ęstimet quę possunt a-
lienari,& obligari.erat prętor urbanus, qui in urbe iusdicebat, ut in
l.ij.§.post originem,ff.de orig.iur.ibi, factum est,ut prętor quoque crea
retur,qui Vrbanus appellatus est,ꝙ in urbe iusdiceret; deinde crea-
tus fuit, qui Peregrinus appellatus fuit ab eo quod iusdicebat inter
Peregrinos.Capta pręterea Sardinia,Sicilia,Hispania,Narbona, in sin
gulis prouinciis prætores misi sunt, partim qui urbanis rebus, ar-
tim qui prouincialibus pręessent,& Cornelius Silla adiecit quatuor p̄
tores qui cognoscerent de falso, de parricidiis, de sicariis, & de iniu
riis.Caius Iulius Cęsar duos pretores adiecit qui frumento pręessent,
& uocati sunt prętores Cereales. Deinde Diuus Augustus sexdecim
pretotes constituit,& Diuus Claudius duos prętores adiecit,qui de fi
deicommisso ius dicerent,ita quod decem,& octo prętores in Ciuita
te iusdicerent,& hæc omnia dicuntur in d.l.ij. Franc. Conna. in Com-
ment.

ment.Iuris Ciuilis, lib.iiij.c.x.nu.6. dicit quod prętor olim uocabatur
omnis Magiſtratus,quaſi qui pręicet iure & exercitu, & prætor Vrba-
nus eſt maior, alij tunc minoris,eo de prętore Vrbano, & eius iuriſ-
dictione, & officio, & quid importent illa uerba, do, duo, abdi-
co,uide Franciſcum Ottomanum de Magiſt.Romanorum,in uerb.prę
tor Vrbanus ubi plura de prętore Peregrino,de prętoribus prouincia
libus,fideicommiſſ. fiſcali tutelari,& rerum capitaliũ, ſumpta ex di-
geſtis,& alijs bonis authoribus,plura etiam Lancellot.Corrad.de prę-
tore,lib.j.c.ix.in princ.demum nume.5.& 7. car. iij. dicit, prætoribus
noſtri temporis qui ſunt diuerſi authoritate, & poteſtate à ueteribus,
licèt ſint ad eorum ſimilitudinem conſtituti,qui reddunt ius in ciuili-
bus,& criminalibus cauſis,nec non imperium,uel ſaltem mixtũ exer-
cendo:nam Poteſtates terrarum noſtri temporis, prætores appellan
tur,& Poteſtates Ciuitatum ſunt iudices ordinarij, ut dicit idem lan
cellot.ibi nume.8.allegat Speculatorem in titu.de iuriſd.omn.iud.per
totum,ubi ponit gradus iudicum maiorum, & infimorum, & de iſtis
Poteſtatibus habentibus iuriſdictionẽ ex conſuetudine,tractant Bar.
& ſequaces in l.Imperium,ff.de iuriſd.omn.iud. Alciat.in l.j. num.3.ff.
de offic.eius, dicit quod Poteſtates dicti ſunt,quia habent imperium,
quod acquiſiuerunt omnes ciuitates,& loca Italiæ poſt aduentum Fe-
derici Barbaroſſæ: nam poteſtatis uerbo in perſona magiſtratuum
imperium,in perſona liberorum patria poteſtas,in perſona ſerui do-
minium ſignificatur,ut l. poteſtatis uerbo.ff.de uerbor. ſignificat.vbi
Alciat.Hip.Rimin.latè in d.l.j.de offi.eius,num.42.& ſequen. declarat
uerbum poteſtas in magiſtratu,uide etiam aliqua de iſtis Poteſtati-
bus Italiæ per Caſſan.ſuper conſuetud. Burg.Rub.j.§.j.gloſſ.j. num.83.
40 ſed reſpectu interpretationis noſtrę conſtitutionis iſti Poteſtates Ci-
uitatum,terrarum,& locorum prouinciæ habent ex ipſis conſtitutio-
nibus iuriſdictionem: nam in c.xlviij.lib.iiij.ſupra ſic dicitur, Volen-
tes vniuerſitatibus Ciuitatum,terrarum,& locorum Prouinciæ Mar-
chię eligendi in terris eorum Poteſtates,& Rectores ius,& facultatem
conſeruare,& ut per hoc Romanæ Eccleſiæ iuſtitia non lędatur, quæ
licentiam eligendi, & aſſumendi poteſtatem conceſsit, ſtatuit quòd
officium poteſtatis non duret niſi per ſex menſes. Præterea iſti pote-
ſtates ſic electi debent gratis confirmari à Rectore Prouinciæ,& pro-
pterea prohibentur aliquid tradere pro confirmatione officialibus,
uel familiaribus dictorum Rectorum, ut c.iiij. nume.17. lib.ij. quæ eſt
conſtitutio Siſti Papę Quarti,tenentur iurare Poteſtates terrarum,ci-
uitatum,& locorum Prouinciæ in principio officij eorum, quòd fide-
les,& deuoti exiſtent Romanæ Eccleſiæ, & quòd omnes conſtitutio-
nes generales firmiter obſeruabunt,& contra eas non facient,nec fie-
ri conſentient quoquomodo,& quòd omnia ordinamenta, & ſtatuta
approbata per Rectorem, quæ iuſta,& æqua fuerint, obſeruabunt, &
c.xxxviij.

c.xxxviij.num.9.lib.iiij.dictarum conſtitutionum prohibetur poteſta
tibus,iudicibus,& Capitaneis, Ciuitatũ,Cõitatũ,Caſtrorum,Vniuerſi
tatum,uel villæ,ne procedant, ſeu condemnent aliquem ad mortem,
uel membri mutilationem,uel ad aliam pœnam perſonalem occaſio-
ne alicuius maleficij,de quo ciuitas, terra, uel villa non haberet priui
legium ab Eccleſia Romana procedendum,cognoſcendi, & condem-
nandum,nec iuriſdictionem Rom. Eccleſ. aliquo modo uſurpent, uel
uſurpare faciant.& paulo inferius nume.10.prohibet dictas Commu-
nitates eligere poteſtatem, uel officialem, quæ facultatem eligendi
non habeat,& ſi elegerit,de facto electio nulla ſit. Ex quibus conſtitu
tionibus colligitur,quòd Communitates habent ius eligendi poteſta
tem,quas electiones Præſides prouinciæ confirmare ſoliti erant, & in
uim electionum,& confirmationum huiuſmodi, & poteſtates habent
iuriſdictionem conceſſam à Sede Apoſtolica ex particulari priuilegio
dictis Communitatibus ualet,uel merũ,& mixtũ imperium,uel mix-
tum tantum,aut ſimplicem iuriſdictionem tantum, prout quęlibet
ciuitas,caſtrum,uel uilla habet ex priuilegio Apoſtolico. Hodie tamẽ
Poteſtates deputantur à Summo Pontifice per ſuas literas, per bre-
ue,in uim quarum exercent uigore Statutorũ cuiuslibet terræ iuriſdi
ctionem ordinariam in qualibet ciuitate, uel terra prouinciæ, & ius
eligendi eſt ſublatum,licèt multæ Communitates habeãt priuilegia,
quæ tamen priuilegia non ſeruantur.
41 ¶Sed quantum pertinet ad interpretationem decreti ſuper aliena-
tione rerum minoris,ſciemus de conſuetudine inueterata in illis par
tibus,quòd omnes Poteſtates ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & lo-
corum prouinciæ interponunt decreta in omnibus contractibus mi-
norum. Verùm ſcire oportet, quod aliqui Poteſtates ciuitatum &
terrarum maiorum ſunt Iuriſperiti, aliqui locorum inferiorum ſunt
Notarij practici,& alij forſan ignari literarum.quantum ad Poteſta-
tes Iuriſconſultos in locis habentibus merum, & mixtum imperium,
42 uel mixtum tantum,iſte eſt Iudex competens. Quantum ad caſtra,
in quo non adſunt poteſtates Iuriſperiti, & non habent aſſeſſores Iu-
riſperitos,ualde dubito, quòd nõ ſint Iudices competentes, quia hi
Iudices neſciunt cauſa cognita decretum interponere,quia ignorant
leges,& quæ ſunt utilia,uel inutilia minori, uel mulieri, licèt de con-
ſuetudine competentes reputentur.& ideo Ange.in authen. ut differ.
iudices. §.ſi tamen,tenet quod iſti poteſtates & Vicarii Caſtrorum,&
Villarum poſſunt de litibus inter illos de Caſtro uertentibus cogno-
ſcere,& ſententiare,ac decreta interponere ſuper tutelis, curiis,& a-
lienationibus minorum, tamen an hoc ſit uerum cogitandum dixit.
Ideo cũ Angelo ego dubito, quia hæc ſunt meri Imperii, ut dicit Spe
cul.in tit.de iuriſd.om.iud.col.iij.uerſi.ſecundum leges uerò,& magi-
ſtratibus municipalibus non competit niſi modica coertio, l. magi-
ſtrati-

ſtratibus,ff.de iuriſd.om.iud.& dicuntur ea iure magiſtratus compe-
tere,quę competunt eo ipſo quod magiſtratus eſt, etiam quod ſit ma-
giſtratus minimus villæ,vel Caſtri,uel ciuitatis, utputa pſtare autho-
ritatem,manumittere,adoptare,& emancipare volentibus,& exerce-
re iuriſdictionem contentioſam uſque ad 50.aureos olim,hodie uſque
ad 300.aureos,ut in Auth. de defenſor. Ciuitatum,§.& iudicare in cau
ſis omnibus uſq; ad ccc.aureos,pro qua ſumma nō poſſunt trahi apud
præſides Prouinciæ, & ſi cauſæ trahantur prouincialium ad Iudices
Præſidis pro minori ſumma ccc.aureorum,trahens mulctatur in expē
ſis, & notat Specu.in d.tit.de iuriſd.omn.iud. colum.viij. uerſi. porro,
& hæc de iure communi. ſed ſi iſtę Communitates habent priuilegia
à ſede Apoſtolica,ut poteſtates facere poſsint ſimilia decreta,ſeruen-
tur eorum priuilegia:ſin autem conſulo, ut contrahentes cum mino-
re dictorum Caſtrorum,quærant ut decretum à Præſide prouincię in
terponatur,quia tutius,& melius erit.

43 ¶Sed quid ſi in iſtis locis poteſtates ignari iuriſprudentiæ teneāt Aſ
ſeſſores, an dicti Aſſeſſores ſint Iudices competentes, & uidetur quod
ſic,ut in Auth.de Iudicibus,& ne cum iureiur.in prin.nam noſtris ma-
giſtratibus, & aſſeſſores,qui legum placita explicant, merito iudicia
rias partes aſſeſſorum ſuorum ſupplet præſentia,& not. Doct. omnes
in l.pen.C. de iudi.& Bart.in Auth.de iudicibus,in princi. Feli.in c. ſci
ſcitatu, col.vj.uerſi.illiteratus, de reſcrip.Lancellot.Corrad. in tract.
de prætore lib.j.c.ix.num.9.car.4.

44 ¶Quid dicēdum de Auditoribus præſidis Prouinciæ?& videtur quod
poſsint decretum interponere in alienatione prædij minorū, l. quan-
uis, ff.de rebus eorum.ubi quod anteceſſor præſidis decreuit prædia
minoris uenundari, quæ ſi doloſè alienata ſunt, ſucceſſor reuocabit
Anteceſſor eſt iuris Doctor,& magiſter, ſeu prior magiſtratus, l.edi-
ctū,ff.de iudiciis, & declarat, Reuer. Antonius Aug. nunc epiſcopus
Ilerden.alias Sacræ Rotæ meritiſsimus Auditor in præfatione ad no-
uellas Iuliani anteceſſoris, & Franciſcus Ottomanus in Commenta-
riis uerborum Iuris in hac dictione,anteceſſor.Corn. conſi. xcviij.nu.
5.lib. j. dicit quod in prouincia præſes, uel eius locum tenens decretū
interponere debet,ubi dubitat de decreto interpoſito ab auditore
præſidis in alienatione bonorum minoris.Ego uero in prouincia non
dubito qā Iudex deputatus à Gubernatore ad Ciuilia in ſua Curia ge
nerali intelligitur Iudex ordinarius, ut in c. j. ſupra hoc libro quinto,
& in c.ij.ſupra lib.ij.nume.2.& 3. ubi dicit,quod poſsit deputare qua-
tuor Iudices, unum ad ſpiritualia, & iſte pariter eſt Iudex ordinarius
in rebus ſpiritualibus, ut in c.j.ſupra lib.iij.Tertium in cauſis appella-
tionum,& iſte pariter eſt Iudex competens, & ordinarius,ut in c.j.in-
fra,lib.vj. Quartum ad cauſas criminales Cuius officium eſt cognoſce
re cauſas criminales meras,& mixtas,& ī illis cognoſcēdis habeat po

teſtatem,ut ſupra in c.v.nume.3.lib. ij. ubi pariter declarat quanta ſit
poteſtas dictorum quatuor Iudicum, & quilibet ex iſtis Iudicibus eſt
competens in eo,quod habent iuriſdictionem,uidelicet ſpiritualis in
clericos & circa bona clericorum, Ciuilis in omnibus ciuilibus, crimi
nalis in rebus fiſci, & carceratorum pro crimine, appellationis uerò
in cauſis pendent. in cauſa appellationis, unde quilibet eſt compe-
tens in eo in quo eſt deputatus, & in competens in eo in quo non eſt
deputatus. Vnde unus non poſſet in officio alterius ſe ingerere, & ſi
hoc faceret tanquam incompetens nulliter faceret,& ad hoc faciunt
leges omnes, C.ſi à non compet.iudice.

45 ¶Quid de defenſoribus Ciuitatum,de quibus aliquid dictum eſt ſu-
pra,num.41.& defenſores Ciuitatum erant duo uiri idonei cuiuslibet
Ciuitatis per circulum extracti ut in Auth.de defenſoribus Ciuitatū
§.interea igitur,& §.aſſumet ergo.& eligebantur ad biennium,ut in §.
iuſiurandum, & §.præterea, ut ibi, & eligebantur homines bonæ opi-
nionis,& Chriſtiani ſoli, l. viij. C. de defenſo. Ciuit. ut in §. igitur, &
§.aſſumet.ibi. & quorum authoritate cauetur, dicitur in l. defenſo-
res.C.de defen.Ciuit.& in auth. eo.ti. §.ac ſi Ciuitatis. officium defen
ſoris erat cognoſcere de rebus tenuioribus uſque ad quinquaginta ſo
lidos,ut in l.j. C. dicto tit.poſtea hæc facultas fuit aucta uſq; ad trecen
tos ſolidos,ut in auth.d.tit.§.Iudicare.

46 ¶Cognoſcunt etiam de leuioribus criminibus,& competentem caſti
gationem adhibent,& illos qui committunt maiora crimina defenſo
res capere debent,& tranſmittere ad præſidem Prouinciæ,ut in §.au-
dient,in auth.eod.titu.& in l.vj. & vij.& ſequen. C.eo. de iuriſdictione
contra latrones.

47 ¶Debent auxilium præſtare exactoribus publicarum exactionum,
ut in d.auth.§.deinde,& §. ſi quidem prouident, ut menſuræ ſint iuſtæ,
l.iubemus.C.de defenſo.Ciuit.

48 ¶Et in abſentia præſidis prouinciæ in Ciuitate qua præſunt,locum
præſidis obtinent, ut in §.deinde uerſi. imo deniq;.uerbo, per omnia
locum præſidis obtineant,& maximè cum abſunt, & §. nulla facultate
ubi quod non poſſunt Vicarios in eorum locum conſtituere aut pone
re nec præſides alios ſubſtinere poſſunt exceptis dictis defenſoribus
quos præſidum loco in Ciuitatibus ſupplere uoluit Imperator.

49 ¶Corā eis īſinuātur teſtamēta,donationes,& fiunt oīa q̄ ad ius muni
mētorū ptinēt, ut in auth.de defenſ.ciuit.§.& agi apud.ubi gl.in uerb.
& quicquid, aliud intelligit de his q̄ pertinent ad uoluntariā iuriſdi-
ctionē alias;nō ſed quoniā hodie non eligūtur amplius defenſores ſed
ptātes qui deputantur à Papa in terris Eccleſiæ,de quibus dixi ſupra,
nu.40.Appellatur ad præſidē à ſnīa defenſorū,ut in auth.d. tit. de de-
fenſo.ciuit.§.quia uero .& fiunt defenſores gratis, quia Iudices ſine ſuf
fragio creari debent: nam ſi cre ātur cū ſuffragio per eos præſtito Cu

rialibus,uti iudicatum obtineant, ipsi emunt, & qui emit necesse est ut uendat. Ita Imperator in Auth.de præsidibus,seu ut iudices sine quo quo suffragio, §.j.multas optimas rationes adducit,qua re officium iudicatus emi non debeat, ubi etiam Iac.Cuiacius, & ipsis pro iussionibus,siue sententijs in ciuitatibus maioribus quatuor aurei,in minoribus tres dari debent,& ulterius habere archiuium,in quo eorum acta seruari ualeant,ibi §.præterea,nec habent iurisdictionem extra territorium suæ ciuitatis.l.duum uirum.C.de Decurio.

50 ¶Creare possunt tutores pupillis, qui habent in facultatibus bona usq; ad 500.aureos una cum Episcopo ciuitatis, uel alijs publicis personis, idest,magistratu.§.nos aũt.Insti.de Attili.tut.decretum enim in alienationibus bonorum immobilium minoris non interponebant etiam in his,in quibus cognitionem habebãt, quia in prouincijs solis præsidibus reseruata erant,ut dictum est supra num.89. Ideo uidetur quod olim defensoribus talis potestas non competebat,licèt hodie in Potestatibus,qui loco eorum sunt,aliud dicendum esse duximus supra nume. 40. & seq.

51 ¶An Magistratus municipalis sit iudex competens in interpositione decreti super alienatione, & contractibus rerum minorum,dubitari potest.& uidetur dicendum,quòd non sit iudex competens: quia magistratus municipalis,licèt in eo plures sint,tamen unius uicem sustinent.l.magistratus.ff.ad municip.& ea quæ magis sunt Imperij, quàm iurisdictionis magistratus municipalis facere nõ potest, ut in l.ea quę, d.tit.ff.& decretum interponere in alienatione bonorum minoris est imperij,ut supra dictum est, & quia causæ cognitio requiritur, & ibi prætor desideratur.l.ubicunque 105.ff.de reg.iur. & modica coërtio eis competit.l.magistratus.ff.de iurisdic.omn.iud. & ad eius officium pertinet exactionem pecuniarum legatarum.l.fi.§. Imperatores.ff. ad municipal.Alciat. in l.j.ff.de offic.eius,num.3.dicit ꝙ magistratus municipales mittebantur ad municipia non recognoscentia superioritatem ciuitatis,qui Magistratus defensoribus æquiparabantur. sed post Federicum Barbarossam, quęlibet ciuitas in Italia habuit merum, & mixtum imperium: unde Potestates appellantur iusdicentes in eis.l. potestatis uerbo.ff.de uerb. signa. ubi Alciat. & similia de Magistratibus Romanorum,vide Ottomanum in commentarijs uerborum iuris super hoc uerbo Magistratus,& hodie magistratus uocantur Priores, Antiani, Consules,& similibus nominibus,& uacant gubernio ciuitatis,& cognoscunt de certis causis minimis iuxta locorũ cõsuetudinẽ.

52 ¶Decuriones minus possunt decretum interponere,quia non habent iurisdictionem,neq; imperium,imo eorum bona sine decreto iudicis competentis uendi non possunt.l.j.C. de pręd.decur.lib.x. & non possunt esse notarij. l.uniuersos.C.de decurio. Reliqua de decurionibus uide in toto tit.ff.de decurio.qui sint decuriones dicitur in l.j.ff.de decurio.

curio. & in l.ccxxxix.§.decuriones.ff.de uerb.sig.

53 ¶Præterea delegatus non est iudex competens,quia decretum nõ potest subdelegari,Io.de Plat.in l.fi.col.pen.C.de p̃d. decur.Alciat. de p̃sump.reg.iij.p̃sump.x.nu.4. & dixi supra, nu.26.& intellige in delegato à p̃side siue alio iudice ordinario,secus in delegato principis, quando hoc habet in mãdatis expressè in certa,cã uel sit delegatus ad uniuersitatem causarum,quia tunc æquiparatur Ordinario.

54 ¶Nec minus iudices pedanei,qui negocia humiliora disceptant, l.fi. C.de pedan.Iudic. sunt iudices competẽtes pro interpositione decreti,tum quia sunt delegati ut in l.ij.d.tit.tũ & secundo, quia nõ habent imperiũ,& humiliora negotia cognoscũt,& aliquid dictũ ẽ supra,nu.9.

55 ¶Hęc circa iudices prouinciales:in urbe uerò decretũ sup alienatione rerũ minoris interponit Senator,& eius collaterales.Senator enim repræsentat inter Romanos personã Prætoris,qui decretum in alienationibus prædij minoris interponebat,l.j.ff.de reb. eorũ. & uigore statuti Romani iurare tenetur minores pauperes,personas Ecclesiasticas,& impotentes defendere,ut in c.vij.lib.j. Statut. Vrbis, l.j.ff.de offi.præfecti Vrbis,Bar.in l.imperiũ,ff.de iurisd.om.iud. nu.7. ubi alij.

56 ¶Collaterales pariter ipsius D. Senatoris huiusmodi decretum uigore statuti positi lib.j.c. ix. interponunt in alienatione rerum minoris, nam eis datur facultas cognoscendi causas ciuiles ordinarias,& extra ordinarias,pupillis tutores dare, de restitutione in integrũ cognoscere,& de omnibus causis in petitorio, & possessorio iustitiam ministrare,& sic habent iurisdictionem mixti Imperij,quia concedere restitutionem in integrum est mixti Imperij magni, Bar. in l.imperium, nu. 19.& seq.ff.de iurisd. om. iud. & decretum in alienatione bonorũ minoris interponere est mixti Imperij parui, & non cõpetit iure magistratus Bar. in d.l. Imperium, num. 20 quem sequuntur communiter Doctores,ut post alios ibi Hip.Rimin.num.510.& seq.

57 ¶De Auditore Cameræ qui est Auditor S.D.N. Papę pro tempore, & Reuerendissimi D.Camerarij ut in facultatibus Auditorũ uideri potest ibi,Te nostrum,& dilecti filij nostri Camerarij, & causarum Curię huiusmodi generalem Auditorem cum honoribus,oneribus, priuilegiis,iuribus,emolumentis, facultatibus,& decretis prædictis cõstituimus,& deputamus,& ita dicitur in Bulla Iulij.ij.Leonis X. & aliorũ summorũ Pontificum usque ad hæc tempora seriatim cum facultate quòd perse seu suos locũtenentes de omnibus,& singulis criminibus in Romana Curia,& extra p quoscũq; officiales sedis prædictæ quã alios Curiales Romanam Curiã sequentes cuiuscunque status fuerint, nec nõ omnes, & singulas tam Ciuiles quàm criminales, & mixtas, spirituales, Ecclesiasticas, & prophanas, & quascunque alias causas in quibus non intenditur membri mutilatio, aut sanguinis effusio secundum antiquas facultates: sed hodie in facultatibus Pauli

li IIII. Pij etiam IIII. poteſt delinquentes punire citrà mortem & membri mutilationem, & ſic eſt delegatus ad uniuerſitatem cauſarum Ciuilium & criminalium, & illa clauſula omnes & ſingulas cauſas Ciuiles & criminales eccleſiaſticas iuxtà communem intelligentiam non capit cauſas beneficiales, præſertim quia facultates antiquæ dabant proceſſum uſque ad c.ducatos, modernæ ad cc.ducatos, & ſic habet facultatem ſuper re æſtimabili:ſed cauſa beneficialis eſt inæſtimabilis, Caſſad.deciſ.v.de appellat. & hoc expreſſe tenet Aegid. deciſ.ccx.cccv.& dviij.ubi dicit quòd de illo tempore Auditor Ranierę prætēdebat eſſe exequutorem bullę in cęna Domini & conſtitutionum Papalium tanquam Ordinarius cupiens ordinariorum, & Apoſtolicam iuriſdictionem occupare, Rot.deciſ.xlij.de appella.in no. dicit quòd Auditor Camerę non poteſt in appellationibus interpoſitis ad Papam ſe intromittere ſine ſpeciali commiſsione Papæ, alias proceſſus eſt nullus, & Sarn.inc.2.§.Statuto, nu.50.de conſti.ſed forſan tempore Aegidij nō habebat in facultatibus quòd eſſet Auditor Papæ prout hodie habet, & tantam iuriſdictionem citandi per totum orbem prout citat authoritate ordinaria, quæ conſuetudo iuncta cum ampliſsima eius facultate eſt a ttendenda potiuſquàm ſupradictæ deciſiones.

58 ¶ Præterea Aegidius dicta deciſ.ccx.in fi.dicit quòd Auditor Cameræ eſt iudex inter Curtiſanos, & Rota deciſ.v.de offi.ordin.in antiq.dicit quòd Auditor Cameræ non habet poteſtatem niſi in Curteſanos exiſtentes in Curia, niſi Papa ſibi det, & ita ſeruari Rota atteſtatur, & additio ad D.Octauianum collegā in praxi Rom.curiæ lib.ij.c.iiij.nu. 10.Rot.deciſ.xlij.de appellat.in no.dicit quòd Auditor Cameræ non poteſt cognoſcere cauſam appellationis in Campania interpoſitas ſine cōmiſsione Papæ, & ſi cognoſcit proceſſus eſt nullus tāquàm factus à non ſuo iudice, & quod Vicecancellarius ſolet committere cauſas appellationum ad curiam interpoſitarum in Rota, quia Auditor Camerę non eſt Auditor nec officialis Papæ, ſed eſt Auditor Cameræ & Camerarij & quemadmodum Camera & Camerarij hodie non ſe intromittunt in iſtis cauſis, ita nec eius Auditor, Car.in clem.ne Romani, uerſ.eo ipſo, nu.3.de elect.quęrit cum gl.ibi an Auditor Cameræ ſit Auditor Papæ uel Camerarij, dicit ꝙ fuit magna quęſtio tempore ſuo inter Camerariū & Auditorem, & Auditor certabat ut pronunciaretur Auditor Papæ, & quòd illius deciſio pendet ex facto, & ideo ſtandum eſt ſtilo Curiæ in hoc, & quòd eius iuriſdictio non expirat morte Pontificis Mandoſ. ſuper regulis Cancell.reg.j.q.iiij.numero 7.dicit quòd Auditor Cameræ deputatur à Papa non à Camerario, ideo non poteſt dici Auditor Camerarij, ſed illius qui ipſum deputauit, ideſt, Papæ. In facultatibus uerò Auditoris Cameræ quas uidi à Paulo II. & citrà in omnibus dicitur, Te noſtrum,

& Came

Camerarij Auditorem cum facultatibus deptaumus, & ob id dici poteſt quod opinio illorum, qui dicunt illum Auditorem Papæ, uera eſt: quia Papa deputat illum in ſuum Auditorem & alia opinio illorum, qui dicunt illum Auditorem Camerarii, pariter uera eſt, quia deputatur Auditor Camerarii à Papa, ſed non ab ipſo Camerario, qui non deputat' Gubernatorem Vrbis, qui eſt eiuſdem Camerarii locumtenens, nec Clericos Cameræ, qui ſunt Iudices rerum Cameralium, nec illius præſidentes Aduocatos fiſci, & Cameræ, nec fiſcum, nec minus Cameræ Commiſſarium, qui omnes à Papa deputantur, licèt Camerarii, & Cameræ officiales exiſtāt, cuius Cameræ Camerarius caput eſt, & eſt eius iuriſdictio ampliſsima in rebus ſpectantibus ad Cameram. i. ad patrimonium temporale Pontificis de quo aliàs forſan dicemus.

59 ¶ Imo reperi in una bulla Leonis X.ſub data anno MDXIX. ſexto id.Martii, anno ſeptimo ſui Pontificatus, quod cum nonnulli Curioſi moleſtarent Hieronymum Epiſcopum Aſculanum tunc Auditorem Cameræ, & eius Notarios ſuper iuriſdictionibus, & facultatibus, dicto Officio conceſsis per ipſum Leonem, & alios prædeceſſores ſuos quàm ex conſuetudine antea obſeruata quam Leo motu proprio circa obligationes in forma Cameræ, quàm ad imitationem & moderationem aliorum tribunalium, & omnia alia quæ alij Auditores prædeceſſores faciebant, & iam circa penſiones, & recuſationem ſolutionum penſionum aſsignandarum ſuper fructibus beneficiorum & abſolutio. in foro fori, ac cenſuris ordinaria, uel delegata authoritate à quibuſuis Iudicibus etiam in dicta curia inflictis, ac monitoria pro ſolutione huiuſmodi penſionum in Curia, uel in partibus facienda, etiam quòd ſoluere debentes in Curia præſentes non exiſtant, & & extia terras Romanæ Eccleſiæ mediatè uel immediatè ſubiectas exiſtentes, etiam authoritate ordinaria decernere, & ad cenſuras, & pœnas ac brachium ſeculare, & illorum exequutionem procedere ualeant, & uigore iſtius conſtitutionls Leonis X. Auditor Cameræ uſque ad hæc tempora pro ſolutionibus penſionum contra Rectores Eccleſiarum penſiones ſoluere debentes ſemper ita proceſsit, & hoc modo maieſtas, reuerentia, iuriſdictio, & obedientia ſedis apoſtolicæ per totum orbem conſeruata fuit.

60 ¶ Et uigore bullæ Eugenij Papæ IIII. quæ incipit, Diuina, in tit.de priuilegiis, in extrauagantibus communibus. qua inhibetur locorum ordinariis, & aliis quibuſcunq; ne exiſtentes in Curia ſeruitiis Papæ & ſedis apoſtolicæ, & tractantes cauſas in ea moleſtent ſub pœnis in eadem contentis, Auditor Cameræ poteſt inhibere ex facultate ei conceſſa à Leone X. in ſupradicta bulla Iudicibus Collegiis uniuerſitatibus, & quibuſcunque perſonis, de qua bulla Eugenij meminit Caſſan. in catal. gloriæ mundi, par. 6. conſiderat. 30. Eſt etiam

 textus

textus de curialibus,in l.fina. C.ubi causæ fiscales, uel diuinæ domus, glos.super regul.Cancell.reg. vj. licèt solitum sit dubitari an lis mota super molestijs illatis curiali, in partibus uigore Eugenianę, inducat litem super titulo beneficijs? & uidi responsum, non induci litem super titulo beneficij,sed super illis molestijs,& quatenus illę illatæ sint, & propterea dici solet, Auditorem Cameræ non habere iurisdictionẽ in beneficialibus,auctoritate ordinaria, quia ipse procedit usque ad certam summam taxatam,& sic super re ęstimabili,& beneficialis causa non recipit æstimationem. Cassad.decis.v.de appellat.& declaratur à stilo Signaturæ, quæ non solet committere causas beneficiales Auditori Cameræ,& quando committit dicitur in commissione, ne de iurisdictione dubitari contingat,quæ demonstrat,quod dubia sit eius iurisdictio in beneficialibus, Staphil. in tracta.de liter.gratiæ & iustitiæ, fol.140.dicit,quòd nullus in curia habet iurisdictionẽ nisi Papa, & an Auditor Cameræ habeat ordinariam iurisdictionem, consistit plus in facto,quam in iure, quia non habet certam administrationem respectu territorij,quod requiritur ad hoc, ut quis dicatur habere ordinariam iurisdictionem, c.cum contingat,de foro competen. ibi,quod ad te,utpotè ordinarium,de talibus debent conquerentes habere recursum, maximè super his impetuntur, quæ in tua noscuntur diæcesi cõmisisse,ubi Doctores communiter tenent Episcopum in tota sua dięcesi habere ordinariam iurisdictionem,nisi fortè, ex indulgentia, uel consuetudine speciali iurisdictionem huiusmodi ualeant sibi uendicare.ubi glosa in uerb. consuetudo.dicit, quod consuetudo dat iurisdictionem ubi Doctores notant,quæ iurisdictio. detur per consuetudinem,Aegid.num.9.& sequen.Abb.nu.9.& seq. Marian.Socin.pariter num.9.& seq.& cæteri omnes.Sed meo iudicio errat Staphileius, quia tempore suo habebat facultatem decernendi monitoria, non solum per totum statum Ecclesiasticum,sed extra statum Ecclesiasticum, & sic pro certo loco habet orbem. Nam sicut Papa est ordinarius ordinariorum, & cum omnibus concurrit: Ita eius Auditor, qui est Auditor Camerę,habet iurisdictionem,per totum orbem,& sic est iudex ordinarius totius orbis, præsertim quia in dicta bulla dat ei facultatem exequendi literas exequutoriales in Romana Curia, & præsertim à Sacro Rotæ Auditorio decretas, & concedere dilationes, & absolutiones à iuramento, & quamplura alia,quę sunt meri Imperij. Est etiam Iudex ordinarius omnium appellationum in urbe interpositarũ à Gubernatore Vicario, & alijs iudicibus ad Papam,quæ ad ipsum omnes deuoluuntur: sed hæc facultas respectu appellationum sententiarium Vicarij, & Gubernatoris non est in vsu, ut in bulla præfata quæ habet decretum irritans, & clausulã,sublata aliter iudicandi facultate, & decretum quod dictę bullę non possit derogari,nisi per cõmissionem signata manu Papę ista bulla Leonis. semper fuit confir-

mata à summis Pontificibus usque in istam diem. Quare concludimus Auditorem Cameræ esse iudicem ordinarum Vrbis & Orbis, & propterea ipse, & sic loca tenẽtes in omnibus contractibus Curialiũ, Forensium, Incolarum, & Ciuium vrbis tanquam ordinarius poterũt decreta in alienatione bonorum minoris interponere, quia est iudex competens, præsertim in his quæ pertinent ad uoluntariam iurisdictionem.

81 ¶ Quid dicendum de Auditoribus Rotę,qui dicuntur Consiliarij, & Senatores, & sunt Illustres, & præcedunt omnes alios Iudices,ut not Cassan.in Catal.gloriæ mundi,par.vij.considerat.xij.& debent præcedere præsidentes, & Clericos Cameræ, ut dicit ibi Cassan. consid. 13. prope fi. & in assequutione beneficiorum post Cardinales aliis præferuntur,ex quo laborant plus aliis,Roman.consi.ccccxxxvj. Staphil. de lit.grat.& Iust.car.101.in secunda impressione, num. 7.& eliguntur uiri undecunque doctissimi, & indies magis deputantur ueluti aurũ in fornace,dicit Gomes. in prooem. regul.q. ij.num. 10.& sunt Auditores firmi,fortes, & stabiles, nec mouentur flatu alicuius uẽti ad dextram, uel sinistram, & sunt mèdij inter partes, quibus iustitiam ęqua lance ministrant,l.nullus,C. de Iudi. c.j. de re iud.in vj. Vide etiam Rebuff. in proęm.concordatorum,car. 10.uers.qualis debet esse ista Curia suprema. & possunt legem specialem condere,quæ habent uim legis, & stili in eorum tribunali,Gomes.in compendio signaturæ, nume.41. Rebuff. super concordatis in prooemio, car.v. in glo.summas, per totum, ubi ponit priuilegia supremarum curiarum. faciunt etiam decisiones quas Iudices inferiores sequi tenentur,Rebuff.in d.prooemio, car.viij. uersi.xxv.casus.non remittunt causas inferioribus, sed tantum Cardinalibus,Rot. decis.iij. colum.ij. de appellat. in nouis.possunt electiones confirmare, Clem.Auditor,de eleict.Rot.decis.ij.eo.tit.in no. Mandos.super regulis q.vj.nume.6. & si committitur eis quod prouideant, potest prouidere non solum ipse Auditor cui committitur, sed eius subrogatus,Rot.decis.ix.de resc.in antiq.& decis.xij.in not.eo. tit. cle. auditor,de rescrip. potest causam sibi commissam alteri Auditori remittere,licèt à se totalem iurisdictionem non auocet,Rot. decis. xiij. de offi.deleg. in no. & potest illum in totum ad Cancellarinm, uel uice Cancellarium remittere, dicendo coram Notario, remitto causam ad Cancellariam,Rot.decis.xxv.de testib.in ant. & dicta decis. xiij. de off.deleg.in no.& Gomes.in prooem.regul.quæstio.j.nume.xxij.sed hodie non possunt facere sine consilio dd. Coauditorũ ex reformatione Pij Papę IIII.de officio Rotæ.proferunt sententias de consilio Coauditorum suorum,Rota decis.xxij.de sent.& reiud.in ant. recipiunt renunciationem litis in eorum manibus factam, sed non beneficij, Rota decis. xv. de renunciat.in ant. eorum officium non expirat morte Pontificis, de quibus etiam multa scribit Gomes. in prooem. reg. q.ij.

de Auditoribus Rotæ, nu. 11. & 12.& 13.de anno M. D. LXVII. de mense Februarij fuerũt uisi sedere in eorum auditorio xij.ꝙ antea rarò uisum fuit, & hodie eorum disputationes publicè fiunt in Palatio Apostolico in eorum auditorio,ubi prius fiebant in Ecclesia Santi Eustachij, & ibi primus disputauit R. Scipio Lancellotius, eorum Decanus fit semper antiquior Auditor præsens licèt antiquior absens existat,cui non reseruatur locus Decanatus redeundo ad similitudinem Decani Cardinaliũ, & ita uidi semel seruari, eorum officium est processus diligenter uidere, & ex his dubia elicere antequàm causam ponant in Rota ad consilia Dominorum, Rot.decis.iij.de offi.deleg.& decis.iij.de const.in eisdem. & si auditor non dat dubia potest ut suspectus recusari Rot. decis.v.de uerb.sign.in ant.habent iurisdictionẽ ordinariam in cognoscendo,delegatam in sententiando, Rot. decis. xvj. prope fi.de re iud.in no.& habent iurisdictionem habitu,& censentur quasi ordinarij,& commissiones eis directę sunt quædam distributiones,Rot.decis.xiij.nu.1.in no.de off.deleg. & lxj. de appel. etiam in no. ubi quod per commissiones non datur Auditori iurisdictio,Gomes. in compendio ut.signaturę, num.39.& sequen. Feli.in rub.de rescrip.col. ij.Pet.Rebuff.super constitutionibus Regijs in præfat.tract.de rescript.num.117.car.24.tom.ij.& Aegid.decis.dclix.dicit ꝙ auditores habent totam Rom.Curiam pro territorio, & idem in c.duobus, nu.2.& 3.de re iud.dicit post Speculatorem per eum relatum ꝙ prius Auditores erant ordinarii in cognoscendo, sed absque commissione speciali Papæ nullam poterant causam diffinire, & ideo in diffiniendo erãt delegati,sed quod tempore suo Auditores in cognoscendo, & diffiniẽdo sunt delegati,quia nihil possunt sine speciali cõmissione,facit quod dicit Gomes.in comp.signaturę,nu 40.& 41.Cassad.decis.v. de rescrip. num.3.dicit ꝙ auditor Rotæ est honorabilior Commiss. ex eo quia in procedendo est ordinarius,& habet propter innocentiam ampliorẽ iurisdictionem quam delegati,& hoc metiri,debemus à maiori potẽtia,& glo.in c.super,§.porrò,de offi.deleg.in uerb. auditor, dicit quod Auditor potius uidetur habere notionem, quam iurisdictionem,ubi etiam Doctores. Nicol.Bellon.lib.j.supputat.iur.c.j.nu. 2.Innocen. uerò viij.in quadam sua perpetua constitutione dedit eisdem auditoribus certas facultates.

62 ¶Primo, quod quando præsentantur Auditoribus duæ commissiones super una causa,ille debet causam cognoscere,qui puenit in præsentatione Commissionis ei factæ percursorem numero Citationis iuxta decis.j.de constitu.in antiq.& vj.de rescrip.etiam in antiq.Aegid. decis.dlxxxiiij.& sequen.Cassad.decis.v.de rescript.

63 ¶Secundo ubi pars est minus legitimè citata si constat auditori ꝙ citatus habuit notitiam, potest ad causæ expeditionẽ procedere absq; alia commissione, & hoc est utile quia euitantur expensę,& circuitus, & no-

& notitia citationis præsumitur si citatus mittit procuratorem,Rota decis.xj.de dol.& contum.in no. Aegid. decis.lix.& Staphil.de lit.grat. & Iust.car.145.à tergo. & hoc modo sanatur per Innocentianam minus legitima citatio secus si non mittat,procuratorem,quia tunc cum non constet de scientia,dubito.

64 ¶Tertio potest procedere sicut in beneficialibus in causis pupillorũ, & uiduarum,& miserabilium personarum, & non excedentibus summam 500.ducat. ut in clem. sæpe, de uerb. signific. & in l.j. C. quando Imperator inter pupillos,& uiduas.

65 ¶Quarto remissorias ad partes decernere sine noua cõmisione possunt, & hæc fuit utilis ad euitandum circuitus, & expensas,quæ fiunt in impetran.commissionibus, & remissoria in prophanis sine fumo in beneficialibus in prima, & secunda instantia non sine fumo conceditur, l.iudices, & auth.apud eloquentissimum,C.de fid. instr.clem.j. de offi.deleg.Cassad decis.iij.de dilat. de qua plura dicere possem,sed nõ est locus, hanc facultatem concessit de nouo Pius iiij. in bulla reformationis Officij Rotæ.

66 ¶Quinto,potest terminos malè seruatos sine alia commissione reiterare de qua Constitutione Innocentiana meminit Cassad. decis. viij. numero 10.

67 ¶Sexto põt fidẽ adhibere registris corã aliis Iudicibus factis respectu iurium in eis registratorum, & nota quod respectu iuriũ extractorum lite pendente,& parte non citata, non procedit Innocentiana,& respectu iurium extractorum inter alios collitigantes, quia res inter alios acta aliis præiudicare non solet.

68 Septimo,potest super articulo grauaminis, & negocii principalis simul procedere omisso appellationis articulo, dummodo in commissione appellationis adsit clausula quam, & quas super tali beneficio uel una cum negocio præsenti,Aegid.decis.xlviij.Mohed. decis.cxxxij. alias clxij. Ant.Aug. in Epitome decis.in tit. de appellat.c.ult. num.7. de clausula quam,& quas dixi c.ij.lib.vj.nu.99.& seq.

69 ¶Octauo,Fatalia in causis prorogare potest,vel de nouo concedere, Cassad.decis.vij.nume.2.de appellat. & non solum fatalia appellationis,sed instantiam restitutionis in integrum, uigore Innocentianæ, uidi prorogari. Verùm ista fatalium prorogatio fuit à Pio iiij.in reformatione officij Rotæ moderata,ut non detur passim, sed cum causæ cognitione,& honestæ.

70 ¶Nono,Appellationes in ultimo momento temporis interpositas,ac si interpositæ fuissent infra tempora ad appellandum, admittere potest,& ita hodie seruatur, quòd quis appellat ultima die termini decem dierum dati ad appellandum.

72 ¶Decimo,Quod possunt sentẽtias nullas ex inordinato processu, uel ex omissione iuramenti perhorrescentiæ confirmare, iuxta c. statut. de re-

de rescrip.in 6.dummodo præstetur in quacunque parte iudicij confirmare,uel infirmare refectis expensis.de isto iuraméto perhorrescentiæ,uigore huius constitutionis præstando,loquitur Cassad.decis.j. nu. 3.de iur.iur.quantum ad sententiam nullam, uidetur in hoc Dominis de Rota concedi ordinariam iurisdictionem,quia ordinarius hoc facere potest,Rot.decis.xvj.de re iud.in no.Lafranc. in c. quoniam contra,in uerb.interloquutorie,num.54.ꝙ possit sententiam nullam confirmare,si est iusta.facit Præpo.in c.dilecto.colu.xxj.Franc.q.xxxiiij.de appell.dicit, quòd Iudex potest reformare sententiam nullam, & q. xli.ꝙ ubi sententia non est ipso iure nulla,& in secunda potest suppleri,quod deerat in prima sententia,ut puta citatio ad sententiã, quòd potest confirmari,& hoc vult dicere ista constitutio Innocẽtij, ibi, sententia nulla ex inordinato processu,Alexand.consil.lxvij.lib.vj. quem sequitur Rot.vt ego uidi,dummodo nullitas primæ instantiæ non influat in secundã,Paris.cons.cvij.nume.8.lib.iiij. dicit quòd potest confirmari quando noua causæ cognitio,& solemnitas interuenit.Præterea quando nullitas respicit omnia acta, tunc non potest confirmari sine nouo processu:sed si respicit sententiam tantum,tunc potest confirmari, Aim.consil.cxcvij.nume.7.& consil.cxl.nume.8. & Ioan.Bapt. Ferret.consil.clxvij.nume.5.dicit,quòd tunc influit in secundam quando nullitas respicit totum processum. Quid si est nullitas defectu iurisdictionis, & dictum sit de nullitate per partem, quæ instat, ut sententia tanquàm nulla reuocetur?uidetur,quòd si nõ reuocetur fiat contra ius litigatoris,ut inquit Alexan.consil.iij.nume.3.lib.v. contra quod Domini nihil facere solent.Nihilominus in his uidenda est commissio,& quæ dicit Staphil. de lit.grat.& Iust. car. clxxxij. & Vanti.in fine tract.de nullitat.dum loquitur de forma dictæ commissionis. ego verò pro intellectu huius constitutionis Innocentianæ, dico quòd refectis expensis parti, quę opponit nullitatem,d. Auditor potest sententiam cum illis,uel nouis actis confirmare arbitrio suo.

72 ¶Vndecimo,potest sequestra decernere iuxta formam Clem.ad compescendas,de sequest.poss.& fruct.ut per Cass.decis.prima,& seq.d.tit. de seq.poss.& fruct.

73 ¶XII. Pius Papa IIII. in sua cõstitutione,quã fecit sup Officio Rotę, & ipse concessit alias dictis Dominis Auditoribus facultates, uidelicet quod una commissione possint quamlibet causam terminare tã circa negotium principale quàm emergentia, & annexa, & ita seruatur hodie,licet aliquando ipsi Domini Auditores pro ualiditate suorum processuum nouas requirant commissiones,quas ipsi in pede eorum propria manu dicunt in illa causa necessarias existere, alias Prępositi signaturę non solent commissiones dependentes signare, & ita seruari uidi in contingentia facti.

74 ¶Decimotertio,possunt sine noua commissione terminum præfigere par-

re par-

re partibus ad probandum aliquod emergens, in causa, utputa attentata,nullitates,restitutioné in integrum, & similia,& ista facultas fuit necessaria,quia Auditores sine noua cõmissione hęc facere non poterant,& præfixio termini est ualde utilis,& ex ea tollitur ius parti opponenti, ut dixi infra,c.ij.lib.vj.num.108.& seq.

75 ¶Decimoquartò potest dilationes concedere, intellige de illis quæ dantur ad consulendũ principale quando procurat rei fuit in Curia apprehensus,Cassad.decis.j.de dilat. & Simonett. decis. xiiij. & quando istę dilationes sint concedendæ,uel denegandæ, uide Ant. Aug. in Epitome in tit.de dilat.per totum,quia ad præsens non est locus, ut hic materia tractetur.

76 ¶Decimoquinto. Liquidationes fructuum ad partes subdelegare possunt sine noua commissione, & hoc quia in Rota semper fit fructuum condemnatio à die motæ litis in petitorio, uel spolio simplici. Rot.decis.iiij.& v.de rest.spol. in beneficio reseruato, & in spolio uiolento à die intrusionis, Ioan.Pau.deci.xxxvj.cxx.& idem fit in regressu & coadiutoria,Cassad.decis.j.de cau.poss.& propr. Reliqua de fructibus vide p Antoniũ Aug.in tit.de fructibus,& litium expensis.& Iudices subdelegare ad partes pro liquidatione sine speciali commissione desuper signanda,quæ hodie non requiritur propter istas facultates.

77 ¶Decimosextò possunt pro exequutione suarum sententiarum, ea omnia facere quæ de iure ordinarij facere possunt.gloss. & Doct. communiter in c.cum teneamur, de appellat. ubi dicunt, quod Ordinarius post datam sententiam,potest appellantem, si turbetur in possessione manutenere,Rot. decis.lxxvij. de app. in antiq. quia Iudicis ordinarij iurisdictio non expirat lata sententia, sed potest exequi eius sententiam,quæ transitum fecit in iudicatum, quod in delegato secus est:ideo uult,quod uti ordinarij hæc facere possint dd.de Rota, uidelicet, quod data ultima sententia,à qua non potest appellari,possit ad illius exequutionem procedere prout possunt Ordinarij.

78 ¶Et potest Princeps uel Senatus,aut Rota, in causis arduis & in materia obiectiua coniungere plura indicia ad condemnandum, quia iudicat secundum conscientiam,Gram.decis.xj. & decis. 29. num.3.Iul. Clar.lib.5.§.fi. q.63. ad fin. de indicijs, & adminiculis, uide infra gloss. ad finem.

79 ¶Hæc ex dictis constitutionibus, circa facultates competentes Auditoribus Rotę colligere potui, ex quibus non uidetur eis concessa facultas,ut in alienatione bonorum, & contractibus minorum decretũ interponere ualeant,adeo quod in hoc nõ sunt Iudices competentes, imo tantum possunt, quantum eis per commisiné, uel rescriptum datum in commissione, ideo circa potestatem ipsorum ad commissiones eis directas respiciendum est, & ita seruatur ultra ea quæ suprascripta sunt.

¶Nota

¶Nota, quòd capellanus Papæ, uel alij eius Officiales non poſſunt cõdemnari, niſi de ſpeciali mandato Papæ, etſi condemnentur eorum condemnatio nulla eſt, cap. cum Mattheus, de hæret. in extra. communibus.

80 ¶Quid de Reuerendiſsimo Camerario? & idem dicendum eſt, quia eius officium eſt cognoſcere cauſas & iura rerum ſpectantium ad Came. Apo. vt in Motu proprio Pij Papæ IIII. edito de anno 1564. & ſic inter priuatos, non uidetur habere iuriſdictionem, ideo non eſſe competentem in interpoſitione decreti in contractibus minorum, bona propria priuatis perſonis alienantiũ. de Camerario quam plura dicit Caſſan. in catal. gloriæ mundi, par. 4. conſiderat. 14. additio ad Octauianum, lib. ij. cap. j. Vbi uocat ipſum procuratorem Cæſaris: ſed ut infra uidebitur, potius procuratores Cæſaris uocari poſſunt Clerici Cameræ, quàm Camerarius. uel dicas quod Clericis, & Camerario procurator Cæſaris ęquiparantur ex eo, quia Clerici Cameræ infraſcripta oĩa faciunt, ſed expeditiones fiunt ſub nomine Camerarij, ut experientia docet, & ob id faciunt unum corpus cum Camerario, cuius corporis Camerarius eſt caput, & ideo expeditiones fiunt ſub nomine ſuo tãtum, licèt in pede, clericus qui expediuit ſe ſubſcribat hoc modo, uidelicet, uiſa per me N. Cameræ Apoſtolicæ Clericum, uel omnes clerici eo modo ſe ſubſcribunt in patentibus & literis Cameræ, prout cauſæ grauitas requirit. Vide quæ dicam de Clericis Cameræ, quæ poſſunt etiam Camerario adaptair. Et idem dicendum eſt de officio Clericatus Cameræ Apoſtolicæ, quod exiſtit primarium in curia, cui potiſsimum munus incumbit res camerę ritè, & rectè adminiſtrare iura & redditus utiliter locare, contractus deſuper neceſſarios & opportunos inire, quorum occaſione ipſi Clerici Cameræ procuratores patrimonij beati Petri, rerumq; omnium totius ſtatus Eccleſiæ Romanę cuſtodes, & præſides nuncupantur, & ius reddere & iuſtitiam adminiſtrare inter fiſcum & priuatum, ubi de intereſſe Cameræ agitur, & ad quod officium non debent aſſumi aliqui, niſi vitæ & morum integritate præſtantes, literarum ſcientia præditi, rerumq; humanarum experientia inſignes, nihil poteſt unus ſolus facere ſine conſilio & conſenſu Clericorum, ut in bulla Reformationis tribunalis, & officij Cameræ Apoſtolicæ Pij Papæ IIII. latius continetur. Ex qua bulla poteſt notari, quòd ſunt procuratores patrimonij beati Petri, loco procuratoris Cæſaris uel rationalis ſubrogati, nam acta à procuratore Cæſaris comprobantur, ac ſi eſſent facta à Cæſare. l. j. ff. de offic. procurat. Cæſar. ita & acta & conctus facti in camera ab ipſo Pontifice factus cenſentur. præterea poteſt opulentam hæreditatem Cæſari delatam adire, d. l. j. §. fin. ff. de offic. proc. Cæſ. damnoſam minimè ſine ſcientia & conſenſu Imperatoris, l. ij. ff. d. ti. ita clerici qui tenentur negotia Cameræ utiliter agere, & adminiſtrare.

¶Tranſactiones,

82 ¶Tranſactiones, donationes, & uenditiones facere non poteſt procurator Cæſaris, quia ei gerere diligenter rem Cæſaris, non alienare, cõmiſſum eſt, l. j. §. denique, ff. d. tit. ita clerici Cameræ, unon poſsnt bona Camerę, & ſtatus Eccleſiæ alienare, & niſi cum certa forma, primo qđ per Theſaurarium Cameræ, uel aliũ capitula conſcribant, & eorum exempla ſingulis clericis tradantur per Commiſs. eiuſdem Cameræ tribus diebus antequam de negotio tractetur ad hoc ut inſtructus maturè in Camera conſulere poſsit, & luterius, ut fraudes tollãtur, omnia, res, prouentus, & iura Cameræ, ſubhaſtata debent omninò licitari, alias contractus ſunt nulli, nec clerici obligantur, & poſſunt quandocunque contractus hmõi reuocari, ut in dicta Bulla Pij IIII. col. 3. Procuratores Cęſaris ius deportandi non habent, quia perſe cõſtituendi ius non habent, l. iij. ff. de offi. procur. Cæſa. & ius deportandi habet præfectus Vrbis, l. ij. §. conſtat, ff. de pęn. & l. vj. §. j. ff. de interdic. & l. j. §. relegandi, ff. de off. præc. Vrbis. ita & Clerici Cameræ cũ iſtud ius deportandi non habent in Vrbe, ſed Gubernator Vrbis habet hanc poteſtatem, ut infra dicetur. Et ſicut procurator Cæſaris ius prohibendi habet ne quis accedat ad prædia Cæſaris, d. l. iij. §. j. ff. d. tit. ita Clerici iſtud ius prohibendi habent, cum habeant authoritatem iuſdicendi, & adminiſtran. fiſco, & priuato in dicta bulla. Et ſicut procurator Cæſaris eſt iudex competens fiſci, l. v. C. ubi cauſæ fiſca. ita & Clerici Cameræ sũt iudices cõpetẽtes fiſco in reb. patrimonij beati Petri. & ubi nõ agr̃ de crimine, l. j. C. ubi cauſ. fiſca. & l. j. C. de iur. om. iud. & in dicta bulla. Et procurator Cęſaris nõ dẽt cãm cognoſcere abſente fiſci procuratore, l. fi. C. de aduoc. fiſci. ita Clerici Camerę nihil pn̄t abſentibus fiſco, & illius aduocato, ut uideri põt ĩ d. bulla.

83 ¶Vocatur prcurator Cęſaris rõnalis ex quo uectigalia exigere, & impendia ſi quæ opus eſſet facere, ſolitus eſt, Franciſcus Ottoman. in deſcriptione Magiſtratuum Roma. in titu. de procurato. Cęſ. Clerici Cameræ hæc faciunt, & computa, & rationes adminiſtrationis introituum Cameræ ſub certa forma reuidere, & ſolidare ſoliti ſunt, ut in dicta bulla Pij IIII. Vocantur etiam præſidẽtes ærario, prout & prior Cæſaris, l. fin. C. de aduoc. fiſci. ibi, uel Sacri ærarij præſidentes examen præſente fiſci aduocato ſuſcipiant.

85 ¶Non licet procuratori Cæſaris ex officio quod adminiſtrat, emere quid per ſe, uel per aliam perſonam: alioquin rem amittit, & in quadruplum punitur, l. non licet, ff. de cont. emp. Clerici Cameræ in dicta bulla Pij IIII. prohibentur emere per ſe, & alios introitus Cameræ immo non poſſunt participare in locationibus, & appa. uſque, ad certum gradum conſanguinitatis ſub grauiſsimis pęnis, & de Clericis Cameræ, & qđ æquiparẽtur procuratori Cæſaris notat additio ad Octauianum in praxi Ro. Curiæ lib. ij. c. j. hodie ſunt aucti quinq; Clerici ſeptem aliis Clericis Cameræ Apoſtolicæ à S. D. N. Pio Papa V.

ut in

ut in eius bulla sub dat. 1571. adeo ꝙ sunt duodecim ultra pręsidentes,& aduocatos fisci,& pauperum, & procuratorem fisci, & Commissarium,qui omnes in Camera Apostolica resident pro negocijs Cameræ,& priuatorum. Quare uidetur quòd non possint generaliter decretum interponere in alienatione,& contractu facto per minorẽ alicui personæ priuatæ: sed si agatur de aliquo interesse Cameræ,uel fisci,ego credo,quòd plena Camera,uel unus de mãdato Cameræ hoc facere possit,quia potestas Cameræ maxima est cum repręsentet personam Pontificis,& omnia de eius mandato facit, & ita semper rescribit,vbi de mandato D.N.PP.uiuæ uocis oraculo nobis facto, & authoritate nostri Camerariatus officij, ita ꝙ uidetur in istis casibus posse decretum interponere,& sint iudices competentes, maxime quia condunt Statuta concernentia publicam utilitatem, in ea interueniunt ultra duodecim clericos Gubernator in absentia Camerarij, Auditor Cameræ, Pręsidens Cameræ, Thesaurarius, Aduocati fisci,& pauperũ, & procurator fisci,& commissarius. Qui omnes sunt personæ egregię, & peritissimi omnium negotiorum. Quare uidetur in rebus eorum officio commissis supremam post Papam habere potestatem,& dubitare an in illis negocijs possint decretum interponere, esset dubitare de indubitabili,in alijs inter priuatum,& minorem alienantem dubito propter bullã Pij iiij. Hæc qualia sunt Lector accipito pro quanto deseruiunt interpretationi nostræ constitutionis,& ut alios peritiores excitem,differere uolui.

86 ¶ Quid de Gubernatore urbis,qui est deputatus pro gubernio temporali pro incolis,& ciuibus urbis,& districtus,& pertinentiarũ eiusdem generalis Gubernat. in Camera Apostolica, Vicecamerarius,& Vicecamerarij prędictę Cameræ, Locumtenens cum arbit. & potestate,honoribus,& oneribus ad beneplacitum Papæ,& Sedis Apostolicæ,& cum facultate cognoscendi causas,ac negocia per Papam eidem in genere,uel in specie,& in omnibus & singulis causis etiam per Papam,& Camerarium pro tempore existente commissas,& tam in ciuilibus,quàm criminalibus,spiritualibus,& temporalibus causis, & alijs quibuscunque negocijs tam contra ciues Romanos,quàm forenses Ecclesiasticos laycos,& incolas,necnon religiosos cuiuscunque ordinis, tam in Palatio Apostolico burgi sancti Petri,& in castro sancti Angeli,necnon in Capitolio,quàm alibi actiuè & passiuè,nullo iuris,seu Cameræ Romanæ Curiæ stilo seruatis,sola ueritate inspecta de bono,& ęquo,& pro contingentia rerum,& qualitate facti,etiam de facto manu regia,uelo leuato,secundum uoluntatem suam procedere, iudicare,& ius dicere,& ad excommunicationem procedere. Et generaliter omnia,& singula necessaria in præmissis,& circa præmissa,& quæ Papa facere potest in omnibus præmissis, & contra prædictos etiam nulla

præce-

præcedente infamia inquirendi,corrigendi, castigandi etiam usq; ad ultimum supplicium inclusiuè puniendi,& cum citatione ad domum, omnes alios iudices præueniendi contra quemlibet delinquentẽ, nec non delinquentes omnes citandi, puniendi,pœnas augendi, & usque ad ultimum supplicium inclusiuè pro modo culpæ,& delicti, & cũ potestate Statutis vrbis derogandi, proclamata edendi, & publicandi, interpretandi,mutandi, pro utilitate subditorum, correctione delictorum,ac inductione bonorum morum, processus eiusdem uia nullitatis reuocari non possunt, & in causis ciuilibus à x. ducatis infra, & in causis criminalibus,& mercedum non appellatur ab eo, nec ab eo possunt causæ auocari,nisi motu proprio,& ipso audito, & latius dicitur in Bulla Leonis Papæ Decimi, sub dat.anno 1514. Cal.Iulij Fœ.re. Paulus Papa IIII. constituit sex Iudices,Gubernatori tres,qui assistebant causis ciuilibus,& tres criminalibus: sed quia post eius obitũ ista iudicum deputatio abiuit in desuetudinem,de ea nõ est curandũ, & ob id eius potestas potissima est animaduersio,& castigatio delictorum,& illam iurisdictionem temporalem,quam habet Ecclesia in statu temporali contra facinorosos exercere solet,ut annotauit additio ad Octauianum Collegam,lib.ij.c.v.praxis Romanæ Curiæ, & in hoc uidetur ordinarius. Cum eius iurisdictio certo loco restricta sit, ideo posset decretum interponere in alienatione bonorum minoris in illis causis,in quibus habet iurisdictionem,& in his posset esse iudex cõpetens. Sed in alijs, & generaliter ego dubito,quia in urbe, & districtu quamplures habent iurisdictionem in temporalibus, & ciuilibus causis,qui sunt ordinarij, & non est possibile quod sint in uno loco tot ordinarii, ideo dicas quòd solus Papa est ordinarius, alii sunt quasi ordinarii ad certas causas, & personas, & propterea raro adiri solet pro decreto in alienatione bonorum minoris cum omnes confugiant ad Senatorem, & A. C. & quale sit officium Gubernatoris urbis administrantis temporalia, uide supra quæ dixi in proœmio uersi. & propterea summus Pontifex. Qua propter ad euitandas disputationes quæ oriri possent super nullitate decreti interponendi super alienatione bonorum minorum per Gubernatorem,consulo ut adeantur Auditor Cameræ,& Senator urbis, ut dixi supra.

87 ¶ Quid de Reuerendissimo Vrbis Vicario, cuius potestas, & iurisdictio quasi ordinaria est in omnes Religiosos seculares, & regulares utriusque sexus, in Iudæos,uiduas, & alias miserabiles personas in urbe, & eius districtu, & sic habet territorium. ea propter tanquam ordinarius,& cõpetens in alienatione bonorũ minoris Clerici,Religiosorum,Iudæorum,uiduarum,& miserabilium psonarũ erit adeundus, & non alius, de quo uide aliqua quæ dicit Octauianus

nus collega,& ibi additio,c.xvj.lib.ij.praxis Rom.Cur.de Vicario dixi
aliqua ſupra c.j.lib.j.uerſ.Vicarium Prouinciarum. Miſerabilis perſo-
na dicitur illa, quæ patitur defectum cum paupertate, Imol·Card. &
alij in c.ſignificantibus,de offic.deleg.ergo qui non eſt pauper,non di-
citur miſerabilis perſona,Rot.deciſ.viij.de iur.patr.in anti.

88 ¶Quid de iudicibus Curiæ de Sabellis,Ripę,Ripettæ,& Burgi,& alio-
rum Romanæ curiæ,qui non habent certam,& determinatam iuriſdi
ctionem in certo loco : ſed contra certas perſonas inferioris gradus
excepto iudice Burgi, qui uidetur habere iuriſdictionem loco coar-
ctatam in certo loco accumulatiuè cum Gubernatore, Auditore Ca-
meræ,Vicario,& Senatore : ſed non priuatiuè quoad illos. Ideo ego
dubito & conſulo,ut adeantur alij quaſi ordinarij prædicti ſecundum
caſus contingentiam,& hæc de iudicibus Vrbis.

89 ¶Vidimus qui ſint iudices competentes in interpoſitione decreti, in
alienatione bonorum minoris in quantum concernit eius perſonam:
nunc uideamus quis ſit iudex competens reſpectu bonorum quando
habet domicilium in una ciuitate, & bona ſita ſunt in territorio alte-
rius ciuitatis,& ſic extra territorium iudicis domicilij.hanc quæſtio-
nem poſuit Bald.in l.j.C.de contrah.emp.vbi dicit, quòd quilibet iu-
dex poteſt interponere decretum, uc3 iudex originis, iudex loci, ubi
res ſita eſt,& iudex loci ubi cõtrahitur,licet eſſet tutius, quòd omnes
interponerent decretum,argu.l.iuriſperitos.§.j.ff.de excuſat.& temp.
earum,ubi Bar.& alij Doctores,in prin.idem tenet Bertachin.in trac.
de Epi.lib.iiij.ſub rub.de poteſtate epiſcopi in temporalibus, nu.104.
ubi dicit,quòd utriuſque iudicis interponi debet decretum,Fabia.de
Monte in tract.de empt.& uend.q.quinta principali,nume.99.& ſequ.
uerſ.ſed hic occurrit.Rebuſ.in compend.alien.rerum Eccleſ.nume.22.
& hæc uidetur communis opinio,licet Barbat.in c.j.in fi. de reb. Eccl.
non alien.dicat quòd ſufficit decretum iudicis loci contractus, & idẽ
dicit Aym.conſ.ccccxxv.ad fi.quã concluſionem latè examinat Bero.
d.c.j.de reb.Eccl.non alien.nume.43.ubi poſtquam recitauit omnium
opinionem in epiſcopo, tenet illam opinionem, quòd decretum epi-
ſcopi, ubi Eccleſia ſita eſt,requiritur non epiſcopi, ſub cuius diœceſi
res ſita eſt per optimas rationes,licèt in alienatione bonorum mino-
ris non impugnet dictum Barto.Bal. & aliorum, de quibus ſupra : ſed
conatur monſtrare differentiam inter decretum epiſcopi, & alterius
iudicis interponentis decretum in alienatione bonorum minoris.Ego
uero ſupradictam cauſam laudo, ſed communis obſeruantia eſt quod
ſufficiat decretum iudicis loci contractus, quia ille competens eſt in
exercitio uolũtariæ iuriſdictionis,& qui poteſt de cauſis propter quas
minor alienat cognoſcere,& an expediat minori potius illam, quàm
aliam rem alienare,& an ſufficiat pretium pro neceſsitatibus mino-
ris,ut dixi ſupra in principio iſtius gloſſæ,nu.4.& multis ſeq.

90 ¶Sed quia diximus quòd locus contractus debet attendi pro inter-
poſitione decreti, nunc uidendum ſi in loco originis uiget hæc Con-
ſtitutio in loco contractus : non uiget, an minor contrahens extra ter
ritorium teneatur ſeruare formam iſtius Conſtitutionis,quæ eſt fauo
rabilis minori?& Bar.in l.pen.nu.32.uerſ.vij.uidendum. C. de ſumma
Trinit. ponit tres caſus, primo quando ſtatutum prohibet aliena-
tionem ratione alicuius ſolemnitatis:& tunc non porrigitur extra ter
ritorium tale ſtatutum.Secundus caſus,quando ſtatutum eſt prohibi-
tiuum in rem,& tunc habet locũ extra territorium.Tertio caſu, quan
do ſtatutum prohibet perſonam : & tunc aut prohibitio eſt fauorabi-
lis, aut non:ſi eſt fauorabilis, utputa ne minores decipiantur in con-
tractu,ut fit in iſta conſtitutione,ibi, facilitati minorum prouidere uo
lentes, & tunc talis Conſtitutio comprehendit. Ciuem illius Ciuitatis
vbicunque exiſtente, & ibi Bart. ponit alia exempla aut Conſtitutio
eſt odioſa,& tunc non porrigitur extra territorium, & Bart. commu-
niter ſequuntur Doctores,ut atteſtatus Dec.in l.fina.num.13.ff.de iu-
riſdict.omn.iud.

91 ¶Sed quid ſi alienentur iura minoris,an requirat̃ decretum Iudicis,
uel ſolus minor cum auctoritate tutoris,ſine decreto poſsit alienare?
& eſt text.in l.j.§.tutor.ff.de ſucceſ.edict.quod poſsit,& notat Roffred.
de Sena. conſul.Clementiano num.4.ſed hæc procedunt de iure com-
muni. Verum ex iſta Conſtitutione requiritur decretum, ut patet in
Conſtitutione ibi, quarumcunque rerum actionum & Iurium. quare
dicimus, quod decretum etiam requiritur in alienatione Iurium,
actionum & rerum.

92 ¶Pro complemento materię decreti uidendum eſt, an decretum ſic
interpoſitum,tranſitum faciat in rem iudicatam? & uidetur dicendũ,
quod quando decretum interponitur ad ſolemnizandum actum in
contractibus,uel actibus uoluntarię Iuriſdictionis, nunquam tranſit
in iudicatum,etiam quod ab eo non appellet̃.Bald.in Marg. uer. con-
tractus,il tertio,circa med. Alexan. conſ.cv.colum.j.lib.j.Aim.de Ant.
temp.par.ij.num.10.uerſ.ſed contra.Bald.in l.j.colum.j.uerſ.idem te-
net Oldrad.C.de contrahen.empt.& in l.j.num.52.C.qui admitti,dicit
quòd nõ appellatur,ſed eſt neceſſaria reſtitutio in integrum:quia mi-
nor conſenſit, ideo non appellat.& ſi poſſet appellari.uoluntaria iuriſ
dictio efficeretur contentioſa, ſed quando interponit̃ per uiam con-
tentioſę Iuriſdictionis parte citata,tunc appellatur per eum,qui gra-
uatur a decreto : quia à ſententia ſeu decreto grauante appellat̃, &
appellatio ſemper cenſetur permiſſa,niſi reperiat̃ prohibita.Ideo ui-
de quæ diximus in c.ij.lib.vj.

SVMMARIA GLOSSAE QVINTAE.

1 Insinuatio quid sit secundum opinionem Doctorum.
Insinuantur etiam literæ apostolicæ, & quomodo. remissiue. in fin
Insinuatio apud omnes, quid significet, in fine.
2 Insinuatio est inuenta ad tollendas clandestinas donationes & fraudes.
Insinuatio est inuenta ad hoc, ut possit medio tempore deliberare.
Insinuatio literarum apostolicarum quare inuenta.
3 Insinuatio debet fieri in actis Iudicis competentis.
4 Insinuatio debet fieri coram Iudice competente.
Iudex competens in urbe est magister census, & extra urbem defensores ciuitatum, hodie loco magistri census Iudices ordinarii Ro. Curiæ, extra Curiã potestates & alii ius dicentes.
5 Iudex competens est ille, qui est deputatus ex forma statuti.
Iudicis officium in insinuatione est requirere conditionem donantis.
Iudex contractus an sit competens in insinuatione.
Insinuandi solemnitas non uidetur accidentalis, sed substantialis quando requiritur à statuto.
6 Solemnitas insinuationis requisita à statuto dicitur substantialis, non accidentalis.
Insinuationi an possit renunciari iuramento, quando requiritur ex forma statuti, quæ ultra insinuationem requirit Iuramentum.
Iudex competens insinuationis, an sit iudex domicilii contractus, aut loci ubi terræ sitæ sunt. in fine.
7 Insinuatio ex magis communi opin. fieri potest coram quocunque Iudice, quia sumus in actu uoluntarie iurisdictionis respectu donantis.
8 Insinuatio iuxta formam constitutionis debet fieri coram Iudice loci contractus uel originis.
9 Insinuatio facta extra locum contractus, uel domicilii, an ualeat.
10 Insinuatio est separata a donatione, ideo debet fieri instrumentum separatum.
Insinuatio est actus confirmationis.
Insinuatio quando fieri debet, & an sufficiat quòd fiat ante obitum donantis.
11 Insinuatio satis dicitur facta donationis, quando Iudex in donatione minoris interponit decretum.
Insinuationi non est suppletum in casu præsentis Constitutionis, quando Iudex interponit decretum in contractu facto per minorem, quia pro forma ultra decretum requiritur insinuatio.
12 Iudex insinuationis debet intelligere quòd partes uolunt insinuare contractum alias non est facta insinuatio.
Notarius an possit esse Iudex insinuationis. in fine.

Actorum appellatione quid continvetur.
Insinuatio debet fieri in actis, & sufficit quòd reperiatur apud acta de mandato iudicis, sine registratione.
14 Insinuatio non requirit decretum Iudicis.
Insinuatio sufficit quòd fiat in præsentia Iudicis, etiam extra tribunal, cautela est ut fiat in loco Iudicii, ut ibi nu. 23.
Insinuatio potest fieri die feriata.
Decretum non potest interponi die feriata.
15 Decretum requiritur in insinuatione, quando parentes se opponunt insinuationi.
Insinuationi possunt se parentes opponere, & tunc requiritur decretum.
Decretum appositum in insinuatione, quid operetur.
Dolus & metus purgatur per decretnm appositum in insinuatione, in fine.
16 Insinuatio fieri potest paulo post donationem, uel in ipsa donatione, aut postea durante uita donantis.
Insinuatio fit quando placet donatori, & ei non præscribitur facultas insinuandi.
Insinuandi fieri non potest post morte donatoris.
Insinuatio secundum statutum Romanum, debet fieri infra sex menses. in fine.
17 Insinuatio fieri non potest quando donatio est impugnata per donatorem.
18 Donatio non insinuata est nulla ipso iure, quia forma huius constitutionis non est seruata.
19 Insinuatio à donante fieri debet.
20 Donatarii præsentia, non requiritur in insinuatione, nec est citandus.
21 Insinuatio in donatione reciproca, uel in contractu, ultro citroque obligatorio, debet peti ab utraque parte.
Insinuationem fieri partes in contractu possunt consentire.
22 Insinuare est in libera facultate donantis, ideo donans non potest cogi ad insinuandum.
Donans non potest cogi ad insinuandum donationem.
Cautela est quòd donans constituat per omnes ad insinuandum donationem.
23 Insinuationem fieri coram Iudice sedente pro tribunali melius est.
24 Insinuationis forma quæ sit.
Insinuatio seu publicatio expectatiuarum, & literarum apostolicarum, quæ sit forma.
25 Forma quæ sit de insinuationibus donationum.
Forma insinuationis, quid contineat, & an contineat decretum.
Consuetudo allegata per Doctorem legentem non est credenda.
Doctori alleganti consuetudinem an sit creden. in fi.
Donator an debeat subscribere donationem.
Publicatio expectatiuarum, & literarum apostolicarum qualiter fiat.
26 Regula de publicandis resignationibus, quare condita a summis Pontificibus.
27 Ista regula est facta in odium resignatarii negligentis.

Resignatarius beneficii tenetur publicare resignationem.
Donans tenetur insinuare donationem, & in hoc differunt resignans, & donans.
Minori aduersus omissam publicationem fuit in integrum restitutio denegata, in fine.
Restitutio in integrum fuit denegata minori aduersus omissam publicationem, quia tractabat de lucro. in fine.
28 Publicatione resignationis plura requiruntur, & quæ.
Publicatio quæ fit in curia, quæ.
Publicatio debet fieri in loco beneficii, siue sit dignitas, siue simplex.
29 Resignatarius tenetur petere possessionem beneficii ab exequutore literarũ, uel processus fulminati, uel ab ordinario.
Possessio beneficii resignati peti potest post sex menses per resignatarium.
Clausula, Cæterum, in processu fulminato quid operetur.
30 Beneficium quando uacet per resignationem, & non per obitum, & econtra.
Vacatio beneficij per obitum, uel resignationem, quando fieri dicatur.
Impetrans per obitum tenetur probare resignantem decessisse in possessione.
Resignatarius quid tenetur probare ad effectum docendi, ꝙ beneficium uacauit, per resignationem, non per obitum.
Possessio instrumentalis non sufficit resignatario nisi doceat de continuatione possessionis.
Possessio solemniter capta æquiparatur publicationi, & quando dicatur capta solemniter.
Resignatarius dicens missam in beneficio sibi resignato, uel prædicet uti Rector, intelligitur publicasse, ad finem.
31 Insinuatio præsumitur pro eo, qui possidet rem donatam.
Præsumitur facta insinuatio pro eo, qui possidet rem donatam.
32 Interpretatio regulæ de publicando, ibi, si resignans in possessione decesserit, idest si resignans detineat.
Interpretatio dictæ regulæ, ibi, quos contingit, respicit exequutores.
Resignatarius reseruatis fructibus propria authoritate percipiendis per resignantem tenetur capere possessionem tituli beneficij, & ponere ibi Capellanum.
Possessionem tituli beneficij quando resignatarius capere tenetur.
Resignans si possidet, ut procurator resignatarij, an dicatur detinere pro se.
33 Probatio plena requiritur ad probandum quod resignans decesserit in possessione tituli beneficij.
Resignantem decessisse in possessione tituli beneficii, est plenè probandum.
Possidere aliud, est aliud esse in possessione.
34 Pius Papa V. fecit constitutionem super publicationibus resignationum faciendis, & propter quid sit motus.
Resignantes beneficia remanebant in possessione, & multa faciebant uti Rectores quæ facere non poterant.

Resignans resignatione admissa desinit esse rector.
35 Resignationibus beneficia fiunt hæreditaria inter aliquas personas.
Beneficia hæreditaria fiebant ex resignationibus.
36 Resignationes beneficiorum, ex Constitutione Pij V. si in Curia infra sex menses, à die datę supplicationis in cathedrali, sub qua situm est beneficium, uel in loco beneficij, quando adest populi multitudo, alta & intelligibili uoce publicari debent.
Publicatio resignationis benefic. infra sex menses, si in curia a die datæ supplicationis in cathedrali, uel in loco beneficij ex Constitutione Pij V. publicari debet.
Forma publicandi resignationes, ex Constitutione Pij Papæ V.
Publicatio ex Constitutione Pij, debet fieri ad instantiam resignantis & resignatarij, in loco beneficij. ad finem.
37 Resignatarij infra sex menses, uel unum mensem, tenentur petere possessionem beneficij, & illam actualiter capere.
Possessio beneficij per resignatarium peti debet infra sex, uel unum menses, à die datæ, & realiter & actualiter capi.
Possessio realis & actualis dicitur, quando fit cum expulsione colonorum.
39 Publicatio quando beneficium est litigiosum, debet fieri infra unum mensem in actis notarij causę, uel producen. literas apostolicas, uel instrumentum consensus, cum data supplicationis, & designatione libri & folij.
Regula de publican. haebt locum in resignatione iuris.
40 Consensum fuisse legitime extensum in Camera, vel Cance. uel in actis notarij ordinarij, ante obitum resignantis.
Consensus qui præstabantur post obitum resignantis in uim Alexandrinæ, uel Leoninæ Constitutionis sublati sunt per Constitutionem Pij V.
Consensus extensi post obitum, una cum nouis prouisionibus, cessionibus & retrocessionibus, nulli sunt.
Nouæ prouisiones nihil suffragantur resignatariis, non seruando Constitutionẽ Pii V. in fine.
41 Constitutio Pii V. habet locum in Consistorialibus.
42 Item in cessionibus, ex causa permutationis.
43 Item in resignatione, cum reseruatione omnium fructuum propria auctoritate percipienda.
44 Item contra scriptores apostolicos, & alios officiales.
45 Item in resignationibus factis in fauorem Cardinalium.
46 Decretum irritans appositum in Constitutione Pii V. cum claus. sublata quid operetur.
47 De insinuationibus qui scripserunt.

APERI DOMINE THESAVROS, VT SCRIPTVRAS INTELLIGAM, VERITATEM COGNOSCAM, ET IVSTITIA EXALTETVR IN SAECVLA.

GLOSSA QVINTA.

Et inſinuatione facienda in actis.

1 T magis prouidere volens minoribus Aegidius ſtatuit, ne occultis contractibus deciperentur & fraudarentur: quia fraudes, vt plurimum in occulto fiunt, quod contractus inſinuarentur in actis, ideſt publicarentur apud acta Iudicis competentis: quia inſinuatio eſt ſcriptura facta in præſentia publicarum perſonarum, glo. in §. j. Inſtit. de dona. eſt donationis perſiſtentis in ſcripturam redactæ eodem tempore, vel diuerſo apud competentem Iudicem facta publicatio, & eius auctoritate in publica monumenta, vel acta, facta redactio, ut fraus, & ſuſpitio euitetur, & perpetuo, & facilior ſit ueritatis probatio, Anton. Canarius in tit. de inſinuat. nu. j. Bar. in l. Modeſtinus. nu. ij. ff. de donatio. dicit, quod inſinuatio eſt facere donationem redigi in ſcriptis coram Iudice, quam Paul. de Caſt. ibi & alij ſequuntur, & Hyp. Rimin. Inſtit. de dona. §. j. nu. 152. Bal. in l. illud. col. iij. uerſ. ideo in primis. C. de ſacroſan. eccl. querit quid eſt inſinuatio, & dicit quod eſt deſcriptio in actis facta decreto, uel auctoritate Iudicis competentis, & idem Hip. in §. j. Inſti. quib. alien. licet, uel non. nu. 95. dicit quod inſinuatio eſt regiſtratio. Rebuff. ſuper conſtitut. Regijs in tract. de donatio. inſinuan. cart. 367. dicit quod inſinuatio eſt donationis factæ & ſcriptæ coram Iudice competente ritè facta exhibitio, ſeu intimatio, vbi declarat omnes partes ſuę definitionis. Alcia. in l. pactum, quod bona, nume. 16. C. de pact. dicit quòd inſinuatio eſt profeſsio in actis facta, vel apud cenſitorem, uel alium Iudicẽ. Lucas de Pẽna, in l. ij. de peti. bon. ſubl. li. x. in fine, dicit quod inſinuatio eſt alicuius ſcripturæ editio Iul. Clar. lib. iiij. receptarum Sentẽtiarum. §. donatio. q. xv. verſ. quęro ergo, dicit quod inſinuatio eſt pręſtatio auctoritatis facta per Superiorem. & ſic habes multas definitiones inſinuationis. Aliquæ ſunt generales, aliquæ ſunt particulares, ſed omnes ferè reincidunt in vnum. Tene definitionem quam uolueris. Rebuf. in tracta. nominationum, q. xiiij. in princ. ponit diffinitionem inſinuationis literarum Apoſtol. quem uide ſi quæris publicare & inſinuare mandata, de prouiden. gratias expectatiuas

& alias ſimiles, quę hodie receſſerunt ab aula, ex decreto ęcumenici, & ſacri Concilii Tridẽtini, ſeſſ. xxiiij. c. xij. de Reformatione. Ideo quę publicæ utilitati non proſunt, omittenda duximus. Eſt etiam inſinuatio, quidam modus dicendi, quo animus Auditoris pręparatur, dum orator fingit aliud dicere. velle quam illud, quod propoſuerat Cicero de inuentione, lib. j. de exordijs, de qua etiam Quintilianus lib. iiij. c. j. inſtit. orat. ideo inſinuare eſt demonſtrare, l. iubemus, ubi glo. ff. de emancip. libero.

2 ¶ Fuit inuenta inſinuatio ad tollendas fraudes, quia multæ donationes clandeſtinę fiebant, & poſtea res donatę uendebantur, & emptores fraudabantur. Vnde Aegidius voluit per hanc cõſtitutionem fraudibus prouidere, iuxta l. data. C. de dona. ibi, ſiquidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus, facile quiduis pro negotijs opportunitate confingi poteſt, uel id quod verè geſtum eſt aboleri. & quia in magnis quãtitatibus maior obſeruantia exigitur. Oldrad. conſ. ccliij. ad fi. dicit, quòd fuit inuenta inſinuatio, ut tempore medio poſsit donans deliberare, an ſibi expediat confirmari donationem per inſinuationem, & quia iteratio denotat mentis perſeuerantiam, Barto. in l. Modeſtinus. num. 3. ff. de don. Bal. in d. l. data, nu. 3. dicit requiri iuſinuationẽ, ut fraudes euitentur, & quando ſtatutum requirit inſinuationem, eſt ne aliquid falſum committatur. Vnde tali Statuto non poteſt renunciari, Ant. Gabr. lib. iij. de donat. concl. j. num. 2. Riminald. Inſtit. de donatio. §. j. nu. 158. Canarius de inſinuat. q. ix. num. 18. ex mente Io. And. in addit. Specul. de inſtrum. edit. §. porrò, qui ponit quatuor cauſas. prima quòd donans poſsit deliberare. ſecunda quòd ex iteratione actus mẽtis perduratio oſtendatur. tertia ut tollatur deceptionis ſuſpitio, quarta ut occurratur falſis rationibus probatione. Quare autem fiat publicatio & inſinuatio literarum Apoſtolicarum in mandatis de prouiden. & expectatiuis, uide Rebuff. in tracta. nominat. q. xiiij. nu. 2. & ſeq. & ideo fuit utilis requirere inſinuationem in contractibus minorum & mulierum, & maiorum donantium ad fraudes uitandas, lites, & quęſtiones fugiendas, & ob id ſeruanda diligenter, quia materia eſt utilis, vt dicit Bald. in l. illud, col. iij. uerſ. iſtud. C. de ſactoſ. eccleſ.

3 ¶ Debet enim inſinuatio fieri in actis Iudicis competentis, & ſic inſinuatio requirit ſcripturam, ut in Authẽ. ut fratrũ filij. §. illud. ibi, ſi 500. ſolidorum, tranſcendit quantitatem inſinuare eam in actis nominatorum, l. in donationibus. C. de donatio. ibi, in donationibus, quæ actis inſinuantur, & l. lata, ſeu data. ibi ut donationes interueniente actorum teſtificatione conficiantur, & l. Sancimus, §. ſin autem. C. eodem. gl. in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. declarat illa uerba, in actis. i. cartis. intimatę. i. recitatę. Faciunt dicta ſupra in diffinitione. nu. 1. Canar. de inſinuat. q. 17. nu. 32. Rebuff. ſuper conſtit. Regijs, to. ij in tract. de inſinuat. don. in rubr. nu. 4. & 5. car. ccclxvij. & art. j. glo. ult. nu. 13. cart. ccclxxxij.

Iul.Clar.lib.iiij.receptarum ſententiarum,in §.donatio; quæſt.xv.uerſ. quero etiam.Bal.in l.illud,col.iij.uerſ.Reſpondeo.C.de ſacro.eccl.Ant. Gab.in tra.cõium conclu.li.iij.de dona.concl.j.nu.55. dicit quod corã iudice publicetur,& non requiritur alia ſcriptura,nec regiſtratio.alle gat Corn.conſi.xxxvj.lib.iij.& Imol.in c.cum contingat,nu.89.de iure iur.& aſſerit de communi,& ita ſeruari.

4 ¶ Et non ſufficit quod fiat in actis coram Notario, ſed debet fieri coram iudice competente de iure,& iudex competens inſinuationum in urbe eſt Magiſter cenſus,& dicebatur is, qui officio ueterum Cenſorũ fungebatur,& facultates cuiuſque ciuis ęſtimatas in cenſum referebat,ut refert Ottomanus in Commentarijs uerborum iuris, in uer. magiſter cenſus,Iacobus Cuiacius nouella 44.col.j. dicit quòd hũc magiſtrum cenſus poſterior ętas Genichon appellauit,apud quẽ inſinuabantur donationes.l.in hac conſultiſsima.C.de donat. Auth. ut fratrũ filij. §. illud, coram quo aperiebantur teſtamenta in ſcriptis facta, l. conſulta diualia. C.de teſtam.hodie loco magni cenſus ſubrogati ſunt omnes iudices ordinarij almæ urbis,de quibus dictum eſt ſupra in gl. iiij.in ciuitatibus,& locis extra urbem apud defenſores ciuitatũ inſinuabantur donationes.de quibus defenſoribus ciuitatum uide ſupra gloſ.iiij.num.44.& 48.in quorum loco hodie ſunt poſiti Poteſtates, & prætores,uel iuſdicentes in ciuitatibus, & terris Rom. Eccleſiæ, ut in dicta gl.nu.40.& ſeq. Canar. de inſinuat.q.xiij.num.28. poſt Bal. in l.illud,nu.5.C.de ſacroſ.eccl.

5 ¶ Sed ſi ex forma Statuti eſt deputatus aliquis iudex ad inſinuandum in aliqua ciuitate,uel loco, ille ſolus poteſt inſinuare; & non alius, nec coram alio iuriſdictio prorogari poteſt,l.ſecundum diui Leonis conſtitutionem apud magiſtratum cenſus, tantummodo inſinuari præcipimus,nec concedi quicquam,uel apud defenſores, ſeu magiſtratus aliarum ciuitatum præter memoratum iudicium inſinuare.C. de donat. Bal.in l.illud,num.5.C.de ſacroſ.eccl.Canar.de inſinuat.q.xiij.num.27. & 28. nec ſine iudice corã Notario fieri poteſt, quia Notarius non dicitur iudex competens.c.forum,de uerb.ſig.Rebuff.ſuper conſt.Regijs tom.ij. in tract.de donat.in prin.uerſ.coram iudice,& ibi in uer. competente, car.368.reprehendit Bar.in l.Modeſtinus.ff.de donat. ubi dicit,ꝙ inſinuatio fieri poteſt coram quocunque iudice, & cui nõ ſubeſt donator,nec res donata,Imol.in d.l.Modeſtinus,& Guid.Papę cõſ.lvij. nu.4.qui dicit quod iudex competens eſt ordinarius reſpectu donãtis, uel rerum donatarum,quia iudicis officium eſt inquirere conditionẽ donantis,& an fuerit in donatione deceptus,& quid ex tali donatione conſequitur,uel conſequi poteſt,& ideo nimirum ſi coram iudice ordinario fiat inſinuatio,aliàs eſſet in facultate cuiuslibet legem fraudare eligendo aliquem iudicem ignotum,& incompetentem. Cui opinioni adhereo niſi quando pro inſinuatione adiri debet iudex contractus,

quia

quia quemadmodum pro ſolemnitate attenditur locus cõtractus, ita pro inſinuatione,quæ eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ formam non reſpicit,cum poſsit quandocunque adhiberi ex poſt facto,Alciat.in l.:.§.
6 ſed ſi mihi,nume.13.ff. de uerb. obligati.† & non uidetur ſolemnitas accidentalis, ſed ſubſtantialis quando Statutum procedit ulterius, annullando actum,Io.Cep.conſi. clxxj.num.1. lib.ij. cui non poteſt renunciari.Idẽ Cephal.conſ.cclxxxviij. num.36. Ant. Gab. in tract.com. concl.lib.iij.de donat.concluſ.j.num.9. ubi aſſerit de communi, quia eſt introducta propter publicam utilitatem, & contra publicam utilitatem principaliter non ualet iuramentum,Rol.conſi.xxxix. num.36. lib.j.ſupra gloſſa ij.nume.56.ſecus ſi ſecundario propter publicam utilitatem introducta ſit, tunc renunciatur Iuramẽto, Rol.conſil.lxx.nu. 23.lib.ij.& conſi.xxxix.num.38.lib.j. ubi atteſtatur de magis communi opi.Gab.lib.iij.concl.j.num.9.ſed hanc communem opinionem reprehendit Port.conſi.xxxvj.num.47.& ſeq. ea ratione quia iuramentũ non habet tres comites,qui ſolent illud ſequi,ut dixi ſupra glo.ij.num. 4.Ant.Gab.lib.iij.conclu.j.nume.68.allegat Soc. Iun.conſi.lxix.nu.40. uolum.j.actam maxime qualitate perſonarum loci,& temporis ſecundum quæ poterit modo communis,modo alia opinio ſeruari arbitrio prudentiſsimi Iudicis cui ſemper me remitto, maxime ſi adeſt ſtatutum, uel conſtitutio, quæ ultra ius commune requirit inſinuationem, quia tunc non firmatur iuramento.Bal. conſi.ccclxxv. num. 3. lib. iij. Curt.Iun.conſi.cxlj.in fi.Abb.conſi.lxxvij. num. 34.& 35. prout in caſu noſtræ conſtitutionis, in qua pro forma requiritur inſinuatio, quæ ſi non ſeruetur uitiat actum,l.cum hi.§.ſi prætor, ff. de tranſact. & dicam infra,Rebuff.ſuper conſtitu.Regiis,tom.ij.artic.j.glo. v.nu.3.car. 377.& non daretur prorogatio iuriſdictionis de loco ad locum in terminis iſtius conſtitutionis,utputa ſi donatio facta eſt Anchonæ, nõ poterit inſinuatio fieri Maceratæ,niſi iudex Maceratæ competens ſit ratione originis bonorum aut contractus, ut per totum tit. C.ubi in rẽ actio,uel eſt facienda in loco originis ſeu domicilij, & ubi res ſita eſt, ſed melius erat coram iudice domicilij, qui eſt quoad hoc iudex cõpetens,Rebuff.ubi ſupra num.6.& ſeq. car.378. & informatus de perſona, & fortunis donantis, & conuenit huic conſtitutioni.ideo facias inſinuare donationẽ corã iudice domicilij, uel loci,ubi terrę ſitę ſunt aut loci contractus,uel in loco domicilij,& in loco ubi terræ ſitæ ſunt, ſed de cõſuetudine inſinuãtur corã iudice domicilij, & ita ſeruatur.

7 ¶ Verum quia Bar.in l.Modeſtinus.nu.3. ff. de donat.dicit quod apud quemcunque Iudicem inſinuatio fieri poteſt,etiam cui non ſubeſt donator,nec res donata, quia hoc ex mera donatoris uoluntate cõſiſtit, l.data.in fi.ibi,geſta autem confici ſuper rebus & alibi collatis ubicunque ſufficit, & in l.in hac,C.de donat. ibi,in aliis uerò ciuitatibus ſiue abſens,ſiue præſens Rector prouinciæ ſit,ſiue eadẽ prouincia habeat

Magiſtra-

Magiſtratus ſiue non, & defenſor tantummodo ſit donator,habeat fa
cultatem donationes rerum ſuarum ubicunque poſitarum ſiue apud
Moderatores cuiuslibet Prouinciæ,ſiue apud Magiſtratus, ſiue apud
defenſores cuiuſcunque Ciuitatis,prout maluerit publicare, & ſicut
donatio in uoluntate donantis ſita eſt,ita ei liceat donationem ſuam
apud quemcunque ex memoratis uoluerit intimare, & donationes
in prouinciis,& ciuitatibus ita publicatæ obtineant inconcuſſam, ac
perpetuam firmitatem,Rom.in d.l.Modeſtinus,Guid.Pap.conſi.xxiij.
num.10.ubi allegat Auth.ut fratrum filij,§.illud.ibi,apud quos omnia
talia inſtrumenta confici poſſunt. & quia ſumus in actu uoluntariȩ
iuriſdictionis,ut in Auth.de defenſ.ciuit. §. nulla,dummodo ſit talis iu
dex qui ualeat reddere ius ut in dicta l.in hac.Io.And.in addit.ad Spe
culat.de inſtrumentorum edit.§.porro.Io.Faber Inſtit.de don. §. & cũ
retro,nume.1.Hip.Rimin.in d.§.j.Inſtit.de donat.nume. 162. ponit ex
emplum in Veneto donante rem ſitam Venetijs,poteſt illam inſinua-
re Ferrariæ,Rebuff.ſuper Conſtit.Regiis,tom.ij. in tract.de donat. in-
ſinu.artic.j.glo.v.car.377.num.1. & hæc opinio uidetur magis commu
nis,& illam late defendit Hippol.Rimin.ubi ſupra, reſpondendo & cõ
futando contraria in dicto,§.j.Inſti.de donat.num.165.& ſeq.

8 ¶ Contrariũ tenet Imol.in d.l. Modeſtinus de donat.in fi. ubi dicit qđ
opinio Bar.in d.l.Modeſtinus,eſt contra caſum,l.ſecundum diui. C.eo
dem tit.ubi dicitur quod inſinuatio debet fieri apud iudicem loci cõ
tractus donationis,unde ſubdit dici poſſe dictum Bar.,non procedere
& reſpondet.l.in hac,C.de donat.quod intelligitur coram quocunque
præſide prouinciæ,in qua donatio facta eſt,Capit.deciſ.cciij. num. 13.
colum.7.uidetur cum Imola tranſire Guid.Pap.deciſ.cccxxv.ait quod
debet fieri inſinuatio coram iudice loci contractus,uel donantis,quia
ille dicitur competens, & hoc uidit ſeruari: alias nulla eſſet legis pro
uiſio,& ordinantis inſinuationem fieri cum poſſet eligi ignotus iudex
& fieret fraus legi: alias iudex non poſſet inquirere utrum donãs fue
rit deceptus,inductus,uel ſeductus facit diffinito inſinuationis de qua
ſupra num.1. ſecundum Bal. Canarium, & Rebuff.dum dicunt quòd
eſt publicatio facta coram iudice competenti, & quia iudices inſinua
tionum hodie in Vrbe ſunt Iudices Ordinarij, & in ciuitatibus,& ter-
ris,Rom.Eccleſiæ ſunt poteſtates & alij iuſdicentes, ut dixi ſupra, nu.
4.facit etiam,quia inſinuatio facienda in uim iſtius conſtitutionis cõ-
prehendit tantum loca quæ conſtitutione præfata ligantur, & ſubii-
ciuntur,non autem quæ non ligantur aut ſubijciuntur à conſtitutio-
ne,c.ij.§.Statutum,de conſtit.lib.vj.ubi quod furtum committens con
tra ſtatutum Epiſcopi extra territorium non excommunicatur à ſen
tentia Epiſcopi quia ſubditus extra territoriom non tenetur parere,
l.fi.ff.de iuriſd. omn. iud.ibi,extra territorium iuſdicentis impune nõ
paretur,ubi glo.Bar.& Docto.Gomeſ.in proœm.regul.q.ij.num.1. etiã
in

in his,quæ ſunt uoluntariȩ iuriſdictionis, niſi hoc ei competat iure ſpe
ciali,ut in c.ſtatutum,de præb.lib.vj. Et quod ibi gloſ. & Docto. Rom.
ſing.49.incip.Tu habes. & præſertim coram eo qui non habet imme-
diatè à principe iuriſdictionem,ut in proconſulis legato, qui non po-
teſt manumittere cum non habeat hanc facultatem,l.ij.ff. de offi. pro
con.ubi Bar. Alber.Bal.& alij commmuniter firmant, quod habens iu
riſdictionem uoluntariam ab inferiore à Principe non poteſt illam
exercere extra diȩceſim,Rip.in tract. de peſte,part. ult.§. fin.num.51.
Boer.deciſ. xxx. per tot.late facit,quia ſi in inſinuatione requireretur
decretum ut multi tenent,& dicam infra uerſ.& quamuis,num.14.tũc
decretum tanquam interpoſitum à non ſuo iudice eſſet nullum defe-
ctu iuriſdictionis, & ex actu nullo non impletur ſolemnitas, & forma
ut dixi ſupra glo.iiij.num.7. & ſequen. & licet non requiratur decretũ
in inſinuatione, tamen aliqualis authoritas Iudicis requiritur quæ nõ
poteſt præſtari à non ſuo Iudice, ut infra uerſ.prædicta, ſub nume.15.
Quare in præſenti conſtitutione ſequor iſtam opinionem contra opi-
nionem Bar.& ſequacium,quia uidetur magis conſona rationi,& me-
lioribus authoritatibus fulcita.

9 ¶ Quam declara quando donatio,uel contractus ſit ſactus in loco do-
micilij donantis,uel ubi res ſitæ ſunt,& inſinuatio facta eſt in alio loco
extra territorium & in aliena iuriſdictione,ut in exemplo poſito in §.
j.Inſtit.de donat.per Hip.num.162.Sed ſi contractus, & donatio facti
ſint extra territorium,tunc poteſt inſinuari donatio, & contractus co
ram Iudice loci contractus cum aliquo temporis interuallo, & hoc eſt
quod dicit Oldr.conſi.cclij.in fin. & reprehendit inſinuationem pri-
mæ donationis factæ unico contextu cum donatione, & in die feriata,
ut ex deciſ.caſus ibi poſiti colligi poteſt.

10 ¶ Vnde de inſinuatione debet fieri inſtrumentum ſeparatum, & alia
die,quia inſtrumentum inſinuationis eſt ſeparatum a contractu do-
nationis.l.fi.§.ſimilique modo.ff.de donat.ante nupt.Bar. & Rom.in l.
Modeſtinus,& poſt eos Conſtantius Roger.num.14.ff.de donat. Rom.
conſi.ccxv.in prin.Corn.conſ.ccj.num.5.uol.j.Guid.Pap.deciſ. cccxxv.
num.2.facit quia inſinuatio eſt actus confirmationis,Socin.conſ.lxxx.
colum.pe.& quia conſtitutio requirens inſinuationem nõ limitat tem
pus,ſed indeterminatè loquitur. Ergo ſufficit eam quocũque tempo-
re facere,uel quando donatur,uel poſt quandocunque.l. qui fundum.
ff.de contrah.empt.Bal.conſ.cclvj.uolu.iiij.Canarius de inſinuat.q.ij.
num.5.Aim.conſ.xiiij.num.3.& conſ.lxxxiiij.nume.13.Hipp. Rimin.in
d.§.j.de donat.num.202.& multis ſeq.& faciunt omnes rationes conſi-
deratæ ſupra num.2.hac gloſa,dum diximus cauſas propter quas inſi-
nuatio reperta fuit,& ibi ponuntur plures cauſæ. Et prima,quòd me-
dio tempore donator poſſit deliberare, an ſibi expediat factam dona
tionem inſinuare. Secundo quòd ex reiteratione actus mentis perſe-
ueratio

ueratio cognoſcatur. Tertio, ut tollatur omnis deceptionis ſuſpitio. Quarto, ut tollatur cauſa probandi donantem inductum fuiſſe falſis rationibus donantis, ut conſiderant Ioan. And. in addit. Speculatoris, Oldrad. & alij ſupra relati, quos uide. facit etiam quod ſi parentes uolunt contradicere donationi poſſunt, & tunc iudex debet aliquam examinationem ſuper iſta oppoſitione facere, quæ omnia unico contextu fieri non debent nec poſſunt, ut diximus infra num. 15. uerſ. præfata concluſio.

11 ¶ Et licet Bal. in l. generaliter, §. fi. C. de reb. credi. uideatur dicere qđ instrumentum factum coram iudice ſatis dicitur inſinuatum propter iudicis præſentiam interponentis decretum ſuper contractu Corn. conſi. xxxvj. lib. iij. Rebuff. ſuper conſtit. Regiis, tom. ij. artic. j. gloſ. j. nu. 34. Iul. Clar. lib. iiij. receptar. ſententiarum, uerbo donatio, q. xv. uerſ. quæro etiam. ubi atteſtatur de communi, & ita ſeruari. Pet. Due. in tracta. Reg. reg. ccxxiiij. uerſ. viij. limita. Hip. Rimin. inſti. de donat. §. j. nu. 154. & hæc eſt communis opinio, quæ procedit in locis in quibus non adeſt ſtatutum, uel conſtitutio ſimilis noſtræ conſtitutioni, quæ ultra inſinuationem requirit decretum iudicis pro forma, & quando fit contractus, debet iudex adiri pro decreto interponendo ſuper contractu uel donatione pro ualidatione, uel authorizatione contractus, tunc non ſufficit illud decretum, nec poſſet dici facta inſinuatio ex quo donatio facta eſt coram iudice, qui fuit aditus pro decreto, non pro inſinuatione, Bal. in l. ſi tibi pecuniam, in fin. ff. ſi cert. pet. quem ita declarat, & intelligit Aret. ibi in fi. Bal. conſ. ccclxxv. num. 4. & 5. lib. iij. Tiraq. de retract. parte j. §. xxxvj. glo. ij. num. 22. & 23. Rimin. in d. §. j. de donat. num. 155. mouentur pluribus rationibus & authoritatibus, & præſertim quia diſpenſatio in vno art. non porrigitur ad alium, Bart. in l. cũ ꝓpter, ff. de leg. præſt. Afflict. deciſ. cccxx. nu. 12. Et quia Iudex debet intelligere quid fit: nam ſi nõ intellexit fieri debere inſinuationem, tunc inſinuatio non cenſetur facta, & dicã infra nu. 13. Facit quia inſinuatio eſt adhibita ad tollendas fraudes, ut ſupra nu. 4. Et quia debet fieri alia die, & de ea inſtrumentũ ſeparatũ fieri debet, ut ſ. nu. 10.

¶ Sed ualde dubito propter præmiſſa de uno notabili dicto Gualdenſis in cautelis de arte teſtan. in tit. de mutatione uoluntatis caut. ij. nume. 4. dum dicit quod ſi donator non poteſt adire iudicem pro donatione inſinuanda, remedium eſt quod pro iudice adhibeatur alter Notarius qui iudicis fungatur officio, & alter rogari poteſt cuius authoritate donatio inſinuatur, quia Notarius eſt iudex ordinarius, Gl. & Docto. in l. j. ff. de iud. Alexan. conſi. clvij. lib. ij. Sed ego dubito de iſto dicto propter præmiſſa.

12 ¶ Fieri debet iſta inſinuatio in actis, & ſic coram iudice in iudicio, quia actorum appellatione acta facta in iudicio cõtinentur. l. acta, ubi glo. ff. de re iud. & l. ij. cum gloſſa, in uerbo, acta. ff. de curat. bon. dam. &

l. ij.

l. is apud quem. C. de eden. Alexan. in l. j. in prin. num. 38. ff. de uerbor. oblig. & Bal. in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. colum. iij. uerſ. prædictis. Hip. Rimin. Inſti. de donat. §. j. num. 153. Iul. Clar. in d. §. donatio. q. xv. in fin. quòd pro inſinuatione ſufficit, quod donatio reperiatur in actis de mandato iudicis non propria authoritate Notarij, quia hanc authoritatem non habent Tabelliones, Bart. in d. l. Modeſtinus, Canar. de inſinuat. q. x. & iſta opinio coadiuuatur ab iſta conſtitutione, ibi, inſinuatione facienda in actis, ut ſupra nume. 3. hac gloſſa. Sed tamen, quòd non ſit regiſtranda in actis eſt communis opinio, & ſufficit quod corã iudice publicetur, Ant. Gab. lib. iij. com. opin. de donat. concl. j. nume. 46. & ſeq. Iul. Clar. in §. donator, q. xv. uerſ. ulterius quæro. ubi dicunt ita ſeruari, & quòd poteſt donatio quocunque loco inſinuari, dummodo ſit locus honeſtus.

13 ¶ Et non ſufficit, quòd fiat coram iudice inſinuatio, ſi hoc iudex non intelligit, Bald. conſil. ccclxxv. col. j. lib. iij. Canar. d. q. x. num. 22. de inſinuat. Tiraq. ſuper ll. connub. gloſ. viij. nu. 179. & ſeq. Hip. Rim. d. §. j. de dona. nu. 157. Ideo ſis cautus, ut notificetur iudici inſinuationem donationis faciendam eſſe.

14 ¶ Et quamuis coram iudice facienda ſit, tamen inſinuatio non requirit decretum iudicis, Bar. in l. Modeſtinus, num. 3. ff. de don. Corn. conſ. xxxvj. lib. iij. Barthol. Scarampa inter conſilia feudalia, conſ. iij. num. 7. ubi reddit rationem, quia in quolibet loco honeſto etiam extra tribunal ſolitum iudicis poteſt fieri, eligendo tribunal ad illum actum tantum, ut dixi ſupra, num. 10. in fi. Iul. Clar. lib. iiij. recept. opin. §. donatio. q. xv. uerſ. item quæro. ubi atteſtatur de communi. Canar. d. q. x. de inſinuat. Iaſ. d. conſ. lj. lib. j. poſt num. 1. Ant. Gabr. in tracta. communium concl. lib. iij. de donat. concl. j. lim. xj. per totum, num. 46. & ſeq. ubi ponit certas declarationes. Hip. Rimin. Inſtit. de donat. §. j. nume. 188. & ſeq. ubi comprobat iſtam opinionem per textum, in l. data, & l. in hac C. de donat. ubi dicitur, quòd donatio debet apud iudicem inſinuari. quæ uerba non ſignificant niſi iudicis præſentiam, ut declarat Cin. in l. fi. ad fi. C. qui admitti. & quia inſinuatio fieri poteſt die feriata in honorem Dei, decretum uerò non interponitur die feriata, Guid. Pap. q. ccxv. Hip. Rimin. d. §. j. de donat. nume. 192. & ſequ. licèt Bal. in d. l. illud, col. iij. C. de ſacroſ. eccl. contrarium teneat, quem refert Iaſ. d. cõſi. lj. nume. 1. & Canar. de inſin. num. 20. q. x. in curia tamen ſeruatur contrarium, ut infra nu. 25.

15 ¶ Prædicta concluſio limitatur à Doctoribus, niſi conſanguinei donatoris tempore inſinuationis ſe opponerent, allegantes donationem factam fuiſſe fraude, & dolo donatarij, uel calore iracundiæ donantis, quia tunc requiritur quædam examinatio donationis, & cauſę cognitio, quæ requirit decretum, Bald. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, col. ij. ff. de offi. procon. Iaſ. conſi. lj. num. 1. uolum. j. Hipp. Rimin. in d. §. j.

de

de donat.num.196.& seq.ubi tenet istam opinionem,Ant.Gab. lib.iij.
com.concl.de donat.concl.j.nu.50. Et huic opinioni adhęreo, quia ex
decreto per iudicem interposito cum causæ cognitione in ipsa insi-
nuatione purgatur dolus,metus,fraus,& calor iracundiæ, & ex delibe
rata mente donantis confirmatur contractus,ideo pro cautela dona-
tarij esset interponendum decretum.

16 ¶Et potest fieri insinuatio paulo post donationem, uel in ipsa dona-
tione,aut postea durante uita donantis,quia in constitutione non ap-
ponitur tempus,& insinuatio consistit in propria donatoris facultate,
qui potest semper suam donationem insinuare,sicut & semper dona-
re,& tunc facultas insinuandi nunquam præscribitur, Io.And.in addi.
Specul.§.porro,in additione subscribat.in tit.de instr.edi.Ang. consil.
clxxix.col.fin.uers.ij.est uidendum,ubi dicit quod insinuatio est con-
textualis donationi,ideo potest fieri perpetuò,sequitur Canar.de in-
sinuat.q.iij.num.7.Ruy.consi.44.nu.21.uol.ij.Rimin. in d.§.i. de donat.
instit.nu.209.& seq.Rebuff.super constit.Regijs,tom.ij.in tract.de do-
nat.insinuan.art.j.gl.vlt.nu.2.& seq.dicit recitatis opinionibus, quòd
tam diu potest insinuari, quandiu uiuit donator, & perseuerat iu ea-
dem uoluntate: ideo post mortem sicut non potest donare,ita nō po-
test insinuare:quare bonum esset,ut statueretur tempus ad faciendū
insinuationem,ex quo insinuatio sit in facultate donatoris, & ea quæ
sunt facultatis non præscribuntur, & propterea reprehendit Angel.
Hipp.Rim.ubi supra nu.213.Ideo in Statuto Romano in nouis refor-
mationibus,lib.iiij.c.xviij.statuitur tempus sex mensium ad insinuan
dum a die donationis factæ,alias donatio nulla est, & iuramentū nihil
operatur,facit Hip.ubi supra nu.216.& seq.multa ad id allegat Anto.
Gab.lib.iij.de donat.concl.j.num.67.

17 ¶Sed quid si donatorē penituit ante insinuationē,& donationem im
pugnauit,tunc donatio non potest amplius insinuari. Ita uidetur te-
nere Ang.d.cons.clxxix.col.fi.uers.si tamen donatio,Alc.cōs.ccxxxvij.
in fi.lib.vj.Hip.sing.cccclxxxix.

18 ¶Nec posset insinuari post obitum donatoris,Bald.cons.cclxvij.nu.v.
lib.v.& est ratio,quia sicut mortuus donare nō potest, ita nec insinua
tio fieri,ex quo extrema non sunt habilia secundum doct.Bar.in l.si is,
qui pro emptore,ff.de usucap.cum mors omnia soluat, & tunc nō est
opus reuocare donationem, cum sit ab ista constitutione annullata,
quia hic pro forma insinuatio requiritur, & constitutio habet decre-
tum irritans ibi,etsi facta fuerunt non seruatis supradictis solemnita-
tibus præsumantur dolosè extortæ, & nullam obtineant firmitatem.
& idem dicitur in Statuto Romano,& ita cauetur iure, ut in l. sanci-
mus.§.si quid.C.de donat.Canar.q.v.nume.xiij.in tract.insinuat. Hip.
ubi supra, num.220.

19 ¶A donatore autem insinuatio fieri debet, l.in hac, C. de donat. ibi,
ita

ita ei liceat donationem suam apud quemcunque ex memoratis uo-
luerit intimare.ubi Bar.Bal.Salic.& alij.& auth.eo decursum,C. de do
nat.ant.nupt.ibi,ac si uir,uel alius qui dederit eam non insinuet, & a-
ctus insinuationis requirit solum consensum donatoris,& iudicis prę
sentiam recipientis insinuationem,ut in l.secundum diui.C. de dona.
latè examinat Canar.de insinuat.q.iiij.per totum.

20 ¶Donatarii uerò præsentia non requiritur,quia non interest ei con-
tradicere,& propterea non debet citari in insinuatione facienda,Cin.
Bal.& alij in l.fi.C.qui admitti, Bal.in auth. eo decursum, num.1. C.de
dona.ant.nupt.Ioan.And.in add.Spec.de inst.edit.§.porro.in additio-
ne,subscribat.ad fi.Canar.late de insinua. q.iiij. num. 11. & seq. & hoc
quia insinuatio non requirit causæ cognitionem,idem Canar.ibi q.vj.
nume.14. & seq. & quia actus insinuationis non consistit in contradi-
ctione,Bar.in d.l.in hac,Corn.consi.xxxvj.lib.iij. Rebuff.super constit.
Regiis,tom.ij.in tract.de donat.insinua.artic.j.glos.ulti.num.10. & 11.
& propterea fieri potest in die feriata,Rebuff. ibi num. 12. post Cana
rium,& alios ubi supra.

21 ¶Quod tamen non habet locum,ubi esset facta donatio reciproca,
uel essemus in contractu ultro citroque obligatorio,quia tunc requi-
ritur quòd insinuatio petatur ab utroque,quemadmodum consensus
utriusque in donatione uel cōtractu requiritur,auth.eo decursum. C.
de donat.ant.nupt.ubi est donatio reciproca uiri,& uxoris, & ibi Cin.
Bal.& alij,§.si uero nihil,in auth.de instrum. caut.& fid. ibi, de quibus
licebit sese liberare contrahentes si consenserint utrunque adhoc ue
nire, ut insinuent instrumenta, & profiteantur ea sub gestis muni-
mentorum ipsi contrahentes.ubi glo.in uerb. insinuēt, dicit quod par
tes possunt consentire in instrumento ut insinuetur,quod insinuatum
habet perpetuam rei fidem.ubi Ang.num.15.Canar.in d.trac.de insin.
q. iiij.num.12.in fi.Ioan.And.in addit.Specul.de instr.edit.§.porro.ad-
ditione ultima,in fine dicit,quod in donatione uicissim facta non re-
quiratur insinuatio.ubi alia additio allegat Oldrad. consi. cxxxix. &
Ang.cxlix.& Rom.consi.xxxvj.Ant.Gab.in tract.com.concl. lib. iij. de
donat.concl.j.num.65.limit.xvj.Gomes.in reg.de publica.q.iij.colum.
pen.uers.& tamen insinuatio.

22 ¶Sed qui insinuatio consistit in uoluntate donantis,ipse donans cogi
non potest à donatario ad insinuandum donationem à se factā, quia
insinuare sicut donare est in libera facultate donantis, d.l. in hac, & l.
fi.C.de donat.ante nupt.Canar.in d.tract.de insinuat.q.v.num.13.Hip.
Rimin.in d.§.j.de donat.Insti.num.213.ubi nume.214.declarat nisi le-
ge caueretur quod donans posset cogi ad insinuandum.Vnde ad tollē
das dubitationes cautela est ut in ipsa donatione, uel contractu con-
stituatur procurator ab ipso donatore,uel contrahentibus ad insinuā
dum donationem, uel contractum ultro citroque obligatorium,aut
alium

alium ſimplicem factum à minore, uel muliere, iuxta formam præſentis conſtitutionis, qui procurator quam primum poteſt faciat fieri inſinuationem coram iudice, & ita ſeruari uidi.

23 ¶ Et licet ſupra num. 14. ſit concluſum quòd inſinuatio fieri poſſit coram iudice in quocũque loco honeſto per eum electo ad faciendũ hãc inſinuationem, quia hæc non eſt contentioſæ iuriſdictionis, ſed uoluntariæ, & non requirit cauſæ cognitionem, ſed ſolum præſentiam, & intelligentiam, ideo loco non circumſcribitur, gloſ. in Auth. de defenſo. Ciuit. §. nulla. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtrumento edit. §. porrò. in addit. ſubſcribat. Alex. conſi. clv. num. 6. & 7. lib. ij. Ruin. conſ. xxiij. num. 12. lib. ij. Sed tamen ad cautelam melius erit, ut illa fiat in iúdicio, & iudice ſedente pro tribunali, & ita ſeruari uidi in Vrbe, ut infra num. 25. Pro qua obſeruantia facit gloſ. in Auth. de inſtr. caut. & fide, §. ſi uerò. in uerbo, inſinuent, & Sarnen. in reg. de publ. reſigat, q. ix. colum. iij. Vbi quod publicatio reſignationis debet fieri in loco beneficij, & circa illud ad hoc, ut omnibus innoteſcat ad euitãdas fraudes, ita & donatio publicari debet.

24 ¶ Quis ſit modus inſinuationis uidendum eſt, & primò requiritur ꝙ Notarius donationem, uel contractum redigat in ſcripturam, poſtea coram iudice partibus p̃ſentibus publicet Iudicis authoritate, iuxta doctr. Bal. in rub. C. qui admitti, q. iij. num. 10. & Canar. de inſinuat. q. iij. num. 3. ponit formam Specul. in §. porrò, de inſtr. edit. col. iiij. uer. quid, ponit hanc formam uidelicet quod Notarius dicat hæc omnia in ſcriptis coram N. iudice ſuam authoritatem prebente facta & inſinuata ſunt p̃ſentibus partibus & ſubſcripta in præſentia talium teſtium & poſtea donator ſe ſubſcribat hoc modo. Ego N. donator omnia prædicta fieri rogaui & ſubſcripſi, licet Io. And. in additione ad Speculat. dicat quod ſubſcriptio donatoris, & iudicis non eſt in uſu. & uerum dicit, quia ab illa die uſque ad hæc tempora talis ſubſcriptio donatoris, & iudicis non eſt in uſu. Deinde idem Canar. nu. 5. d. q. ij. ponit aliã formam ex mente Io. And. ibi. & dicit quod contractus donationis ſcribatur totus, & partibus uolentibus coram iudice publicetur, & inſinuetur in fine inſtrumenti dicendo, Acta geſta publicata, & inſinuata ſunt omnia ſupraſcripta coram N. iudice, & in his ſcriptis redacta, ut ſupra in dicto inſtrumento continetur de mãdato, & authoritate prædicti D. Iudicis per me Notarium infraſcriptum de uoluntate, & ad inſtantiam partium prædictarum præſentium, petentium, & uolentiũ præſentibus teſtibus die. & anno curren. hæc forma inſinuationis nõ diſplicet, & eſt ſecundum communem mentem Doctorum: ſed quia Romana Curia eſt aliarum Curiarum Domina, & Magiſtra, uolui uidere quid obſeruetur in inſinuationibus, & practica eſt in inſinuatione expectatiuarum, & literarum Apoſtolicarum, ſi fiat inſinuatio in officio contradictarum, ut Lector contradictarũ ad inſtantiam publicare

uolentis publicè alta & intelligibili uoce de uerbo ad uerbum perlegat, publicet, & inſinuet, ac ad veram, & indubitatam notitiam deducat omnium & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum expectatiuas, ſiue literas apoſtolicas ad ſatisfaciendæ regulæ de publicandis acceptationibus, uel prouiſionibus editæ per S. D. N. Papam, cuius expectatiuæ, & literarum apoſtolicarum tenor eſt talis. Vel dicat Notarius N. talis principalis dedit mihi Notario literas Apoſtolicas per me ad legendum, inſinuandum, examinandum in tali loco. Vnde ego Notarius ad petitionem dicti N. literas Apoſtolicas in præſentia N. Parrochi Vicarij, & teſtium publicè, alta, & intelligibili uoce legi, publicani, manifeſtaui, & inſinuaui, uel in loco beneficij, uel ante Eccleſiam, uel in cimiterio, aut alio loco, uel quando celebrantur diuina, uel in die mercatus, uel quando aderat populi multitudo, iuxtà conſil. Abb. xcix. num. 1. lib. j. Gomeſ. in reg. de publican. q. ix. col. iij. Rebuff. in praxi beneficiali. ſuper regu. de publican. glo. x. num. 3. & ſeq.

25 ¶ Inſinuatio quæ fit de donationibus in urbe, talis eſt forma, uidelicet; comparuit coram primo Col. uel d. Locumtenente, ac pro tribunali ſedente N. donator, ſiue N. eius procurator ſpecialiter deputatus ad infraſcriptam donationem inſinuandam. Cuius publicum inſtrumentum habebat in manibus, illudq́; Domino iudici, ſicut ſupra ſedenti pro tribunali inſinuauit, & notificauit cum omnibus, & ſingulis pactis, conditionibus, & ſtipulationibus in eo deſcriptis, & petijt in actis publicis deſcribi, redigi, annotari, & regiſtrari mãdari, iuxta formam iuris, & Statutorum, & inſuper dictæ donationi cum omnibus in ea contentis per præfatum do. iudicem, ſicut ſupra pro tribunali ſedente decretum, & authoritatem interponi omni meliori modo, &c. Qui quidem d. Iudex, ſicut ſupra pro tribunali ſedens, uiſis, & auditis prædictis, ac illis conſideratis prædicta admiſit, ſi & inquantum, & dictæ donationis inſtrumentum per d. N. in fauorem N. factæ declarauit, fuiſſe & eſſe in iudicio inſinuatum, & illud in actis mei Notarij regiſtrari, deſcribi, & annotari mandauit, ſuumq́; ac dicti ſui officij authoritatem pariter & decretum interpoſuit in præmiſsis, & eorum quolibet omni meliori modo, &c. ſuper quibus &c. Et hæc eſt forma inſinuationis quæ fit hodie in urbe. ex qua colligitur, ꝙ iudex admittit petita per donatorem. Secundò declarat donationis inſtrumentum fuiſſe in actis per dictum donatorem inſinuatum. Tertiò mandat illud in actis regiſtrari, deſcribi, & annotari. Quartò, interponit ſuam authoritatem & decretum in omnibus præmiſsis, ex qua obſeruantia tolluntur quamplura ſuperius dicta num. 22. & ſeq. quæ non ex praxi & continua obſeruantia iſtius curiæ ſumpta fuere, ſed uel ex alijs curijs, uel ex dictis Doctorum, qui magis interpretationi legum, quàm

forensibus negotijs uacare solent. Ideo non est credendum Doctori
legenti allegant consuetudinem, nisi in quantum ea probetur cum
sit quid facti, & facta non præsumuntur. l.in bello.§.factę.ff. de capt.&
postlimin. reuers. & ita seruatur in curia, ut sæpe uidi, & est magis
communis opinio, ut per Deci. consil.ccccij. colum. fin. Bert. consil.
clxij. colum.ij. uolum.j. in antiq. Grat. consil. xij. colum. vij. uolum.j.
Gozad. consil. lix. nume. 18. Villalob. in tractatu communium opin.
uersic. consuetudo. num. 180. Anto.Gab.lib.j. titulo de probat. conc.
iiij.uersi.contrarium, ubi dicit, quòd ista est magis communis, & illam
sequitur Rota Mohed.decis.ccix.& cclxxvj.

26 ¶ Et quia diximus supra de insinuatione contractuum, donationum,
& expectatiuarum, non esset extra materiam aliquid dicere de insi-
nuatione resignationum pro declaratione regularum de publicandis
resignationibus, ex quo Summi Pontifices ad tollendas fraudes, quæ
fiebant per resignantes beneficia, uel in manibus Papæ, aut inferio-
ris à Papa, statuũt in suis regulis, quòd quæcunque beneficia Eccle-
siastica, si in Romana curia infra sex menses, si extra dictam curiam
infra mensem ex tunc ubi dicta beneficia consistunt publicari debeāt,
& possessio eorum ab eis, quos id contingit petitur, & si resignantes
in personam dictorum beneficiorum decesserint beneficia censean-
tur uacare per obitum, non per resignationem, & collationes factæ
nullius sint roboris, & momenti, ista regula facta est ad tollendas frau
des quæ fiebant in resignationibus, ut declarat Corn. consil. cxxxvij.
lib.iij. Gomes. super dicta regula. q.iij. colum.ij.uersi.ij. principaliter
Rebuff.glo.xiij.num.22. Put. decis.ccccxlviij. lib.j. & faciunt dicta su-
pra num.2.

27 ¶ Præterea ista regula facta est in odium resignatarij, quia impedit ei
lucrum, idest, ne resignatarius acquirat beneficium, si non facit publi-
cationem beneficij resignati infra tempus statutum in regula, & non
infligit aliquod damnum ipsi resignanti: quia si resignatarius est ne-
gligens ipse resignãs facit fructus suos, post resignationem perceptos
vsque ad eius obitum, & beneficium uacat per illius obitum, ac si non
resignasset, & in hoc differt ista publicatio resignationis beneficio-
rum ab insinuatione donationis: quia publicatio debet fieri per resi-
gnatarium, nam statim quod resignatio est admissa per superiorem, &
facta collatio resignatario, & facta per resignatarium illius publica-
tione resignans non habet spem aliquam redeundi ad titulum benefi
cij, neque illius possessionem, sed donator non perdit ius bonorum
donatorum, nisi ipse insinuet, uel publicet donationem, & sic duplex
factum donatoris requiritur ubi solus consensus resignantis cum di-
ligentia resignatarij tollit omne ius, titulum, & possessionem resignan
ti. Ideo nota istam differentiam, & propterea alias Rota denegauit
restitu-

restitutionem in integrum minori quatuordecim annorum aduer-
sus omissam publicationem, exquo minor tractabat de lucro, non
de damno; quo casu quando minor tractat de lucro, & quando res
non est integra ei non datur restitutio ad lucrum, gloss. in l. ait præ-
tor.ff.de mino.& Abb.in ca.ex parte, de restit.spol. Put. decis.ccccxlix.
lib.j. Ioan. Cephal. consilio vij. nume. 14. lib.j. & vide infra glossa viij.
num. 189.

28 ¶ Vlterius requiruntur in publicatione resignationis plura. Primò,
quòd resignatio publicata sit quando est facta in curia infra sex men-
ses, si in partibus infra mensem, quæ publicatio in curia fit, quando
infra sex menses expediuntur litteræ in Cancellaria Apostolica, & sol
uuntur iura Cameræ, aut quando bullæ alta uoce leguntur, quando
adest multitudo populi in audientia contradictorum, ut tenet glossa-
tor super dicta regula, & Cassad.super regulis decis.xxij.num.2.& Go-
mes.in dicta reg.de publi.q.ix.ait, quòd in dignitatibus, & Parrochia-
libus fieri debet publicatio in loco beneficij, in simplicibus, in audien
tia contradictarum, Rebuff.uerò in praxi super ista reg.glo.x.num.16.
tenet publicationem in omni beneficio faciendam esse in loco benefi
cij. pro qua opinione facit Abb.consil.xcix. lib.j. & quæ dixi supra nu.
24. quia publicatio est inuenta, ut innotescat Ordinarijs, Rom. consi.
ccccxxxiij.col.j.uersi.j. & expectantibus, & populo qui debet cogno-
scere suum pastorem.

29 ¶ Secundò requiritur, quòd petatur resignataria possessio beneficij
sibi tradi ab exequutore literarum, uel exequutore processus fulmi-
nati, uel ab ordinario, ut in regula ibi, & possessio illorum ab eis quos
id contingit petita fuerit, & in petitione possessionis non apponitur
tempus, & propterea peti potest post sex menses, uiuente resignante,
Gomes. in dicta regula, quæst.viij. vbi attestatur ita seruari in Rota,
& Put. decis.ccxlix. lib.ij. & decis. cccxviij. lib.iij. quicquid dicat Re-
buff.ibi glo.xiij. num.23. qnod publicatio, & petitio possessionis fieri
debet unico contextu infra vel post sex menses, ante tamen obitum
resignantis, & illa verba posita in regula, uidelicet (quos contingit)
respicit exequutores datos in bulla, quorum officium est ponere pro-
uisos in possessione, uel executores nominatos in processu fulminato
uigore clausulæ, Cæterũm, qua datur facultas cuilibet notario Apo-
stolico, ut posit dare possessionem beneficij resignati ipsi resignata-
rio, & ita practicatur.

30 ¶ Tertiò requiritur, quòd resignatarius sit negligens, & permittat
resignantem mori in possessione beneficij ad hoc, ut beneficium ua-
cet per obitũ, nõ per resignationẽ. Gomes.in d.reg.q.xv.tenet, ꝙ si resi
gnans obierit in possessione, & resignatarius nõ docet de publicatio-
ne infra sex menses, & de petitione possessionis ante obitũ resignãtis,

quòd beneficium uacet per obitũ, & ita tenet Put. decis.ccxlix. lib.ij. quasi dicat, quòd impetrans per obitum tenetur probare resignantem decessisse in possessione uerè, & plenè. Resignatarius uerò tenetur probare publicasse, & petijsse possessionem ante obitum illamque continuasse per aliquot menses, cum instrumentalis possessio non sufficiat, Cassad.decis.xxvj.super reg.& Gomes.super dicta regula.q.viij. & continuata possessio non probatur instrumento, Soc.cons. ccv.col.fi.uers.& ita.uol.ij.& Gomes.hic q.xj.intellige tamẽ de possessione instrumentali non solemniter capta: nam si fuit capta solemniter tunc æquiparatur publicationi. Rebuff. in d.reg. glo.x. nume.3.& seq.ut puta si capiatur possessio beneficij in die festiuo, quando in Ecclesia celebratur missa populo, qui in diebus festiuis debet adesse. c.ut dominicis.de Paroch. ibi, antequam missam celebrent, plebem interrogent.& declarat glo.in clem.causam.in uerb.solemniter.de electio.ubi dicit, quòd publicatio solemniter fit, quando fit in publica missa, & populosa, uel sermonibus, uel nundinis, uel alio actu per populum frequentato. Præterea, si resignatarius dicat missam in Ecclesia resignata, uel prædicet uti rector Paris. consilio xxxix.nume. 31.& sequen.vol.iiij. Et si capit possessi onem beneficij præsente populo de die, quando fiebant nundinę in loco beneficij tunc censetur possessio solemniter capta, Rebuff.ibi. numero 8. & sequ. & hoc casu populus agnoscit Pastorem suum, c.omnis.de pęn.& remis.uide infra, num.35.

31 ¶ Facit etiam quòd insinuatio facta præsumitur pro eo, qui possedit rem donatam spatio triginta annorum. Ias. in l. sciendum. col. iij.uersicu.confirmo.ff. de uerbo.obliga.Felin.in ca. sicut. nu.23.de re iudic. Put. decis.cxxxvj.lib.ij. qui loquitur in donatione facta per patrem filio.

32 ¶ Et illa uerba regulæ, Si resignans in possessione decesserit, intelliguntur, si resignans detineat, quia post resignationem non habet resignans possessionem, sed detentationem. Corn.cons.cxxxvij.nume.6. ljb. iij.Achill. super reg. decis.x. Quod tamen non procedit si resignans reseruauerat sibi fructus beneficij percipiendos propria authoritate, dummodo resignatarius ceperit possessionem tituli beneficij tantùm, & posuerit ibi Capellanum respectu tituli ad exercendũ Sacramenta, Achil.super dictis regulis decis.xj. Secundò non procedit quando resignans possideret, ut procurator resignatarij, & constaret de mandato resignatarij, & ad euitandum delictum debemus magis capere istam interpretationem, quòd resignans permanserit in beneficio uti procurator, non nomine proprio, maximè, quia regula est odiosa, l. merito .ff. pro socio cap. estote, de regulis iuris.

33 ¶ Et propterea qui dicit resignãtẽ decessisse in possessione beneficij, debet plenè probare resignantem decessisse in possessionem tituli, & perceptionis fructuũ beneficij cum simus in odiosis, & in priuatione beneficij, quæ inducitur ex possessione resignantis, quia possessor, dominus censetur, l.siue possidetis.C.de probat.ubi gl.Federic.cons.xiij. col.fi.Feli.in c.cum uenerabilis.de except.nu.11.uers.Secus si uacat de iure & de facto. & allegat Rotam, decis.x.de rerum permut.in antiq. & iiij.eodem titulo, in nouis. Vbi quòd sufficit docere permutantem fuisse habitum & reputatum pro uero rectore, & idem dicit tenere Abbatẽ in d.c.cũ venerabilis, in petente beneficium vacans morte alterius. Ideo est opus, ꝙ necessario possessio cum fructuum perceptione concludens nomine proprio, & non alieno probetur, quia aliud est fructus percipere, & aliud esse in possessione. Glos.in uerb.fructus.& ibi Doct.in c.si propter, de rescrip.in vj.& in c.si tibi concesso, de preben.in vj.in glo.uerb.fructus. Vbi quòd uirtute indulgentiæ de percipiendis fructibus non vacant beneficia, & ita seruari uidi.

34 ¶ Reliqua pro declaratione dictæ regulæ, uide apud Gom.in hac regula per xxj.quæstiones, & per Rebuf.per xviij.glossas factas huic regulę, & per Antonium Augustinum in indice decisionum, qui collegit plures Dominorum decisiones, & per Achil.& Reuerendissimum Paleottum, & alios qui secundum casus contingentiam diuersimodè declararunt regulam procedere, uel nõ procedere. Sed quia fel.rec.Pius Papa V. fecit nouam constitutionem, ad quam faciendam motus est, quia cedentes, & resignantes occultè percipiebant fructus ex beneficijs cessis & resignatis prouenientes, Sacramenta uti Rectores, & Prę lati ministrabant, ordines, & indulgẽtias Christifidelibus cõferebant in periculum, & scandalum plurimorum, & cõtrahebant super rebus beneficij resignati, utputa decimis, censibus, oblationibus, & alijs iuribus dictorum beneficiorum, quę omnia tuta conscientia facere non potest resignans seu cedens, quia excessione admissa per superiorem desierat esse Rector Prælatus, & possessor, Rot.decis.iiij.de renunciat. in no.iuxta not.per Innoc.Hostien.& alios in c.admonet.in c.quod in dubijs, & in c.super hoc, de renũciatio. Vnde postea publicatis resignationibus oriebantur lites inter ipsos contrahentes ex vna, & Prælatum tanquam intrusum ex alia ex eo, quia resignatarius, uel successor in beneficio pacta resignãtis seruare nolebat. Ideo optimus Pontifex bene motus est ad statuendum, ut infra.

facit ad casum alia const.° 9 Pl. 13. Bulla 87. fol. 13 uidenda in f. quia pulcra et hodie est in obseruantia

35 ¶ Præsertim, quia & ipse & Ordinarij Collectores post obitum resignantis deludebantur, nam ipsi putabant beneficia uacare per obitũ possessoris, & tamen statim reperiebantur prouisi per resignationes, adeo quòd eorum prouisiones frustratorię reddebantur, & beneficia de persona ad personam per istas fraudulentas resignationes efficiebantur hæreditaria contra iuris dispositionem, Rot.decis.xiij. in fi. de

procura.in no. facit cap. ad extirpandas, de filiis præsbyter, cap. apoſtolica viij. quæſtio.j. ibi, hæreditario iure ualeat uendicare aut expoſtulare cum ſimilibus.

36 ¶Ad tollendas iſtas fraudes, & alia inconuenientia præmiſſa ex quibus cauſa finalis S.D.N. Pap. colligitur, ut diximus ſupra gloſſ.j. Statuit, & ordinauit prudentiſsimè, ut infra ſequitur. Primo quod omnes reſignationes tam factæ uſque in iſtam diem, quàm fiendæ tam in manibus S.D.N. quàm Ordinariorum, ſuper quibus conſenſus pręſtiti ſunt, ſi in curia infra ſex menſes, ſi extra Curiam infra menſem à die datæ ſupplicationis, reſignationis, non præſtiti conſenſus computando in Eccleſia ipſius beneficij reſignati, & in Cathedrali, uel Metropolitana Eccleſia, aut alia ſuperiori cui beneficium reſignatum immediatè ſubeſt ad inſtantiam reſignatarij, uel reſignantis. Si beneficium eſt ſitum extra Eccleſiam Cathedralem, uel ſuperiorem: ſed ſi eſt in Cathedrali, uel Metropolitana aut alia Eccleſia ſitum, in ipſa ſola dum populi multitudo ad diuina audienda conuenerit publicè, & alta, & intelligibili uoce ita ꝙ ad omniũ in eadem Eccleſia exiſtentiũ notitiam uerisimiliter peruenire poſsit publicentur. Ex qua ſanctiſsima Conſtitutione datur forma publicandi, de qua erat controuerſia inter Doctores, ut ſupra num. 30. Tollitur etiam quæſtio à qua die incipiant currere ſex menſes dati ad publicandum, an à die datæ, uel præſtiti conſenſus, & à die datæ incipiunt currere, licèt eſſet controuerſia, ut per Gom. in d.reg.q.vij. Et dum in alia regula erat ſolus reſignatarius obligatus ad publicandum. Ex iſta uterque ad publicandum tenetur, ut ibi, ad inſtantiam reſignatarij uel reſignantis, & dictum eſt ſupra num. 27.

37 ¶Et ſequitur in dicta Conſtitutione S. D.N. Pap. ipſique reſignatarij realem, & actualem poſſeſsionem beneficiorum huiuſmodi realiter, & cum effectu apprehendere, uel ſaltem illam infra prodictum unius, uel ſex menſium terminum, petere ab his ad quos eius traditio de iure, uel conſuetudine ſpectat, uerè non fictè, ſeu perfunctoriè congruo loco, & tempore. ex qua particula tollitur controuerſia inſtrumentalis poſſeſsionis de qua ſupra num. 30. circa medium cum poſſeſſio debeat eſſe realis, & actualis, & ſic cum expulſione colonorum, & ſolemniter, de qua ſupra dicto num. 30. in fine.

38 ¶Et ſi non capiatur poſſeſsio ſolemnis, uel actualis, debet peti infra menſem, uel ſex menſes datos ad publicandum uere, & non perfunctoriè congruo loco, & tempore, & hæc facta fuerunt ad tollendas cõtrouerſias Doctorum ſuper declaratione dictorum uerborum, Ad quos eius traditio ſpectat, uidelicet, ab exequutore literarum Apoſtolicarum, uel ſub exequutore, aut ab ordinario, ut ſupra numero 29.

39 ¶Et ſequitur, Et ſi beneficia litigioſa exiſtant etiam quoad poſſeſsionem, & per alios poſſeſſa fuerunt quorum poſſeſsio capi ex quauis cauſa non poſsit, ſi lis in curia, producantur in actis Notarij cauſæ literæ Apoſtolicæ, uel inſtrumentum conſenſus cum data ſupplicationis cum deſignatione libri, & folij, in quibus ſupplicatio huiuſmodi regiſtrata fuerit infra menſem à die datæ non præſtiti conſenſus numerandi realiter, & cum effectu preſentare, & illud in eiſdem actis annotari facere: hæc particula propterea facta fuit, quia dicebatur regulam præfatam non habere locum in beneficiis litigioſis ſeu in renunciatione iuris, ut per Sarnen. in dicta Regula, quæſtio.xx. & quòd haberet locum tenet Rebuff. in praxi beneficia. ſuper dicta regula, gloſſ. iij. num. 11. & Rota ſæpe uariauit ut ego uidi. ad tollendas iſtas controuerſias S.D.N. Papa uoluit reſignationes publicari apud acta Notarij cauſæ infra menſem à die datę per inſtrumentum conſenſus, uel literas Apoſtolicas.

40 ¶Et reſignatarij, uel eorum ſucceſſores conſenſum ante obitum reſignantis ſi in Curia, in Camera, uel Cancellaria; Si in partibus in actis Epiſcopi, uel Archiepiſcopi, uel alterius Superioris extenſum fuiſſe legitimè docere ſeu probare teneantur. Hęc particula fuit poſita ad tollendos conſenſus præſtitos poſt obitum reſignantis in uim Alexandrinæ, uel Leoninæ Conſtitutionis, de qua per Caſſad. deciſ. j. de renunciatio. & Bero. deciſ. cccxlviij. in fine. & dixi ſupra gloſſ. iij. Alioquin reſignationes, & extenſiones conſenſuum huiuſmodi aliter factæ, & publicatæ, cum omnibus inde ſecutis nouis prouiſionibus, ac ceſsionibus, & reſignationibus, cęteriſque quibuſcunque gratiis nullas, & inualidas, nulliusque roboris, & momenti eſſe ſtatuit, & ordinauit. Et hęc clauſula fuit addita, quia dicebatur regulam non habere locum in retro ceſsionibus, ut per Gomeſ. quæſtio. j. in dicta regula, & quod noua prouiſio ſupplebat publicationem, Simonetta deciſ. xxiiij. & xxv. & Caſſad. ſuper reg. deciſ. xxij. tamen hęc conſtitutio tollit omnes ſimiles cautelas, & ſtatuit fieri debere publicationes ſuper expreſsis caſibus.

41 ¶Et præmiſſa locum habere uoluit in beneficiis conſiſtorialibus de quibus dubitauit Gomeſ. in d.regu.q.5.

42 ¶Item in ceſsionibus ex cauſa permutationis de quibus erat magna controuerſia, ut per Gomeſ.q.iij. in dicta reg. & Rebuff. in praxi beneficiali in d.reg. glo.iij. nu.2. & ſeq.

43 ¶Item in ceſsione ſeu reſignatione cum reſeruatione omnium fructuum propria authoritate percipien. tituli, & adminiſtrationis, de qua per Gomeſ. queſtio.ij. & Rebuff. in d.reg. gloſſ.iij. nu.4. & Pariſ. conſil. xxxix. lib.iiij.

44 ¶Item in præſcriptoribus Apoſtolicis, & aliis Officialibus Ro. Curiæ qui uigore priuilegiorum ſuorum publicare non tenebantur.

45 ¶Item in reſignationibus factis in fauorẽ alicuius S.R.E. Cardinalis,

& in eorum retrocessionibus locū obtinere uoluit, & expressè declarauit, ad tollendam controuersiam. de, qua per Gomes. in d.reg.q.xij.

46 ¶ Et aliter quàm supra statutū est, per S.D.N. Pap. iudicari, definiri, & declarari non potest per quosuis Iudices, cum sit sublata facultas aliter iudicandi cum decreto irritanti. Ideo inconcussè seruanda est dicta constitutio perpetua, præsertim quia utilis, & iucunda est. Et omitto alias quæstiones, quæ possent hic afferri pro declaratione regulæ de publican. resignationibus, & acceptationibus, quoniam ex supradicta constitutione nouum affertur ius, quod in iudicio deducen. est secundum casus contingentiam, ea propter nouam requirit declarationem.

47 ¶ Possem etiam plura afferre pro declaratione casuum contingentiū in insinuatione donationum, & contractuū per Scribentes tractata. Nam de insinuationibus plures scripserunt, uidelicet Antonius de Canario in eius fœcundissimo tractatu de insinuatione. & Rebuff. per plures glossas super cōstitutionibus regijs. Thom.ij. in tractatu de insinuandis donationibus. Iul. Clar. in trac. receptarum sententiarum, §.donatio.q.xv.xvj.xvij.& xviij. Anto. Gabr. in tractatu communium conclusionum, lib.iij. in titu. de donationib. concl.j. per totum, qui regulā, ampliationes, fallentias, & uarias questiones secundū facti cōtingentiam ponunt, quas uide, quia meum non est aliena transcribere.

SVMMARIA GLOSSAE SEXTAE.

1 *Dictio, cum, coniungit summas, & personas.*
Dictio, cum, facit conditionem. circa medium.
Dictio, cum hoc pacto, facit modum, vel conditionem. ad finem.
Item, cum hac conditione, uel onere, facit conditionem. in fine.
Item, quando non faciat conditionem dictio, cum, vide in fine.

2 *Dictio, quibuscunque, est vniuersalis comprehendens ciuitatem, municipium, uniuersitatem corpus, & Collegium.*
Item coniuncta cum dictione, alia, post specialem dispositionem ampliat ad maiora expressis.
Statuti verba generalia non sunt restringenda, præsertim si sunt geminata. circa medium.
Verba vniuersalia geminata ampliant ad dissimilia, & ad casus improprios. ad finem. & non comprehendunt absurdum. ibi. in fine.

3 *Vniuersitas quid sit.*
Vniuersitas non potest excommunicari.
Vniuersitas dicitur persona ficta, vel repræsentata. ad finem.
Vniuersitas, sicut priuatus emit, vendit. in fine.

Vniuer-

Vniuersitas larga habet merum & mixtum imperium.

4 *Syndicus Prouinciæ Marchiæ, à quibus constituatur.*

5 *Vniuersitas minus larga constituit Ciuitatem*

6 *Vniuersitas minima, idest castrorum.*

7 *Vniuersitates scolarium.*

8 *Vniuersitates pistorum, & similium artium.*

9 *Vniuersitas Ciuitatis, & Consiliariorum fit ex Consiliariis, qui sunt hodie loco Decurionum.*
Consiliariis fit consilium publicum, & commune, qui repræsentant populum, & iurant consulere fideliter, & vocantur patres Senatores, & principales Ciuitatis, & plebei ad hoc Consilium non debent assumi.
Consiliarii habent eandem potestatem, quam habebant Decuriones. ad finem.
Consiliarii non possunt torqueri, & an dicantur antiani. in fine.
Antiani qui, & sunt priores. in fine.

10 *Consiliarii Coadunati dicuntur vniuersitas.*
Consiliarii uocandi sunt in palatio publico, & quomodo, et per quem. & nu. 30.

11 *Consiliarii absentes, an sint vocandi.*

12 *Consiliarii debent congregari in Palatio publico, & non in domo priuata.*

13 *Consiliarii debent congregari de mandato Magistratus. & nu. 29.*
Magistratus, vel antiquior ex ordine debet congregare Consiliarios.
Prætor Ciuitatis præses, vel defensor potest congregare Consilium.
Priores hodie solent congregare Consilium. & nu. 59.

14 *Consiliarii congregati in Palatio publico non vocati, an possint aliquid ualidè statuere, sed quid si aliqui essent absentes.*
Decretum iudicis si interuenit in actibus factis ab vniuersitate facit præsumere omnia solemniter acta.

15 *Sonus campanæ an sufficiat pro vocatione Consiliariorum absentium.*
Campana non loquitur, licèt à pluribus audiatur.
Præconis vox est fortior, quàm sonus campanæ.
Edicti vocatio est potentior voce præconis.
Præconi & nuncio non creditur sine commissione.
Campanæ, & tubæ sonus quot repræsentationes habeat. versi. & quot.
Officiali communis asserenti omnes esse vocatos, an credatur. in fine.

16 *Proposita in Consilio debet fieri per superiores, super eo, quòd est consulendum.*
Consilio congregato per quem debet fieri proposita.

17 *Propositio facienda per magistratum debet esse lucida.*
Consiliarii consulendo, quid respicere debent.
Consiliarius præstito iuramento, remotis odio & amore, consulere debet.

18 *Sindicus significat defensorem, & quis dicatur.*
Sindicus dicit causas vniuersitatis.

19 *Rustici turmatim Sindicum constituunt.*
Rustici turmatim venientes ad Principem, sunt remittendi duobus, aut tribus rema-

remanentibus.
20 Sindicatores qui dicantur.
Sindicandi quomodo sint officiales.
21 Sindicus ad contrahendum, pro vniuersitate cum minore, vel alio, non potest constitui sine decreto.
Alienatione prohibita à lege, hypotheca prohibita censetur.
Decretum in arduis, in constitutione sindici requiritur, secus in leuibus. post principium.& nu.23.& 24.
Potestas an possit decretum interponere, in sindico constituen.
22 Decretum requiritur in alienatione rerum Ciuitatis, & in uniuersitate Ecclesiast.ad finem. quòd requiritur in constitutione Sindici ad uendendum bona vniuersitatis. vt ibi.
25 Decretum semper requiritur in rebus communibus ad Collegium, & Prælatū.
26 Sindicus potest cōstitui sine decreto in Ciuitatibus, nō recognoscentib. superiorē.
27 Item vniuersitates inferiores, quæ habent Rectorem, possunt Sindicum sine decreto constituere.
Item, vbi Sindicus constituitur à lege, vel statuto, ibi. in fine.
28 Licentia congregandi Consiliū data per superiorem scienter, habet uim decreti.
Decreti vim habet licentia, scienter data per superiorem congregandi Consiliū.
Decretum debet fieri causa cognita, & in scriptis.
29 Vniuersitas debet congregari mandato superioris, nisi aliud de consuetudine obseruetur.
31 Vniuersitas congregari debet ad minus per duas partes totius Consilii, & factum à maiori parte, valet.
Sindici constitutione ad alienandum duæ partes debent interuenire.
Vniuersitas non potest renunciare solemnitati l. fin. C.de venden. rebus Ciuit.
Venditio rerum vniuersitatis cum his requisitis fieri debet, primo Consiliarius debet mediante iure dicere sententiā suā, et decretū interuenire.& nu.39.
Duæ partes vniuersitatis vocatæ sufficiunt eorum, qui fuerunt vocati, & venerunt. ad finem.
Vniuersitatis congregatio debet fieri ad minus, per duas tertias partes, sed in hoc standum est statutis locorum. ibi.
32 Notario asserenti in instrumento esse duas tertias partes, an sit credendum.
33 Venditor non potest esse testis, pro emptore. ad finem.
Consiliariis an credendum circa numerum Consiliariorum.
34 Maior pars consiliariorum debet congregari, & quæ dicatur maior pars.
35 Consiliariorum nomina debent exprimi in instrumento sindicatus.
36 Itē in magno uel paruo Cōsilio, an sit necessaria expressio nominū Consiliariorū.
Sigillum Communitatis appositum in instrumento sindicatus, facit præsumere pro solemnitate ita, vt non sit necessaria nominum expressio. tamen semper recurre ad statuta, & consuetudines. ibi, in fine.
37 Nomina consiliariorum debent poni in instrumento sindicatus in vniuersitatibus paruis,

paruis, & in Collegijs.
38 In Sindicatu sunt exprimenda bona alienanda.
39 Præsumuntur solemnitates in alienatione bonorum Ciuitatis, quando vtilitas & iusta causa interuenit in alienatione.
Vniuersitas, vt obligetur ex delicto requiritur, quòd sit solemniter congregata.
40 Nomina singulorum de vniuersitate sunt exprimenda in mandato, quando tractatur de obligandis omnibus de vniuersitate.
41 Sindicus quando possit obligare bona singulorum, & vniuersitatis.
Vniuersitas, & singuli obligati possunt singuli conueniri pro virili, nisi sint obligati insolidum.
Homines vniuersitatis vigore statuti insolidum obligari possunt.
Sindicus constitutus ab vniuersitate, quæ habet authoritatem legis condendæ potest singulos de vniuersitate insolidum obligare.
42 Sindicus, vt possit obligare singulos debet esse constitutus à consilio generali, non à consilio credentiæ.
Sindicus constitutus ab vniuersitate inferiore, non potest singulares personas obligare.
Statuta concedi non possunt ab vniuersitatibus status Ecclesiastici, sine authoritate superioris.
Statuta non valent, nisi sint confirmata.
43 Sindicus pro collectis potest omnes obligare.
Collectis possunt singuli per Sindicum obligari.
44 Sindicus potest singulos obligare in rebus concernentibus administrationem suæ Ciuitatis.
Statuta fieri possunt etiam per Ciuitatem status Ecclesiastici in concernentibus administrationem status suæ Ciuitatis.
Statuta pœnalia fieri possunt per Ciuitates habentes suum fiscum.
Cĩtates in quibus casibus sine confirmatione statuta condere possunt. et nu.49.
45 Sindicus constituitur ad obligandum homines de vniuersitate præsentes.
46 Dominus qui habet facultatem l.condendæ, sed non contra iura, an possit singulos suæ vniuersitatis pro debito suo obligare.
47 Sindicus tunc potest singulos de vniuersitate obligare, quando ex iusta causa facta est constitutio.
48 Statuta quòd Ciuitas condere possit.
Statuere, & iurisdictionem exercere, parificantur.
Ciuitas, vel vniuersitas habens omnē iurisdictionē ex priuilegio Principis, uel præscriptione, tunc potest condere statuta sine authoritate superioris.
An in præsentia Principis possit Ciuitas facere statuta. ibi. in fine.
49 Ciuitas quæ iurisdictionem in ciuilibus, vel criminalibus habet, & tunc potest in his, in quibus habet iurisdictionem facere statuta.
Statuta non confirmata, non admittuntur in Prouincia Marchiæ.
Statuta fieri possunt à Collegiis, quæ dicuntur conuentiones.

Collegia possunt condere statuta, & super quibus. & nu. seq.
50 Tutor datur à prætore pro bonis existen. in vrbe, & à præside pro bonis existentibus in prouincia.
Tutores Romani non possunt se ingerere in rebus existentibus in prouincia, nec econtra.
Statutum quòd bona offenden. confiscentur, valet.
Statutum quòd bona non possint alienari in forenses, valet. post principium.
Statuta disponentia circa rem, nō extenduntur extra locū, in quo bona sita sunt.
Statuta disponentia circa personam, quando porrigantur ad forenses, & extra territorium. versi. aut verba statuti.
Primogenitus quando succedat vigore statuti realis, vel personalis. ad mediū.
Forenses quando cōprehendantur in statutis, et quādo non. & nu. seq. ad mediū.
Statutum non porrigitur extra territorium. ad medium.
51 Statutū non porrigitur ad forenses, quando limitat personas ciuiū, & incolarū.
Statutum productum contra aliquem debet probare illum comprehendi sub statuto.
Statutum odiosum prohibens fieri venditionem vicino, non comprehendit forensem. versi. & hoc.
Statutum siue Bulla retractus Sixti, & Leonis est redacta ad terminos iuris per Pium Papam V. ad finem.
52 Statuta contra iura sunt nulla, nec fieri possunt à Communitatibus.
53 Notarius in constitutione non dicat, homines constituerunt talem Sindicum, sed dicat, vniuersitas, & homines constituunt Sindicum.
Sindicatus instrumentum debet concipi per Notarium hoc modo, videlicet vniuersitas, & homines constituunt talem Sindicum.
54 Sindicus constituitur ad dicendas causas vniuersitatis.
Potestas castri est Sindicus vniuersitatis.
Sindicus castri est potestas.
Sindicum facere potest consuetudo vel statutum.
55 Sindicus an sit constituendus de corpore vniuersitatis.
56 Sindicus finito officio tenetur causam per eum cœptam finire.
57 Vniuersitas an videatur approbare actum Sindici gesti ultra mandatum ex eius scientia.
Actus gestus per Sindicum ultra eius mandatum, an per Sindicum approbatus censeatur.
Actus gestus in præsentia domini, quando censeatur de mandato domini factus. & quando præiudicet domino.
Sigillum alicuius producens, præsumitur illius procurator, & pro eo admitti debet.
Scientia sola an inducat mandatum.
Ratificatio gestorum per Sindicum facta censetur, quando Communitas quæsiuit exequi gesta per Sindicum.

Attentatum

Attentatum per procuratorem si statim, quòd sciuit nō reuocat, ratificare censetur. in fine.
58 Vniuersitas obligata in forma Cameræ per sindicum, quando possit excommunicari.
Excommunicari quando possit uniuersitas, uel singulares personæ.
Interdictum generale, uel speciale, quando feratur contra uniuersitatem, uel Collegium.
Interdicto generali, an possit celebrari ianuis clausis.
Absolutio ad cautelam, an detur in interdicto generali.
59 Vniuersitates approbatæ possunt de iure habere res communes.
Decuriones, loco quorum consiliarii gubernant res communes Ciuitatis.
Priores sex consules non repræsentant uniuersitatem, sed sunt præpositi Ciuitatis circa leuia.
60 Collectam imponere non potest uniuersitas, si habet bona sufficientia in communi.
Vniuersitas si habet bona sufficientia in communi, non potest imponere collectas.
Vectigalia noua non possunt imponere uniuersitates recognoscentes superiores.
Interdictum negatorium, seu restitutorium datur contra imponenda noua uectigalia.
Collecta an possit imponi forensibus, & qualiter distribuatur, & an possint plus grauare forenses, quàm curias, etiam ex consuetudine uel statuto.
Forenses an teneantur soluere collectas, & in plus grauari, quàm ciues, & an teneantur ad collectam impositam pro delicto communitatis. in fine.
61 Forensis remoto statuto æqualiter grauari debet sicut ciuis pro terris sitis in eorum territoriis.
62 Statuta ab uniuersitatibus cōdi nō possunt, ut plus grauentur forenses, quā ciues.
63 Incola est, qui agrum habet intra fines alicuius oppidi, in quo se recipit, & ibi plura de incola.
Incola efficitur in eo loco, ubi habet maiorem partem fortunarum.
Domicilium habere quomodo probetur. circa medium.
Forenses non sunt non eximandi, qui habent maiorem partem fortunarum in aliquo loco. circa medium.
Forensis habens magnam partem fortunarum in aliquo loco, uti ciuis tractandus est. ad medium.
Incola est qui utitur, uel uult uti precipuis dictæ Ciuitatis.
Forensis habens bona in uno loco in alio domicilium, debet in utroque loco munera subire. ultra medium.
Incola non est qui habet solam domum in aliqua Ciuitate. ad finem.
Domus sola non facit quem incolam alicuius loci. ad finem.
Domicilium non facit sola domus. in fine.
64 Incola est ille, qui habitauit per x. annos licèt scolaris.

Ciues

Ciues sunt, qui habitarunt per decem annos.
Ciues qui habeantur in vrbe.
65 *Incola animo in vno loco, & originarius in alio loco, in vtroque loco onera subire debet.*
66 *Ciues sunt, qui in municipio nati sunt.*
Filij sequuntur patris, non matris conditionem nisi ex priuilegio.
67 *Vxor incolę sequitur domicilium viri.*
Curiales Maceratenses, sunt ciues omnium Ciuitatum Prouinciæ.
68 *Possessio qualiter acquiratur per vniuersitatem.*
Vniuersitas qualiter acquirat possessionem rerum.
69 *Actor Ciuitatis, qui sit.*
70 *Collegia qualiter constituantur, & ex quibus personis.*
Societates pistorum nauiculariorum, & similium.
Collegia constitui non possunt sine Principis authoritate.
Collegium constituunt tres personæ, & quæ personæ possint interuenire.
Confratriæ vnde sumptę.
Collegia Iudæorum fuerunt approbata ab Augusto.
Collegii proprium est habere aream communem, actorem, vel Sindicum.
Collegia magistrorum artium liberalium, quæ sint. in fine.
71 *Communitas vnde dicta, & quæ sit, & ponitur pro vniuersitate.*
72 *Ciuitas quid sit.*
73 *Ciuitatis appellatione, quando veniat territorium diœcesis Communitatis, vel districtus.*
Ciuis non dicitur, qui non subest Ciuitati.
Statuta vrbis, quando non ligant Tiburtinos. vers. quare.
Ciuitatis appellatione continentur suburbia.
74 *In integrum restituitur vniuersitas, Ciuitas, & Communitas, quia æquiparatur minori.*
Vniuersitas æquiparatur minori.
Præscriptio, quando currat contra vniuersitatem.
75 *Præscribere an possit communitas, quando homines sunt in mala fide, an duret mala fides vsque quo duret unus de Communitate. qui sit malæ fidei.*
76 *Communitas qualiter citetur.*
Citari qualiter debeat Communitas.
77 *Persona spiritualis, quæ sit.*
78 *Personæ appellatione continẽtur liberi, & serui, & an cõprehendat collegium.*
Procurator constitutus contra omnem personã, an comprehendat uniuersitatẽ.
79 *Fauorabilis, uel odiosa sit constitutio, qualiter cognoscatur.*
Constitutio præsens, an sit fauorabilis, vel odiosa.
80 *Constitutio odiosa, quando dicatur.*
81 *Odiosa constitutio, quæ dicatur.*
Constitutio disponens contra iuramenta, dicitur odiosa.

Personarum

81 *Personarum appellatione ueniunt laici, & clerici.*
82 *Spiritualium appellatione quid veniat.*
83 *Spiritualia dicuntur, quæ applicantur personis spiritualibus.*
84 *Dispositio generalis restringitur per dictionem appositam, vt persona spiritualis.*
85 *Qualitas adiecta generalitati, est probanda.*
86 *Laici an comprehendantur in ista constitutione.*
87 *Constitutio hæc de minoribus, semper fuit intellecta habere locum, quando minor contrahit cum laico.*
88 *Constitutio qualiter legenda ibi spiritualibus, vel spiritalibus.*
Spiritalis, & hoc spiritale, quid significet, & qualiter capiatur.
Allusioni vocabuli standum est.
Interpretatio vocabuli qualiter fiat.
89 *Fauorabilis constitutio adiuuanda iuterpretatione.*
Interpretari debet constitutio fauorabilis ad fauorem minoris.
90 *Minoris persona contrahere prohibetur in constitutione.*
Dominium non transfert minor prohibitus alienare.
Contractus factus lege prohibente, est nullus.
Prohibere sufficit legislatori, & facta contra prohibitionem legis nulla sunt.
Legem prohibere sufficit, & facta contra prohibitionem nulla sunt.
Naturalis obligatio non oritur, vbi lex prohibet fieri obligationẽ. circa mediũ.
Iudices sunt prohibiti res mobiles, vel immobiles, in loco vbi ius redditur, sine Principis rescripto uendere. ad finem.
Donationes in fauorem Iudicum, & Rectorum non valent, nisi ex certis causis. ad finem.
Lex si imponit pœnam contrahenti, & annullat contractum, contrahens contra legem incurrit pœnam, & contractus annullatur. in fine.
91 *Edicta Prætorum habent uim legis, & qui facit contra edicta punitur.*
Contra legem fit duobus modis, & quomodo.
92 *Leges qualiter interpretentur.*
Interpretatio legum fit in benigniorem.
Vxoris appellatione sponsa continetur.
Interpretatio in ambiguis, in benigniorem fieri debet partem.
Ambigua uox qualiter interpretanda.
93 *Communis vsus loquendi, quando præferatur proprietati.*
Interpretatio sumenda est in ambiguo, quæ vitio caret.
Interpretatio propria, quando sumenda est. in fine.
94 *Interpretatio legis fit, secundum consuetudinem loci.*
Consuetudo optima legum interpres.
Res iudicatæ habent vim legis.
Interpretatione contractus, & vltimarum voluntatum, more regionis seruandus est.

Con-

Contractus qualiter interpretandi sunt.

95 Casus non comprehensi in lege, quando aliis legibus decidantur.
Lege casus non decisus cum similibus legibus deciditur.
Similia allegantur pro decis. causarum, ubi lege casus non est decisus.
Princeps potest leges condere, & interpretari.
Interpretari leges ad Principem spectat.
Actio utilis datur, ubi deficit actio, uel exceptio.
Interpretatio extensiua qualiter fiat. ad finem.
Et non trahitur ad consequentiam. ibi.
Et restrictiua interpretatio quando fiat. ibi. in fine.

96 Leges priores pro declarandis posterioribus inducuntur.

97 Leges antiquæ contrariæ posterioribus non adducuntur pro illarũ declaratione.

98 Interpretatio non debet fieri contra eum, in cuius fauorem lex facta est.

99 Lex vtilis Reipublicæ interpretatione extendenda.
Interpretari debet lex vtilis Reipublicæ largo modo.

100 Beneficia Principis sunt plenissimè interpretanda.
Interpretanda sunt beneficia Principis latissimè.

101 Lex aliquid concedens in præteritum, in futurum vetare videtur.
Præteritis tributis remissis futura non censentur remissa.

102 Minor contrahens contra legis prohibitionem non obligatur naturaliter.
Obligatio naturalis non oritur, quando quis contra legem contrahit.
Verbum, potest, iunctum cum negatiua, semper negat. circa medium.
Prohibitio legis, aut fit personæ respectu causæ efficientis, vt in furioso, vel in rebus sacris, vel respectu causæ formalis, vt in testamento furiosi. & in casu illo, quia deficit consensus, & sic causa naturalis, tunc non oritur obligatio naturalis. ad finem.
Aut lex prohibet ex ciuili causa mulierem obligari, tunc si mulier obligatur, tollitur obligatio ciuilis, non naturalis. ad finem.
Lex prohibitiua, aut resistit contractui, aut non. si resistit contractui tollit effectum contractus, non contractum. in fine.

103 Naturalis obligatio non oritur, quando lex prohibet actum fieri.
Obligatio naturalis non oritur, quando lex annullat contractum propter defectum formæ. secus, si ob defectum materiæ.
Prohibitio facta emptori censetur facta venditori. in fine.

104 Obligatio naturalis, quãdo lex nõ vult, procedatur sine certa solemnitate. et seq.

105 Minor uel mulier contrahens non seruata forma huius constitutionis, non obligatur naturaliter.
Minori contrahenti contra formam istius constitutionis ista constitutio resistit, præsertim quia respicit futura cum decreto annullatiuo.
Verbum, valeant, idem quod possint, interpretatur. in fine.

106 Minori per istam constitutionem, an sit sublata administratio. in fine.

107 Lex confirmando actum, valet actus. versi. primo.

Lex

Lex infirman. actum cum decreto irritandi, non valet.
Et quando dat remedium contra actum factum, ualet actus, sed pôt rescindi.
Aut imponit pœnam inferens necessario nullitatem actus, & tunc actus est nullus.

108 Legatum factum scribenti est nullum, ultra pœnam legis Corneliæ.
Lex annullans actum factum contra formam illius, & ulterius imponendo pœnam, operatur nullitatem actus.
Et si imponit pœnam, tunc aliquando debetur pœna ultra actus nullitatem.

109 Et an annulletur actus, & debeatur pœna.

110 Lex prohibitiua, aut annullat, aut non: si annullat, actus est nullus; si non, actus ualet licet sit data forma.

111 Lex ex quibus causis prohibeat actum fieri.

112 Lex aliquando resistit actioni, utputa, quando prohibet ex contractu dari alicui actionem, uel audientiam.
Audientia quando alicui denegata censetur.

113 Lex aliquando resistit exequutioni, utputa, ne dominium rei tradat.
Alienatio est prohibita in re minoris, & per consequens obligatio contractus & actio.
Tutor alienans rem minoris sine decreto, ualet quo ad ipsum alienatio, quia tenetur ad interesse. in fine.

114 Lex dicit, quòd factum est ratum non habebo, non impedit nasci obligationem, sed obstat exceptio.

115 Statutum prohibens donationem ualere, si non insinuetur infra sex menses, si non est insinuata, donatio est nulla.
Insinuatio requisita ab ista constitutione debet fieri quam primum potest.

116 Lex quando resistat contractui.
Verba per imperfectis habeantur, significat quòd contractus ad commodum facientis nullus sit.
Verba, fieri non ualeant, important nullitatẽ actus ipso iure, in fi. & 136. in fine.

117 Dolus uerus uel præsumptus, consistens in ratione legis, impedit oriri obligationem naturalem.
Dolus est contra ius gentium.
Contractus non ualet, ubi statutum præsumit dolum, & non oritur, neque ciuilis, neque naturalis obligatio, non seruata solemnitate statuti.
Statutum disponens, quòd si minor contrahit, non seruata solemnitate statuti, etiam quòd iurauerit, præsumatur iuramentum per dolum extortum, & non valeat ipso iure, tunc contractus etiam iuratus erit nullus, circa mediũ.
Dolus præsumptus à statuto non seruata solemnitate annullatur contractus, & iuramentum.
Iuramentum non est seruan. quando annullatur à statuto ex causa iusta, quia præsumit metum, uel dolum in loco, in quo præmissa fieri solent.
Absolutione à iuramento obtenta, minor potest contractum factum non seruata solemnitate dicere nullum.

N Minor

Minor habita absolutione a iuramento, potest contractum per se gestum non seruata forma istius constitutionis dicere nullum, ad medium.

Doli præsumptio statim apparet, quòd forma constitutionis seruata non est.

Præsumptio doli oriens ex statuto, quando forma illius non est seruata, est iuris, & de iure.

Absolutio a iuramento requiritur, quando non est seruata forma istius constitutionis, si minor uult impugnare contractum iuratum per se factum, secundũ Rotæ decisiones.

118 *Statutum annullans actum, & iuramentum non seruata solemnitate illius, non præsumendo dolum in contractu, si statutum est approbatum, uel non approbatum à Papa, tollit contractum & iuramentum respectu partis, sed contra iuramentum præstitum Deo ideo requiritur absolutio.*

Confirmatio statutorum, an debeăt statuta esse uisa, & considerata de mandato Papæ, uel sufficiat confirmatio ex certa scientia, sine uisione statutorum, circa medium.

Constitutiones prouinciales sunt factæ à Legato prouinciæ, confirmatæ à Consilio Lateranensi, & Paulo Papa III.

Iuramentum non tollitur à Constitutione quò ad obligationem quæsitam Deo.

Iuramentum per legem ciuilem in foro seculari probiberi potest, sed non quo ad Deum.

Absolutio à iuramento concedi debet, quotiens lex ciuilis improbat actum iuratum, in fine licèt aliqui teneant, quòd non sit petenda absolutio, ut ibi in fi.

119 *Statutum annullans contractum, non faciens mentionem de iuramento, non comprehendit casum iuratum.*

120 *Statuta inducenda solemnitatem probatoriam, dicuntur continere publicam utilitatem.*

Statutum disponens quòd instrumentum fiat cum tali solemnitate, aliàs illa omissa, instrumentum non faciat fidem: tale statutum, etiam quòd non faciat mentionem de iuramento, operatur quòd iuramentum non probetur ab illo instrumento.

Instrumenta iurata facta non seruata solemnitate statuti, quod tollit fidem instrumentis aliter factis, non probant iuramentum.

Constitutionis uerba ibi, aliquatenus celebrari, tollit potentiam.

Et uerba, nullam obtineant firmitatem, idest contractus nulli existant. in fine, & 134 latè.

121 *Fraus legi quando fiat.*

Legi fraus quando fiat.

122 *Fraudes legi facit, qui uendit, licèt donet.*

123 *Is qui non potest fideiubere, se obligat.*

124 *Nominis mutatione fit fraus legi.*

125 *Fraus fit de tempore ad tempus.*

126 *Fraus fit de quantitate ad quantitatem.*

Fraus

127 *Fraus fit de mensura ad mensuram.*

128 *Fraus fit de uerbis ad sententiam legis.*

129 *Rubrica debet esse generalis ad nigrum.*

Nigrum ampliatur per rubricas.

130 *Procœmium declarat mentem statuentium.*

131 *Dictio, spiritualis, est ambigua.*

Ambigua dictio non demonstrat rem claram.

Minore contrahente in minori ætate, contractus perficitur factus maiore.

Interpretatio qualiter fiat in obscuris, & in ambiguis.

132 *Constitutio est corrupta, in uerbo spiritualibus, quia debet dicere, specialibus ut in Constitutione antiqua.*

Specialibus personis est legen. non spiritualibus.

133 *Consuetudo interpretatiua, qualiter intellexit hanc constitutionem.*

134 *Dictio, nulla, iuncta uerbo futuri temporis in dispositione formam iuducente, importat nullitatem actus.*

Puniri debet contrahens cum minore non seruata solemnitate Constitutionis.

135 *Dictio, nihilominus, quomodo exponatur.*

136 *Constitutionis uerba, fieri nõ ualeant, nec aliquatenus celebrari, quid importet.*

Et important formam, num. 161.

Dictio, factæ, in Constitutione est superflua.

137 *Dictio, nullatenus, importat decretum irritans.*

138 *Dictio, celebrari. i. fieri.*

139 *Contractus facti per minores & mulieres, sine solemnitate propter tot decreta, consensu partium non ualidantur.*

Constitutio hæc non potest declarari nisi à Papa, propter decretum irritans.

Decretum irritans impedit manutentionem.

Decretum irritans in gratia pura, afficit ignorantes.

Decretum irritans appositum in literis Papæ, non est sub dispositione partium.

140 *Decretum irritans appositum in lege, expresse irritat factum contra uerba, uel intentionem legis.*

141 *Decretum irritans censetur appositum in omni lege prohibitiua, uel præceptiua.*

142 *Decretum irritans appositum in priuilegio Principis operatur ante illius publicationem.*

143 *Decretum irritans in gratijs, habet locum quatenus ille uti uelit, in cuius fauorem est appositum.*

Iudex tenetur iudicare iuxta formam decreti producti.

144 *Decretum appositum in gratia pura, cum uera narratiua operatur, aliàs non.*

145 *Decretum appositum in indulto, inficit prouisionem cadentem sub indulto.*

146 *Indulta Cardinalium, aliqua sunt ordinaria, aliqua extraordinaria, & quæ sint.*

147 *Indulta extraordinaria, quæ sint.*

148 *Decretum appositum in indulto regressu, & similibus, impedit collationem.*

N 2 *Decretum*

Decretum irritans non solet respicere præterita, sed futura.

149 *Decreto irritanti apposito in contractu, non deberet derogari per Papam.*

150 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*

Decretum irritans impedit decerni mandatum de manutenendo.

Spoliatus à minore, qui nulliter alienauit, non seruata forma constitutionis propter decretum irritans appositum in confirmatione constitutionum, an sit restituendus.

Decretum irritans tollit vires sententiæ, & illius exequutionem, in fine.

151 *Pœna posita contrahenti arbitrio iudicis, qualis esse debeat in ista constitutione.*

152 *Arbitrium datum Iudici per istam constitutionem, qualiter intelligatur, & ibi multa de arbitrio boni viri.*

153 *Arbitrium Iudicis fugiendum est, & quare.*

Arbitrium quid sit, & multa de arbitrio.

154 *Commissio signata arbitrio, quid operetur.*

155 *Forma quibus signis cognoscatur, & primum signum est, quando exprimitur modus proceden. ab homine.*

156 *Forma inducitur, quando in lege aliquid conditionaliter dicitur.*

157 *Tertium signum est, si ordo omittitur, parans graue præiudicium.*

158 *Solemnitas effectualis dicitur illa, quæ potest post actum interuenire, non forma.*

159 *Forma inducitur, ubi est appositum decretum irritans.*

160 *Ordo est, ubi est prius & posterius.*

161 *Forma censetur data, quando dicitur, aliter fieri non possit.*

162 *Tempus qui non obseruat, formam non obseruat.*

Forma datur ex obseruantia temporis.

163 *Forma datur à statuto disponente, aliter quàm ius commune.*

164 *Forma inducitur, quando Rubrica, & nigrum statuti dicit de forma.*

165 *Forma inducitur, quomodo lex resistit actui aliter fiendo, quam in lege continetur.*

166 *Forma censetur data, quando lex mandat fieri aliquid certo modo, sub pœna.*

167 *Forma inducitur quando aliquid mandatur fieri per dictiones taxatiuas necessitatem inducentes.*

168 *Forma data censetur, quando princeps ex studiosa, & uehementi uoluntate vult actum facere.*

169 *Forma censetur data, ubi interuenit iuramentum.*

Iuramentum in actu interponen. inducit formam.

170 *Formam inducunt consensus, & præsentia consanguineorum.*

Consensus, & præsentia consanguineorum inducunt formam.

171 *Constitutionis solemnitates inducunt formam.*

Solemnitates Constitutionis inducunt formam.

Formam inducunt solemnitates Constitutionis.

172 *Contractus factus contra formam est nullus.*

Forma non seruata quicquid factum est nullum est.

173 *Fideiussiones an annullentur, annullato contractu principali.*

Obligationes accessoriæ, an annullentur, annullato contractu principali.

Curator alienan. sine decreto bona pupilli, obligauit se de euictione, an annullato contractu principali, censeatur obligatio sua de euictione annullata.

L. non dubium, declaratur.

Lex si resistat uenditioni fideiussor non ualet.

174 *Actus a principio nullus, & omnia quæ ei accedunt nulla sunt.*

Nullus si est actus à principio, & omnia quæ sequuntur nulla sunt.

Actus à principio ualidus, ex post non annullatur.

175 *Contractus non seruata forma dictæ Constitutionis, an ualeat in foro conscientiæ.*

Foro conscientiæ an ualeat actus factus, non seruata forma huius constitutionis.

176 *Foro conscientiæ an possit retinere rem alienatam, non seruata forma præsentis Constitutionis.*

177 *Foro conscientiæ tenetur quis restituere rem, quam tenet contra probibitionem legis.*

GLOSSA SEXTA.

CVM quibuscunque uniuersitatibus, Collegijs, & communitatibus, & quibuscunque personis spiritualibus, siue specialibus, fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrare: & si factæ uel celebratæ, fuerint non seruatis solemnitatibus supradictis, præsumantur & fingantur dolosè extortæ, & nullam obtineant firmitatem, & nihilominus contrahens cum minore contra formam superius annotatam iudicis arbitrio puniatur.



1 Vperius in Glossis præcedentibus explicauimus ea, quæ formam in contractibus minorum, uel mulierum inducunt. Nunc uidendum est, cum quibus dicta forma in dictis contractibus seruanda sit. & sequendo ordinem literæ, primò uidendum quomodo intelligatur dictio; Cum, quæ diuersimodè poni solet. aliquando enim coniunctiuè, ut est exemplum in l. si is qui ducenta. ff. de reb. dub. ibi, cum ducentis, quæ apud eum deposui, trecenta lego vbi Iurisconsultus interpretatur quingenta deberi, quia dictio, cum, coniungit 200. cum 300. & sic summas. aliquando coniungit personas ad legata, uel contractus,

utputa Titio cum Seio do lego,quia tunc utriſq; legatum intelligitur, l.ſi quis.§.primo.ff.de lega.primo.ibi, Titio cum Seio do lego, utriſq; legatum eſt. facit l. ſi ſeruo. ff. de ſtat. liber. aliquid etiam declarat Alciat.in l.Gallus.§.quidam rectè. nume. 36. ff. de liber. & poſthu.ubi dicit quod coniungit ęquè principaliter,Hipp. Rimin.in l.prima.ff.de offic. eius, nume.322. & in hac conſtitutione coniungit perſonas, ac ſi dicat, minor contrahens cum quacunque perſona ſeruet formam præfatam. & propterea iſta forma debet ęquè principaliter à minore, & contrahente cum minore denominatis hic,ſeruari.

¶ Aliquando dictio,cum,facit conditionem, vtputa cum Titius annorum xiiij.eſſet factus, legatum fuerit, & is ante xiiij. deceſſerit,ad hæredem eius legatum non tranſit, quoniam non ſolum diem ſed conditionem hoc legatum in ſe continet,dicit text.in l.ſi Titio. ff.quando dies legati cedit,& ex ſequela,uel tacitè inducit conditionem. l. centeſimis.§.ſi ita ſtipulatus,ubi Alciat.nu.3. ff.de uerb.oblig. Ideo quando dicitur,cum hoc pacto,facit conditionem,uel modum, Alexan.conſil.cxix.num.1.lib.j.Aymo conſil.lix. num.1. & quando dicitur (cũ hac conditione uel onere,facit conditionem) Alexan.conſil.cij.num.2. li.j. Pariſ.conſ. xix. num.6.li.ij.& conſil. xxxv. nu. 28. eodem libro ij. Deci. conſ. ccccj. in princ. licèt aliquando non importet conditionem, ut ſi ancilla cum filijs, libera eſſe iuſſa fuerit, quia etiam ſine filijs eſſet libera,ut l. ſi ancilla. ff. de manum. teſtam. & quando eſt adiecta ſolutioni non diſpoſitioni, non facit conditionem ſi tempus eſt certum, Bartol.in l.quodcunque,§.non ſolum. ff.de uerbor. obligatio. ubi Alexan.& Iaſ.

¶ Alijs etiam modis ponitur, de quibus per Doctores in uarijs locis: hæc enim pro nunc ſeruiunt huic Conſtitutioni,ut per Bar. & Doctores in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber.& poſthum.

2 ¶ Dictio, quibuſcunque, eſt uniuerſalis comprehendens Ciuitatem, municipium,uniuerſitatem,corpus & Collegium, l.metum.§.animaduertendum.ff.quod metus cauſa. ibi,uel populus,uel Curia, uel Collegium,uel corpus uim factam à quocunque pretor complectitur.Et poteſt eſſe ratio,quia in uerbis generalibus magis ratio quàm uerba attenduntur,Socin.Iun.conſil.lxx.num.7.uolu.ij.& comprehendit omnẽ actum, Pariſ. conſ.xxxiij. num. 18. lib.iiij. & iuncta cum dictione alia poſt ſpecialem diſpoſitionem ampliat ad maiora expreſsis, Sarn. in reg.de trienn.q.ij.uerſ. tamen iſtis non obſtan.cum ſequen.licèt Sarn. dicat quòd maiora expreſsis debent eſſe ſimilia,non diſsimilia, in ca. cum multis,num.60.de reſcript.in 6. Et ex iſtis uerbis declaratur uoluntas ſtatuentium,uel contrahentium, ad faciendum actum magis ualidum, Alexand.conſ.xcj.num.4.lib.vij.& Socin.conſil.lxv.num.19.& ſeq.lib.j.Deci.conſil.cccj. & præſertim in fine, & Alciat. de uerbor.ſig. lib.j.num. 44.dicit quòd uerba generalia ſtatuti non ſunt reſtringen-

da, pręſertim quando in ſtatuto ſunt geminata,uel repetita: quia tūc remedia legalia excludere uidentur, Bellon.conſil.xiij.num.9. Rolan. conſil.xxix.num.6.& ſequen.& 19.& ſequen. lib.j. & quando ponuntur iſta uerba uniuerſalia geminata, ueniunt alia etiam diſsimilia,Aymo conſil. 294. num. 7. & ad caſus improprios extenduntur,Tiraq. de retract.par.j.§.j.glo.vij.nu.70.& ſeq.

¶ Veruntamen iſta comprehenſio non debet eſſe talis,quòd ex ea abſurdum ſequi poſsit.Tiraquel.in d.gloſſ.vij.num.29.aliquando importat uniuerſalitatem ex cauſa de pręſente, Guid.Pap. q.ccxxix. Roma. conſil.xxxj.num.31.dicit quòd in legato uerba, quacunque cauſa, ſunt uniuerſalia,& non recipiunt reſtrictionem,ubi additio.uide infra glo. vij. nume.9. Barbat. conſil.xlj. lib.j. colum. ij. ad fin. loquens in ſimili ſtatuto dicit, quòd dictio, Cum quibuſcunque perſonis,comprehendit patrem.

3 ¶ Sequitur in textu, uniuerſitatibus. Videndum eſt quid ſit uniuerſitas,quæ ſecundum Azonem in ſumma, ff. quod cuiuſque uniuerſitatis nomine, eſt plurium corporum collectio, inter ſe diſtantium uno nomine ſpecialiter eis deputato, Hoſtien. verò in ſumma, in titu. de ſindico,num.j.dicit quòd uniuerſitas eſt collectio plurium corporum rationabilium,ſpeciali corpore attributo,& eſt eadẽ cum definitione Azon. niſi quòd addit rationabilium, ad differentiam definitionis Azo.quæ poteſt in grege uerificari,Bald.in Margarita, in uerb.uniuerſitas, il penult. dicit, quòd uniuerſitas eſt conſtituta ex materiali, utputa ex ſingulis de uniuerſitate, & ſic ex aliquo materiali,& habet corpus,quod uidetur & tangitur,& uniuerſitas conſtituitur ex re immateriali,utputa ex uniuerſis,& tunc eſt nomen, & res intellectualis, & vocatur uniuerſitas,quæ ex uniuerſo ſumitur ex intellectu coaceruante iuxta tex.in l.rerum mixtura. ff. de uſucap. & in l. ſicut. ff.quod cuiuſque uniuerſitatis nomine, in fin. ubi uniuerſitas in uno conſiſtere poteſt. Ideo Innocentius in cap. grauem, de ſenten. excommunic. & Bartol.in l. aut facta.§. fin. ff. de pęn.dicunt,ꝙ vniuerſitas eſt nomen iuris non perſonarum,cum in ea ſint pueri unius diei, ſenes, fatui, & ſapientes, & ob id non poteſt excommunicari, cum non habeat animam, Bald.in d.l.ſicut.§.ſi quid,poſt gloſſ. dicitur quod uniuerſitas, & ſinguli homines vniuerſitatis,idem ſunt ſecundum ueritatem, ſed ſecundum fictionem,aliud eſt vniuerſitas, aliud homines uniuerſitatis, quem refert Felin.in cap.cum te,colum.xiij.& Rip.num.43.de reſcrip. Pariſ.conſil.xxvij.nume. 102. lib.j.Deci.conſil.lxj. colum.ij. Anto. Gabriel.lib.vj.in tit.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, concluſ.j. Præterea, Vniuerſitas dicitur quædam perſona ficta, uel repręſentata, l. mortuo. ff. de fideiuſſ. ubi hæreditas repræſentat perſonam defuncti, ſicuti municipium, & Curia, & Societas, Natta conſil.cxlij.nume. undecimo. & iſta conſtitutio loquitur de illa uniuerſitate, de

qua loquitur Rochus de Curte in tract. iurisp. in uerbo, ipse, uel is.q.
xxiij.nu.xxxxj.dum dicit, quòd Vniuersitas est illa, quæ absque alia ex
presione iura uniuersitatis in se continet, sicut est Villa, uel Castrum,
quæ in se continet iurisdictionem, honorem, districtum, & ius patrona
tus, & similia. Vel quòd Vniuersitas sit illa, quæ continet in se corpora
lia, & incorporalia. Quem refert & sequitur Hipp.Rimin.in l.j. num.6.
ff.de offi.eius, cui mandata est iurisdict. quia Rochus cum Canonistis
quærit, An in vniuersitate bonorum uenditorum ueniat iuspatrona-
tus, ut ipsi dicunt in c.ex literis, de iurepat. Sed nos loquimur de vni-
uersitate, idest, de hominum collectione, iuxta definitionem Azon. &
Hostien.de quibus supra. Quæ vniuersitas, sicut quilibet priuatus
emit, uendit, donat, obligatur, & facit similes contractus, de quibus
loquitur constitutio, cum minoribus, & alijs personis.

4 ¶Vniuersitas secundum Barto.in l.j.ff.de dam.infect. est triplex: Vna
est larga, quæ facit prouinciam, & hæc de iure communi habet merũ,
& mixtum imperium.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi.præsid. & con
stituitur sub pluralitate plurium Ciuitatum, sub una Metropolitana
existentium, uel uno preside, Mainer.in l.aliud.§.refertur, num. 28.ff.de
regul.iur. Exemplum posset poni in prouincia Marchiæ, in qua ali-
quando deputati omnium ciuitatum, & locorum, simul colliguntur
authoritate superiorum, & loquuntur de negotijs totius prouinciæ.
Ideo constituunt Sindicum residentem penes Gubernatorem Prouin
ciæ, faciunt certos deputatos Consiliarios, qui consulunt in his, quæ ce
leriter fieri contingunt, constituunt pariter Sindicum, & Sollicitato-
rem in Romana Curia residendo pro defendendis causis Prouinciæ,
quando opus est, necnon nuncium pariter in Romana Curia residen-
tẽ, qui solet necessitates Prouinciæ referre S.D.N.Papæ, Sacratissime
Consultæ, & alijs Præpositis gubernij status Ecclesiæ. Sed isti deputati
non habent aliquod imperium, aut iuriidictionem.

5 ¶Secundo dicit Barto. in dicta l. j.ff.de dam.infect. quòd alia vniuer-
sitas est minus larga, & est illa quæ constituit Ciuitatem, & huic de iu-
re communi coheret iurisdictio usque ad certam quantitatem, & in
leuioribus criminibus, ut in l.j.C.de defens.Ciuit.

6 ¶Tertia, est Vniuersitas minima Castrorum, & Villarum non subdi-
tarum alicui ciuitati, de qua per Barto. consi.cxxxix.lib.j. & in l. pri-
ma, ff.de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Vbi Alciat. & Hipp.
Rimin. in princ.

7 ¶Et vltra Bart. sunt aliæ vniuersitates studiosorum constitutæ à Scho
laribus iuris ciuilis & canonici, uel artium, de quibus loquitur Rebuff.
super concord. in rub. de collat.§.monemus, in uerb. uniuersitatis. &
loquuntur Doctores in auth.habita.C.ne filius pro patre, & Bar.in l.fi.
ff.de iuris.omn.iud.

8 ¶Sunt etiam uniuersitates pistorum, & similium artium, de quibus in
l.j.

l.j.§.Item Collegia Romæ à Senatus Consulto approbata.ff. quod cu-
iusque vniuersitatis nomine. vbi Bald.dicit, quòd huiusmodi Colle-
gia constituta sunt propter obseruationem iustitiæ. Bero.in cap. quæ
in Ecclesiarum, nume.63.& 86.de constitut.Main.in l.aliud.§. refertur,
nume. 18.ff.de regul.iur.ubi plura.

9 ¶Vniuersitas Ciuitatis & Castrorum fit ex Consiliariis, qui hodie lo-
co decurionum sunt subrogati, ut dicit glo.in rub.C.de Decurio.Ci-
uit.lib.x.quam sequitur Barto.ibi, & in l.prima, ff.de offic.assesso. circa
medium dicit, quod ex consiliariis fit consilium publicum, & commu
ne, qui iurant consulere fideliter, & uicem populi repręsentant & di-
cit, quod Decurio dicitur quasi de ordine Curiæ, cum officia Ciuita-
tis, uel Terræ administret. & uocantur patres, & Senatores Ciuitatis
eligunt officiales ex eorum collegio, & eorum nomina in albo scripta
esse debent, cum quęlibet Ciuitas Senatum habeat. Ideo dicuntur
principales Ciuitatum cum eis Respublica commissa sit, & quod ipsi
faciunt, omnes obseruare tenentur, sunt immunes à corporalibus
iniurijs, ut propter hoc uoce libera ualeant commoditates patriæ de-
fensare. Vnde ad hanc dignitatem plebei non assumuntur.ff. de de-
curio.l.honores.§.primo. nec minores 25. annis. & tenentur prouide-
de ciuitati de annona. Lucas de Penna, Ioan.de Plat. in dicta rubrica
sequuntur glossam, dum dicit quod isti Consiliarij habent de iure ean
dem potestatem, & priuilegia, quæ Decuriones habebant, & sic ha-
bent potestatem eligendi Potestatem, & Sindicos, & alios Officiales,
allegat glos.in l. sed si est dolo.§.primo.ff.de dolo. & isti consiliarij non
possunt torqueri etiam finito officio.l.fina.de decurion. & idem Ioan.
de Plat.in dicta rub.& durant eorum priuilegia etiam quod trãseant
ad alias dignitates.l.iij.C.de silentiar.& decur.eorum, lib.xij. Vbi Lu-
cas de Pen.Ioan.de Plat. Ioan. de Neapo. Bald. uero dicit, quod isti
consiliarij dicuntur Antiani Ciuitatum, sed glo. non loquitur de An-
tianis, sed consiliarijs, qui sunt perpetui, ut erant Decuriones. sed An-
tiani sunt Priores, qui sunt temporales. Ideo Bald.non intellexit glos
sam. sed eis hodie, proh.dolor, similia priuilegia non seruantur, quia
quidam Gubernatores licèt iuris consultissimi tamen contemptores
legum, non solum Consiliarios, sed Priores, & administratores Ciuita-
tum pro re leuissima carcerare, & torqueri fecerunt.

10 ¶Isti Consiliarij electi ad repręsentandum Ciuitatem in unum coa-
dunantur, & coadunati dicuntur vniuersitas congregata: sed quan-
do coadunantur debent uocari ad palatium publicum de mandato
Superioris seu priorum, iuxtà consuetudinem locorum, uel per nun-
cium, aut sono campanæ, uel sono tubæ, aut uoce præconis, Bar.in l.ij.
ff.de decre.ab ordi.facien.gl.in l.aliud.§. refertur, ff.de reg.iur.dicit ex
ponen. uerba dicti §. ibi, si publicè populus uocetur, scilicet per tu-
bam, uel uoce præconia, uel campana. Vbi Mainerius nume. 46. & 51,
Bero.

Bero.in c.cum omnes,num.80.de constitu.Ruin.consi clxxxix. num.1.
lib.j.Bal.in l.ij.not.iiij.post euidentialia.C.de decur.lib.x. & nisi coadu
nata credentia sindicus creari non potest, Rol.à Vall. consi.xc. nu me.
3.& 17. lib.j.

11 ¶Sed quid si aliqui consiliarij sint absentes à Ciuitate, an sint uocan
di; glo.Io.And. in c.ij.de testi. lib.vj. dicit quod in tribus casibus tan-
tum sunt uocandi,quos ibi enumerat, & in omnibus aliis casibus gra-
uibus propter identitatem rationis, Abb. & alij in ca.cum omnes, de
constitutio. Main.in d.§. refertur, nume.53. Verum hæc de consuetu-
dine non seruantur forsan propter statuta locorum,& ita dicit Lucas
de Pen.in d.l.ij.C.de decur.col.ij.uers.sed nunquid absentes, quem ui-
de,qui loquitur magistraliter.

12 ¶Et debent congregari in Palatio publico,& non domo priuata,l.ob
seruare,C.de decur.lib.x.Vbi text.dicit solemniter in Curia conuoca
tis.Vbi Bar.Io.de Plat.col.ij.uersi. iij.quæro Luc. de Pen.col.ij. uers. &
nota. Main.in d.§.refertur, nu.44.& seq.

13 ¶Et congregatio huiusmodi fieri debet demandato Magistratus si
adsit,qui Magistratus sunt p̃tores & alij,de quibus in l. quibus,de uer.
sig.Si uero non adest Magistratus,tunc antiquior ex ordine, uel colle
gio reliquos congregare potest,Inno.de maio.& obedi.c.j. ubi cæteri
DoctoresiBar.in l.omnes populi,num.14.in ij.quæstione principali,ff.
de iust.& iure.quem alij ibi communiter sequuntur. Luc.de Pen. in d.l.
ij.uers. Magistratus.Io.de Plat.colum.ij.not.j.dicit quòd Rectores Ci-
uitatis,ut præses,uel defensor,possunt uocare, & congregare Consiliũ
sua authoritate quandocunq; expedit,post Bar.ibi. & illis cessantibus,
antiquior Decurio,seu Consiliarius,cui alij consiliarij parere debent,
& si non parent licèt non habeat iurisdictionem puniẽdi eos,sed pos-
sunt facere quod iustum uidetur cum eis,qui intersunt alijs non expe
ctatis,Bar.in l.j.ff.de albo scriben. Natta consi.j. nume. 4.ultra mediũ.
hodie de consuetudine congregatur Consilium de mandato Priorum
uel aliorum Præpositorum regimini, nisi aliquis esset electus à Prin-
cipe, uel à Papa; quia tunc ille solus posset congregare Consilium,Io.
de Plat.& Ang.ibi,not.iij.

14 ¶Sed quid si Consiliarij non uocati reperiuntur in palatio publico
congregati,an quod illi gesserint,seu statuerint ualeat?& dic ex men-
te Doctorum quòd si omnes Consiliarij sunt congregati,ualeat quod
est gestum nomine uniuersitatis,Bar.in d.l.ij.C.de decurion.lib. x. An
gel.col.j.uers.Imò quæro.Alber. in l.nulli.col.iij. uers. quid si uniuersi,
ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomine. & est ratio,ex quo omnes sunt
congregati,nullus leditur cum sint præsentes,l.etiam,§. fi.ff. de mino.
Gozad.in l.omnes populi,nu.59.ff.de iust.& iure. Et Caccialup. colũ.
xvij.uers.dicit etiam. sed si aliqui essent absentes & non uocati,& cõ-
tradicerent,non ualeret,quia illi absentes potuissent alios in eorum
senten-

sententiam trahere.l.si tres,ff.de arbitris.Maine.in d.§. refertur, num.
47.in fi. Natta consi.cxlij.num.18. dicit quòd quando est congregata
tota uniuersitas, modo actus expediatur à maiori parte, non est curã
dum qualiter sit congregata,& consi. dcxxxvj. nume. 188. dicit,quod
ualet consensus vniuersitatis non seruata forma statuti, cum sufficiat
constare de uoluntate habentis facultatem derogandi statutis, & Rui
nus consi. clxxxix.num.11.lib.j. quòd si interuenit in huiusmodi acti-
bus decretum Iudicis,quòd præsumitur omnia interuenisse:ideo sem
per attende qualiter sit uniuersitas congregata,& an quod actum est
sit factum ab omnibus, uel cum decreto Iudicis aut aliqua parte cõ
tradicente sine decreto Iudicis.

15 ¶Sed quid si requiratur uocatio absentium,ad quos sonus campanæ
attingere non potest, an sufficiat sonus campanæ? & dicas quod non,
ut dicimus in electionibus prælatorum, c. quamuis, de offic. Ordina.
ut not.Archid.in c.præsentium,de testibus.lib.vj.& Luc.de Pen. in d. l.
ij.C.de decur.lib.x.col.fi.uers. Et nota quod in electionibus prælato-
rum,Bar.in l.j.§.hoc autem,ff.ad Senat.Consul. Sillan. ubi Ign.num.4.
dicit quod opinio Bar.est communis,quod requiritur uocatio absen-
tium ubi sonus campanæ attingere non potest, quia campana licèt à
pluribus audiatur,tamen non loquitur,& propterea Imo. in cle. gra-
uis,de sent.excom.dicit, num.8. quod fortior est uox præconis quàm
sonus campanæ,& idem de uocatione facta per edictum, & per Nun-
tium. Vnde quando fit uocatio per præconem debet apparere de cõ
missione facta preconi,Bar.in d.l.ij.C.de decur.lib.x.uers. Nota qđ hic
dicitur,ubi additio. Rol.à Vall.cons. xc. dicit quod nuntio non credi-
tur, & quod est opus decere de commissione, nu.32.& seq. lib. j. Et in
extrauag.ad reprimendum,in glo.per edictum.Main.in.d.l.aliud,§. re
fertur, ff.de reg.iur.num.47.

¶Et quot representationes habeat sonus campanæ,& tubæ, uide Bal.
in l.j. C.de dedititia libertate tollenda,Bero.in c. cũ oẽs,de consti. nu.
82.ponit tres fallentias circa absentes,& an in aliis casibus ultra præ-
missos absentes sint uocandi,uide ibi.Ruin.cons. clxxxix.lib. j. nume.
3.dicit quòd si in instrumento dicatur quod officialis communis asse
rat omnes de uniuersitate fuisse uocatos an credatur ei? & uidetur te
nere quod nõ, tamen num.12.& seq.tenet quod transfert onus probã
di in impugnantem,& interim ualet.

16 ¶Coadunato consilio debent Superiores facere propositionem in cõ
silio super eo,quod esset consulendũ cum ipsis consiliariis,Barto.in d.
l.ij.uers.Nota quod per Superiorem,C.de decurio.lib.x. Ioan. de Plat.
ibi,col.ij.uers.iij.quæro,dicit quod congregato cõsilio debet fieri pro
positio eius rei,de qua deliberandum est,& debet fieri per Superiorẽ,
idest Magistratum,& sic Magistratus proponit in consilio,ut est text.
in l.ij.ff.ad Velleian. Et licèt non constet de huiusmodi propositione,
tamen

tamen actus propterea non uitiatur, uti dicit Bar. & Ioan. de Plat. ubi supra.

17 ¶Propositio itaque facienda erit per Magistratum uniuersitatis dilucidè consiliariis, utputa talis minor uult contrahere cum uniuersitate super tali re, consulant Domini Consiliarij si hoc expediat uniuersitati, & quatenus expediat constituatur Sindicus diligens & fidelis, qui bene intelligat qualiter cum minore sit contrahendum. Bart. in l. omnes populi, num. 16. circa med. ff. de iust. & iur. ubi Caccialup. colum. xvij. uersi. nunc restat. Consiliarij uerò in eorum consiliis debent respicere posibilitatem Communitatis, quia in casu imposibili non datur consilium, in casu uerò posibili uideatur an adsit necessitas, an sit honestum, uel inhonestum, siue utile uel inutlie quod proponitur. Præterea qualitas personarum cum quibus contrahitur, causa super qua fundatur contractus, & illius natura consideretur, l. fi. §. in prouinciis, C. de uenden. rebus Ciuit. Vbi Luc. de Pen. col. iij. uersi. in prouinciis hæc omnia, & quam plura notat. Postea præstito iuramento tactis scripturis, inuocato Dei auxilio Consiliarius remotis amore proprio, commodo, timore, & odio, consulat quid agendum sit. quod consilium si fuerit approbatum ab alijs Consiliariis, exequatur, & constituatur Sindicus, qui contrahat cum minore. & qualiter sic facienda propositio & responsio Consiliariorum ponit Bar. in d. l. omnes populi, q. ij. prin. uers. iiij. quero, num. 19. Caccialup. col. xviij. uers. sed dubitatur, Rol. consi. xc. nu. 20. lib. j.

18 ¶Sed quia Sindicus est constituendus à communitate, ut posit legitime contrahere, uideamus quis sit, & qualiter constituatur, Sindicus est dictio Græca, & significat defensorem, l. fi. §. defensorem, ff. de mun. & hono. Alciat. in c. v. lib. j. parergon iuris, dicit idem contra Suidá, qui dicit Sindicum dici causidicum uel procuratorem. Franciscus Ottomanus in Commentariis uerborum iuris, dicit Sindicum dici defensorem. Hostien. in Summa in ti. de Sindico, §. quis Sindicus, dicit quod ille dicitur Sindicus, qui constituitur ad agendas causas uniuersitatis seu defenden. præsentes, & futuras sine decreto, & dicitur Sindicus, quasi causas singulorum dicens, & Sindicus Græce, Latinè defensor, ut d. §. defensores. Alber. in l. j. num. 5. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, reprehendit glossam ponentem ethimologiam Sindici, quasi singulorum causas dicens, quia non dicit causas singulorum, sed uniuersitatis, quem sequitur Mayner. in d. §. refertur, nu. 35. & 41. ff. de reg. iur.

19 ¶Dicitur etiam formam Sindici habere, qui constituitur à rusticis proponentib. turmatim querelam Papæ contra aliquem eorum. d. subpitum Papæ, quando per Quæstorem coguntur discedere ab urbe, & relinquere duos uel tres rusticos, qui forma Sindicorum tutius uniuersitatis nomine litem peragant, si tamen lis citius hoc modo terminatur, auth. de Quæstor. quæ est nouella 80. c. Si uerò agricolæ.

¶Dicun-

20 ¶Dicuntur etiam Sindici, seu Sindicatores illi, qui eliguntur ab vniuersitate ad sindicandum officiales: quia sicut ad agendum, & defendendum causas vniuersitatis eligitur, ita Sindicus seu Sindicatores eliguntur à Consilio ad reuidendum rationem gestionis officialium, & iudicandum eorum gesta secundum formam Statutorum Prouinciæ. Amodeus in tract. sindic. columna octaua. Natta consi. dcxxxvj. num. 136. & Clemens Papa vij. statuit, quòd omnes Magistratus, & officiales in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, exceptis personis legatorum Illustrisimorum Cardinalium, à Sindicis sindicarentur. & Paulus Papa Quartus statuit, quòd omnes Commissarij pariformiter censuræ Sindicatus subiaceant. & de Sindicatu Iudicum officialium, & Notariorum Prouinciæ, vide supra cap. xxxix. num. 1. lib. ij. & quomodo sint sindicandi officiales, & qui, vide in d. ca. xxxix. lib. ij. per totum. de istis Sindicatoribus ponit Aegid. in ca. j. de Sindico, nu. 1. quòd à iure eorum officium non habet determinationem, cum habeant cognitionem defectuum, & extorsionum officialium finito eorum officio, & in eorum iurisdictione non veniunt ardua meri & mixti Imperij, nisi specialiter essent commissa: ideo recurrendum ad Statuta, bullas Pontificum, & alias eorum facultates.

21 ¶Sindicus electus ad contrahendū pro Communitate, seu Vniuersitate cum minore, non potest eligi, neque deputari sine decreto, quia res ciuitatis, siue vniuersitatis, non possunt sine decreto alienari. Glo. in rub. de decret. decur. lib. x. vbi Luc. de Pen. col. 1. examinat d. glo. & concludit, quòd vbi Sindicus admittitur cum satisdatione de iudicato soluen. vt in l. j. §. fin. C. de satisdat. & l. si ad defendendum. ff. iudica. solui. quam priusquam admittatur tenetur præstare, & si vniuersitas velit hunc releuare ab onere satisdandi iuxta l. si procuratorem. ff. de procurat. notat Speculat. in titu. de procurato. §. vt autem. colum. j. versic. & nota. tunc quia vniuersitas obligat bona Ciuitatis, videtur bona ciuitatis alienare, quia alienatione prohibita à lege, obligatio, hypotheca, & nexus pignoris, penitus prohibita censetur, l. fin. C. de rebus alie. non alienan. vbi glo. & communiter alij. ita dicendum est, quod vniuersitas non potest pro suo Sindico obligare res suas de iudicato soluendo, vel alias sine decreto, iuxta l. fin. §. in prouincijs. de venden. rebus ciuitatum. ibi, vt ita demum (decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente) emptor competentem posit habere cautelam. Vbi Luc. de Pen. columna tertia. versiculo, in prouincijs. glo. in lege nulli. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. ibi, ordo dedit, idest authoritate superioris. Vbi Bar. examinando glosam præfatam, nu. 7. recitat opinionem, tamen dicit esse tutius, ꝙ faciat interuenire decretum Superioris, Abb. ibi dicit opinionē contrariā in leuibus esse cōmunē, ꝙ Sindicus cōstituatur ab vniuersitate sine decreto Superioris.

perioris,& sufficiat decretum Decurionum,præterquam in alienatione bonorum Ciuitatis,& in arduis.sed ipse consulit, quod tutius sit interponi decretum.Ang.ibi in glo.dicit, quòd hoc est uerum, si superior præsens est, alias tenet Constitutio sine superioris consensu, secundum Ioan.And.in tit.de Sindico, & Paul.de Cast.num.6. uers.an autem requiratur decretum, dicit quòd quando Sindicus constituitur à Prioribus uel Antianis requiritur decretum : si uerò constituitur à Consilio Ciuitatis, non recognoscentis Superiorem, non requiritur decretum,quia potestas non est superior dictæ Ciuitatis,& tunc sufficit decretum ordinis.Si uerò recognoscit superiorem, à quo ponitur, ut sunt terræ subditæ alteri Ciuitati, uel Papæ, tunc dicit ipse potest glossa tolerari, & ita dicit seruari de facto, quòd in singulis consilijs adsunt Rectores,uel Potestates repræsentantes Principem,& præbentes auctoritatem consilijs,Abb.in c.j.de Sindico,num.5.uers. Tu dic,facit istam distinctionem,quod aut iura, super quibus constituitur,pertinent simul ad rectorem,& ad Collegium,seu uniuersitatem, & tunc non potest uniuersitas sine suo Rectore Sindicum constituere.aut iura spectant ad uniuersitatem tantum, ita quòd superior non habet participium in illis iuribus, tunc potest constituere Sindicum sine potestate,uel magistratu.& in uniuersitatibus inferioribus dicit,quod dictæ uniuersitates possunt Sindicum constituere sine decreto, & quod potest tamen interponi decretum,sed non est necesse,Main.in d. §. refertur,de reg.iur.num.48.& 50. refert opinionem Bar. Bald.& aliorum in l.nulli.postea refert opinionem Abbatis in d.c.j.de Sindico.num.6. cum quo residere uidetur.Natta uerò consil. cxlij. num.17. dicit quod non requiritur decretum,ut probatur in l.j. §.quibus. ff. quod cuiusq; uniuer.no.& alia iura,allegat, in quibus dicitur quod ordo Decurionum simpliciter constituit Sindicum, & nulla fit mentio de decreto. allegat Innocen.Imo.& Abba.in c.fina.de procu. num. 10. ubi dicunt, quod non requiritur decretum superioris, licet Rector uniuersitatis debeat consentire.allegat Ang.de Are.in §.præterea, instit. de except. num.38.uers.sed aduertas. qui dicit quòd Sindicus potest ab uniuersitate creari sine decreto,cui adde Bald.in d. l. nulli, uers.quinto quæritur,& Rol. à Vall.consil.xc.num.5.dicit quod in Sindici constitutione regulariter non requiritur decretum,& propterea ipse Natta asserit hanc esse communem opinionem, præterquam in duobus casibus, videlicet In alienatione rerum Ciuitatis,ut supradixi, & præterquam in vniuersitate Ecclesiastica,quia illa sine suo prælato, nihil potest facere,c.edoceri, cum ibi notat. de rescript. Verùm quia plus creditur Doctoribus examinātib. aliquē articulum quàm alijs simpliciter sequentibus dictum alicuius Doctoris.Paris. cons.xlj.nu.49.li.iiij.Alci.de præsumpt. reg.51. num.4. declarat quando auctores firmant aliquam opinionem, disputando & arguendo circa ipsius ueritatem, & inde se resol-

resoluendo,Ant.Gab.lib.j.de testib.concl.iiij. num. 85. Ideo uideamus quid concludant Doctores examinantes istū articulum,& dicimus.

22 ¶ Primò quod ubi constituitur Sindicus ad uendendum bona uniuersitatis, uel ubi uniuersitas obligat bona uniuersitatis pro facto Sindici,res non habet difficultatem quod requiratur decretum, ut dicit Lucas de Penna in rubrica de decretis Decur. & Corn. consi. cxlviij. nu. 6.& lib.j.ubi etiam quod si non requiritur in sindicatu,requiritur in alienatione,& allegat bona iura,& authoritates,Rolan.consi. xc.nu. 22. lib.j.& est de mente Nattæ d.consi.cxlij.num. 17. & hic est casus noster deseruiens constitutioni, licet uniuersitas etiam per seipsam seruatis seruandis, possit emere & uendere, & non cogatur Sindicum ad hoc constituere, Iason in l.j.§.si autem collegium, num.6. ff.ad Trebel.

23 ¶ Secundo in alijs casibus reperio quod Bar.in l.nulli examinat istam quæstionem, & dicit quod tutius est ut interponatur decretum Iudicis,non obstante doct.eiusdem Bar. in l.actor, nume.8.ff.rem rat. haberi,quia principaliter loquitur de auctore, & de Sindico incidenter, ideo standum est his quæ dixit in l.nulli,ubi examinauit. materiam Alber. dicit idem.Paul. de Cast dicit idem in Ciuitatibus, & locis recognoscentibus Superiorem,& dicit quod ita obseruatur, cum quo transit Corn. consi. cxlviij.num. 13. lib.j. Præterea adest authoritas glossæ Angeli, & Doctorum, & aliorum omnium dicentium quòd in rebus arduis debet interponi decretum Iudicis, & ista uidetur magis communis opinio, & ego non recederē ab ista opinione stante præsertim obseruantia in statu Ecclesiastico, qui recognoscit Superiorem, & in omni ciuitate, & loco residet Potestas, qui exercet iurisdictionem nomine Papæ,ut dicit Pau.de Cast.in d.l.nulli, nu.6.

24 ¶ Tertio, in rebus leuibus uniuersitatis Doctores omnes post Barto. tenent in constitutione Sindici non requiri decretum Iudicis, & in istis terminis potest uerificari communis opinio Nactæ cons.cxlij. num. 17. cum illa communis opinio fundetur in auctoritate Bart. qui consulit, ut tutius sit adhibere decretum in grauibus, secus in leuibus.

25 ¶ Quarto, potest declarari in rebus communibus, ad Collegium & Prelatum, quod in illis semper requiratur decretum prælati iuxta notata per Abbatem in d. c. j. num. 5. de Sindico, & ita etiam declarat Nacta d.cons.cxlij.num.17.

26 ¶ Quinto,in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, uniuersitas sine auctoritate Superioris Sindicum constituere potest,ut dicit Pau.de Cast. in d.l.nulli,num.6.& tangit Alex.in l.iiij.§.actor.ff.de re iudi.nu.21.Ripa nu.41,& dicemus infra.

27 ¶ Sexto, in vniuersitatibus inferioribus, quæ habent suum Rectorē. Istæ enim de consensu Rectoris,& sine consensu Magistratus,aut Episcopi,possunt Sindicum in rebus eorum constituere,Abb.in d. cap.j. num.

nume.5.versicu.an autem de Sindico.

¶Septimò, vbi Sindicus constituitur à lege, uel statuto, uel consuetudine, l.nulli.ff.quod cuius.vniuer.nomine.ubi glossa, & Doct.vide infra, nume.54.

28 ¶Licentia congregandi concilium data per Superiorem uniuersitati habet uim decreti interponendi in creatione Sindici, dicit Bar. in l. actor.num.10. ff.rem ratam haberi. quod dictum Bar. declarat Corn. consi.cxlviij. num. 15.lib.j.quando Superior sciuit coadunandum esse consilium ad creandum Sindicum, uel aliud quid in specie in uniuersitate fieri debebat: secus si Superior non habebat scientiam in specie, sed in genere, & quia tunc illa licentia non operatur decretum, ideo aduertas ad Rolan.consi.xc.num.4.& 30.lib.j.propterea Luc.de Penna in l.fin.col.iiij.C.de uend.re.ciuit. lib.xj. dicit quod huiusmodi decretum est causa cognita interponen.& in scriptis, & ego credo ipsum dicere ueritatem etiam per ea quæ supra diximus glo.iiij.

29 ¶Hæc sunt quantum ad primum requisitũ in creatione Sindici, nũc uideamus de reliquis requisitis.& Bal.in l.nulli, num.2.dicit quòd requiritur etiam quòd uniuersitas congregatur mandato Superioris, ubi allegat multa iura, & nos diximus supra num.10.huius glossæ, nisi aliud de consuetudine obseruetur, cui standum est, Bar. in l.ij. C. de decur.lib.x.Abb.consi.xxxviij.col.fin.lib.ij.Aim. consil. cxxxiiij. col.ij. Rol.consi.xc.num.18.lib.j.

30 ¶Tertiò requiritur quòd coadunatio fiat in loco publico secundum Bal.in d.l.nulli, colum.j.uers.secundo requiritur, & nos diximus nu.11.

31 ¶Quartò requititur quod fiat congregatio ad minus duarum partium totius consilij, & quod factum est à maiori parte ualet, est text. in d.l.nulli.ubi Bal.colum.ij.uersi.iij.& in l.nominationem, C.de decurio.lib.x.Bart. in l.ij.C.de decur.lib. x. & præsertim quando constituitur Sindicus ad alienandum bona Ciuitatis, quia tũc saltem duæ partes ex tribus consilii debent interuenire tam Curialium quàm honoratorum.& possessorum Ciuitatis, ad quam res prædictæ pertinent, & propositis Sacrosanctis scripturis sigillatim unumquenque eorum qui conuenerint, debet sententiam, quam putat utilem designare, ad hoc ut emptor possit competentem cautelam habere, dicit tex.in l.fi. C.de uend.reb.Ciuit.lib. xj. Vbi Luc.de Penna colum.iij. & sequ. dicta uerba declarat, & col.iiij.ad medium, uersi.uidetur.dicit, quòd huic solemnitati non potest renunciari per ciuitatem. & idem tenet Ioã.de Platea ibi, col.fi.uers.Item quæro, & Bar.uers. Sed legibus prohibentibus.Ideo consiliarius debet in alienatione rerum Ciuitatis iurare, si non iurauerit quando fuit assumptus Consiliarius, Luc. de Pen.ibi col. iiij.in fi.uers.in glossa.Ioan.de Plat.colum.j.uers.ex tertia parte.ubi dicit quod omnia debent confirmari ex decreto Præsidis Prouinciæ, & ex tunc emptor erit securus; aliàs poterit uenditio infringi per Ciuitatem

tem, & reuocabit rem cum fructibus, propterea Doctores in d.l.nulli, dicunt quòd debent duæ partes consilij interuenire, Ruin. consil. clxxxix.colum.2.lib.j. Decius in cap. cum omnes, colum. penul. num. 11. de constitu. dicit hanc esse communem opinionem, Rolan.à Valle consil. xc. num.19. lib.j. Berous in d. cap. cum omnes, num. 92. dicit quod Canonistæ, & Legistæ in hoc conueniunt, sed quòd limitatur hęc communis conclusio quando Consiliarij omnes uocati sunt de mandato Superioris, & non uenerunt duæ partes quod propter contumaciam non uenientium omne ius remanet præsentibus, & sufficit quod ex præsentibus duæ partes consentiant, d.l.nulli, & l. nominationum. Idem tenet Natta consi.clxviij.num.6.ubi asserit hanc esse communẽ opinionem, & illam comprobat, & affirmat contra Decium in consil. j.num.4.ubi etiam attestatur quod ita obseruatur in practica, uidelicèt quòd duæ partes legitimè uocatorum præsentes in consilio possint omnia negocia expedire, & in consil.xlvj.num.8. & 9.Caccialup.in l.omnes populi, colum. xx. uersi. ult.examinat hunc articulũ, per duas columnas, & residet cum Canonistis.

32 ¶Decius in d.cap.cum omnes, de constit.col.pen.uersi.prædicta conclusio impugnat supradictam limitationem, & sequitur Bar. in d.l.omnes populi, ubi dicit quod debent esse duæ partes populi, seu consilij, quia non sufficit illos uocatos fuisse nisi duæ partes sint præsentes, quẽ sequitur Gozad.ibi, nu.66.ff.de iust. & iu. & idem dicit Pau.de Cast. in d.l.nulli, nu.7.Bero.d.c.cũ omnes, nu.92.uers.at Legistę, studet concordare opinionẽ Legistarum cum opinione Canonistarum, & facit plures conclusiones quas uide.limitatur etiam ut non habeat locum ubicunq; imminet graue periculum, uel necessitas, quia tunc soli præsentes possunt negotium expedire, Bar.in l.cum Nauarcorũ, C. de nauic. lib.xj.sed ista limitatio est eadẽ cum supradicta, quia hoc ideo fit quia uocati non uenerunt, unde fuerunt contumaces, quare propter contumaciam non uenientium ualet gestum à non contumacibus. Ego enim statutis, & obseruantiæ locorum me remitto, ex eo quia in quibusdam locis adsunt statuta quod Consiliarij Credentiæ sint tot numero, & consilium credentiæ non possit fieri nisi sint coadunati tot Consiliarij, & quod uocatis omnibus consiliariis per pręconem, uel sono campanæ, aut alias cum maiori parte coadunatorum negocia Communitatis expediantur, quæ statuta, & consuetudines tollunt supradictas opiniones Canonistarum. & Legistarum: sed ubi non sunt statuta, & consuetudines, tunc uidetur magis communis opinio Canonistarum, quàm Legistarum, ut refert Natta d.consi.clxviij.num.7.

33 ¶An uerò credatur Notario asserenti duas partes ex tribus interuenisse, Doctores sunt uarii, & Rui.cõs.clxxxix.nu.16.lib.j.tenet ꝙ creditur Notario donec contrarium probetur, Rolan.cons.xc.num.37.lib.j.

declarat quomodo hoc procedat Gozad. in l.omnes populi, num.65.
ff. de iust. & iure, dicit quod standum est Notario donec contrarium
probetur, & declarat quando Notarius dicit congregati asserebant
esse duas partes, quia tunc non statur Notario, quia Notarius refer-
tur quòd asserunt Consiliarij, nec minus consiliarij quòd non possunt
probare contrarium per homines dictæ uniuersitatis, quando omnes
ut singuli se obligauerunt, quia uenditor non potest esse testis pro em
ptore, Deci.d.consi.clxxxix.num.20.& 21.lib.j. & non sufficit dicere ꝙ
in pleno consilio factum fuit, sed est necesse quod dicat Notarius à se-
ipso, quod interuenerunt duæ partes Consiliariorum ex tribus, Aym.
consi.cclxv.num.1.& 2.latè.

34 ¶Quinto requiritur quòd maior pars omnium Consiliariorum si-
uè Collegij congregentur, & illa maior pars debent esse duæ partes,
quia illud dicitur factum ab uniuersitate, quod factũ est à maiori par-
te Consiliariorum, l.quod maior, ff.ad municipales, Bal.in d.l. nulli, co
lum.ij.uers.iiij.ff.quod cuiusque uni.no.

35 ¶Sextò requiritur quòd nomina Consiliariorum constituentium Sin
dicum exprimantur in instrumento Sindicatus faciendo in alienatio
ne rerum Ciuitatis, & in rebus arduis, & ponderosis, per text. in l.fin.
C.de uend.reb.Ciuit. Barto.in l.j.num.5.ff. de albo scriben. facit tres
conclusiones. Primam quando fit Sindicatus ad uendendum seu alie
nandum res Ciuitatis, & tunc est necesse quod nomina Consiliario-
rum scribantur, & allegat auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct.
Eccle.ad fin.ibi, accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibi
dem seruientium, Ioan.de Plat.in d.l.fin.C.de uend.reb.Ciuit. colum-
na ultima, uersicu. item facit.per uerba textus ibi, sigillatim unum-
quemque eorum, qui conueniunt, Alexan.consi.j.num.4.lib. iiij. Corn.
consi.cxlviij.num.5.lib.j.& clxxxi.num.43.lib.ij. Barb. consi.vij.nume.
6.lib. j.Deci.in d.cap.cum omnes, ad fin.Rolan.consi.xc.num. 21.lib.j.
attestatur hanc esse opinionem communem, & nume. 56. admonet
Consiliarios non procedere uelo leuato, & perfunctoriè, sed maturè,
& quod prius fiat reformatio, uel statutum, Abb.in cap. 1. nu.8.de Sin-
dico, allegat Bald. in l. j. ff. de magist. conuen. qui dicit quòd semper
est necessarium, quòd nomina singulorum exprimantur. Gozad.in l.
omnes populi, nume. 60. ff.de iustitia, & iure. Verum tenet contra-
rium Ioan.Andr.relatus per Abb.in cap.j.de Sindico, num.9.Barb.cõs.
xviij.col.j.& ij.lib.iij. & ferè omnes Canonistæ in d. c. j. de Sindico. sed
in alienatione rerum ciuitatis magis communis opinio est, quòd ex-
primantur nomina Consiliariorum.

36 ¶In aliis uerò actibus, uel negotiis, dicit Bar.in d.l.j.nu.5.de albo scri
ben. aut sumus in Collegio magno, & magno Concilio, & tunc dicit
quòd non est necesse exprimere nomina singulorum, allegat tex.in c.
fi. de procur. ibi, quod nisi essent illi in literis procurationis expressi.

vbi glosa dicit, quòd expressio nocet. Bald.tenet idem in l.nulli.col.2.
versi.6.requiritur, ad fin.ibi, sed in collegijs realibus, vt in congrega-
tione Ciuitatis, vel Castri non exprimantur nomina singulorum, sed
numerus uniuersorum, ut quia Notarius dicat in coadunantia inter-
fuerunt trecentum homines, & ultra. & ex quo istud est de consuetudi
ne, ualet de iure. Alberi.in d.l.nulli.nu.3.tenet, quòd non sit necessaria
expressio nominis singulorum, quando dicitur in publico consilio, &
asserit ita obseruari, Abb.in ca.j.de Sindico, nu.9.post Ioan.And.tenet
indistinctè in omnibus actibus, maximè si ibi interuenit Sigillum Cõ
munitatis, cum tunc præsumatur pro solemnitate intrinseca, non sit
necessaria nominum expressio, & quod assertio Notarij facit præsum-
ptionem pro instrumento, & dicenti contrarium incumbit onus pro-
bandi, Deci.in d.c.cum omnes, ad fi.uers.ij.in uniuersitatibus magnis.
de constit.dicit, quòd cõmuniter tenent Doctores, quod non debeant
scribi nomina Consiliariorum, sed tamen quòd in arduis, & quando
res est de longinquo, consilium est, quòd singulorum nomina describã
tur, Gozad.in l. omnes populi, nu.62.ff.de iust.& iure.Barba.cons.xviij.
col.j.& ij.tenet, quod non sit necessaria expressio nominis singulorum
in uniuersitatibus magnis, sed sufficit, quòd per nomen collectiuum
uniuersitas demonstretur, & ista videtur esse communis opinio: ta-
men in multis instrumentis Sindicatus uniuersitatum magnarum, ui-
di nomina singulorum expressa, ideo quicquid de iure, & opinione
Doctorum sit, ad consuetudines, & Statuta loci attendere debet Iu-
risconsultus, & secundum illa consulere, & decidere debet casus
contingentes, præsertim si Statuta, & consuetudines sunt confirma-
ta à Papa.

37 ¶In paruis uerò uniuersitatibus, & in Capitulis Canonicorum, Bart.
dicit, quòd nomina Consiliariorum in instrumentis Sindicatus inseri
debeant, in d.l.j.in fi.de albo scrib. & ita residet Bald.in d.l.nulli, col.
ij.versic. vj, requiritur, ad fin. Corn.consi.clxxxj.num.43. lib.ij. Dec.in
d.ca.cum omnes, uersi.iij.in Collegijs paruis, post Alberic.& alios alle-
gatos per eum, qui tenent contrarium, dicit, quòd tutius est, quòd ex-
primantur nomina Consiliariorum, Barb.cons.xviij.col.viij.lib.iij. se-
quitur Bald. ubi supra, licèt in magnis uniuersitatibus concludat non
esse necessariam expressionem nominum singulorum Cõsiliariorum,
Gozad.in l.omnes populi, nu.63.ff.de iust.& iure.

38 ¶Septimò requiritur, quòd exprimatur in Sindicatu, quæ bona sint
per Sindicum alienanda, aliàs simplex facultas uenden. non sufficit,
Bald in rubr.C.de contrahen.empt.Dec.in d.c.cum omnes, in fin.Bal.
consil.xc.numero 28. lib.j.Gozad.in l.omnes populi, num.61.ff.de iust.
& iure.

39 ¶Ruyn.consil.clxxxix. num.10.lib.j.dicit, tunc uideri in alienatione

bonorum Ciuitatis omnia solemnia interuenisse, quando duę partes Consiliariorum ex tribus interuenerunt, ut supra dictum est, nume. 31. & quando sunt expressa nomina Consiliariorum, ut supra nume. 35. & sequen. Tertio quando ex causa utilitatis ipsius uniuersitatis alienatio facta fuit, & ex causa iusta, & rationabili, Berous in ca. cum omnes, nume. 73. de Constitutio. Pedemont. decis. xvij. num. 8. Quarto quòd adsit decretum Iudicis, ut dictum est supra nume. 21. Quinto sigillum Communitatis apponatur in alienationis instrumento cum ex sigillo magis deliberata uoluntas Communitatis demonstretur. Abb. in cap. j. num. 9. de Sindico, Barto. in l. prohibere, §. plane, num. 2. ff. quod ui, aut clam. dicit quòd in uendendis rebus Ciuitatis multæ requiruntur solemnitates. Ideo remedium, & consilium est quòd facias, quòd ciuitas faciat de hoc statutum, & facto statuto uendas secundum formam statuti, aliàs teneretur ad interesse, ut dicit Alexand. ibi in additione. Et ad hoc, ut obligetur uniuersitas ex contractu, uel delicto requiritur quòd sit solemniter conuocata, & congregata, & quod præcesserit propositio, & consilio dato sequatur deliberatio, ut inquit Curt. Iun. consil. clxxv. nume. 9. in fin. Suares. in tract. communium opinio. litera V. nume. 67. & sequent. Iul. Clar. lib. v. receptarum opinionum, §. fin. quæstio. xvj. uersi. Vlterius quæro. Natta consi. lxxxiiij. nume. 9. nisi ratificet delictum, utputa sustinen. bellum, & alia similia longo tempore, Natta cons. dcxxxvj. nume. 186.

40 ¶ Præterea. Non est omittendum quòd ubi tractatur de obligando singulos de uniuersitate, tunc opus est quod nomina singulorum exprimātur, Bal. in l. j. & in l. Ciuitas, de Magist. conuen. Soc. cons. xcv. uol. iij. & Corn. consil. cxlviij. lib. j. Gozad. in l. omnes populi, nu. 64. ff. de iustit. & iur. Barb. consi. vij. nu. 6. lib. j.

41 ¶ Et iuxta præmissa quæri potest quando Sindicus habens mandatū ad obligandum bona uniuersitatis, & singularium personarum, possit particulariter obligare bona uniuersitatis, & singularium personarū ita, ut ex obligatione prædicta singulares personæ conueniri possint, & Bar. qui format quæstionem in l. iiij. §. actor nu. 9. ff. de re iud. distinguit, aut quis est factus Sindicus ab uniuersitate quæ potest concedere legem, & tunc tale instrumentum habetur pro lege, l. Cęsar. ff. de publi. Docto. in l. Ciuitas, si cer. petat. & tunc quando Sindicus obligat uniuersitatem, & homines singulares siue personas, tunc possunt conueniri singulares personæ pro uirili, non tamen insolidum nisi obligauerit particulares personas, & quamlibet earum insolidum, Bald. in l. j. num. 2. C. ne filius pro patre, impugnat istam doctrinam Bartol. & dicit, quòd istud mandatum non fuit factum animo legis condendæ, nec est in ea forma propositum deliberatum, & consultum, ut

l. j. de legibus. Vnde qua mente aliquid fiat animaduerti debet, l. penul. ff. de exhib. re. & hoc dicit Bald. ibi, nisi per statutum detur alia forma Sindicantibus fien. Ideo prius debet præcedere statutum, secundò debet fieri Sindicatus adhoc ut singuli teneantur pro uniuersali debito insolidum. quo uerò ad collectas, ut quilibet teneatur secundum uires patrimonij non est dubium, Paul. de Castr. in l. continuus, §. cum quis, nume. 4. ff. de uerb. obligatio. tenet opinionem Bald. pro quo facit Alexand. consil. xliiij. num. 5. lib. j. Alexan. in d. l. iiij. in prin. num. 21. ff. de re iud. sibi contrarius reprehendit Bald. ubi supra, & tenet opinionem Barto. & num. 24. studet opiniones præfatas concordare, Iason in d. l. iiij. num. 22. uersicu. circa primum, dicit ꝙ opinio Barto. est communis, & Rip. ibi, nume. 39. dicit quod si factum est mandatum à generali consilio, quod habet authoritatem legis condendæ, quòd potest singulos obligare, cum tunc quilibet ex suo mandato conueniatur, & dicit quòd est communis opinio. Quod secus est dicit ipse num. 40. si non est factus Sindicus à consilio generali, sed priuato, utputa credentiæ, quia tunc non potest obligare singulares personas non consentientes, & in istis terminis intelligendum est consil. Barb. vij. lib. j. Secundo declara in ciuitatibus inferioribus recognoscentibus Superiorem, quia in istis Sindicus constitutus ab uniuersitate inferiori non potest singulares personas obligare, & ita uidetur tenere Ripa ibi, nume. 41. quod procedit in uniuersitatibus Status Ecclesiastici, quæ omnes non possunt condere statuta sine authoritate Superioris, Barto. in l. omnes pupuli, q. j. ff. de iust. & iure. Vbi Caccialupus, stante præsertim Aegidiana posita supra lib. ij. cap. xxxvj. in qua prohibetur expressè quòd nulla ciuitas faciat statuta, & illa obseruet sine authoritate Superioris. Et propterea in terris Ecclesiæ est expeditum quòd nulla uniuersitas contra uoluntatem Præsidis, aut Papæ, statuta facere potest, & est in obseruantia opinio Bartol. & sequacium in l. omnes populi, quæstio. j. num. 3. ff. de iustitia, & iure. & in l. si quod, colum. fin. uersi. quidam sunt populi, C. de legat. lib. x. & Bald. in l. fin. C. de iurisdict. omn. iud. dicit, quòd statuta non ualent nisi confirmentur, & consi. ccxcij. uolum. ij. num. 1. Aegid. Thomat. de collectis, cart. 360. & sequen. & idem Bald. in l. certum, num. 11. C. unde legitimi, tenet quod Marchia, & Spoletum non possunt facere statuta, nisi sint à Superioribus approbata, & confirmata. Afflict. super Constitutio. Regni Siciliæ in præludiis, quæstio. ij. nume. 10. & quæstio. iij. Lanfrancus de Oriano in tractatu de interpretatione Statutorum, col. j. uers. quoddam est Statutum. Si ergo non possunt facere statuta sine confirmatione. ergo non possunt Sindicum constituere ad obligandum singulares. uide quæ dixi supra Constitutio. xxxvj. lib. ij. nisi dictæ uniuersitates obligentur pro collectis, quia tunc collectæ

principaliter ſpectant ad uniuerſos, & ſecundario ad ſingulos pro-
pter bona, quæ poſsident: & iſto caſu Sindicus poteſt omnes obliga
re, l. j. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nom. ubi Bart.
& alij, & facit Alexan.conſil.xliiij.num.5.lib.j. Vel poſſet etiam decla.
rari quando ſinguli de.uniuerſitate inferiori uoluerunt in conſilio Sin
dicum conſtituere in rebus concernentibus adminiſtrationem ſuæ
Ciuitatis, & ſe uniuerſaliter, & particulariter obligare, ut fieri
in dies uidemus: & tunc, quia uoluerunt obligari, ſunt obligati,
quia unuſquiſque rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, & hoc eſt illud
quod dicit Ripa in d.l. iiij. num. 4. uerſicu. mihi uidetur quod opinio
Barto.procedat in uniuerſitate inferiori, ubi quod quælibet Ciui-
tas poteſt ſtatuere in concernentibus adminiſtrationem ſuæ Ciui-
tatis, ſecundum Barto. in l.omnes populi, ff.de iuſtitia, & iure, quæ-
ſtio. j. in primo caſu ubi loquitur de Caſtris, & Villis ſubditis alicui
Ciuitati, Berous in cap. quæ in eccleſiarum, nume.56. & 57. de Con-
ſtitut. Vbi limitat dictam concluſionem tribus modis, nume.58.& ſe-
quen.& Bal.ibi colum.ij.uerſ.ſed puto uerum.dicit quòd Ciuitates ha
bentes ſuum fiſcum poſſunt facere ſtatuta pęnalia, quia de iure ſuo li-
citũ eſt eis ſtatuere, ſecus ſi non habet fiſcum proprium. ex quo ſequi
tur quòd uniuerſitas iuriſdictione carens non poteſt ſtatuta pœnalia
condere, Berous in cap.quæ in eccleſiarum, num.62.& ſequen.de con-
ſtitut. ubi allegat Deciũ aſſerentem hanc eſſe communem opinionẽ.
Vnde cum conſtet de poteſtate, & de uoluntate, quia in Sindicatu uo
luerunt poſſe obligari, ſequitur quòd ualet obligatio ſingulorum fa-
cta per Sindicum, cap.cum ſuper, de offi.deleg.l.cum te, Vbi Bal.C. de
donat.ante nup.& Ripa ubi ſupra, & ita tene.
45 ¶Poteſt etiam declarari præmiſſa concluſio, quod Sindicus particu-
lariter conſtitutus ad obligandum ſingulos de uniuerſitate pro ali-
quo delicto ſeu pęna, aut debito non concernente omnes de uniuerſi-
tate, & tunc talis conſtitutio ad obligandum uniuerſitatem ualet re-
ſpectu præſentium, & nominatorum in Sindicatu, non aliorum non
nominatorum in Sindicatu, Barb.conſil.vij. col. j. & ij.lib.j. Vbi ample
examinat.
46 ¶Sed quid ſi aliquis dominus habet facultatem legis condendæ, ſed
non contra iura, an poſsit ſingulos ſuæ uniuerſitatis pro debito ſuo
obligare? & Imo.conſi.liiij.num.2.tenet quod non poſsit, & eſt ſingula
re conſilium Bero. in c.cum omnes, num. 73.
47 ¶Præterea intelligi debet quãdo conſtitutio Sindici facta eſt ex cau
ſa iuſta, & rationabili, quæ concernat utilitatem uniuerſitatis, Bero.
in c.cum omnes, nu.73.de conſt.Barb.conſi.vij.colum.5.uerſ.præterea
hoc decidit Bar.lib.j.& uide ſupra, nu.39.
48 ¶Et quia dictum eſt ſupra, nu. 44. quòd Ciuitas, quæ poteſt condere
ſtatuta, poteſt bona Ciuitatis obligare, uideamus quando Ciuitas poſ
ſit, uel

ſit, uel non poſsit condere ſtatuta, quæ licèt ſint parum extranea, ta-
men poſſunt utilia eſſe.
¶ Et dicas quod quando Ciuitas, uel uniuerſitas, habet omnem iuriſ-
dictionem ex priuilegio Principis, uel præſcriptione, tunc poteſt con-
dere ſtatuta ſine auctoritate ſuperioris, Bar. in l.omnes populi, nu.4.
ff.de iuſt.& iur.Bal.in c.cum omnes, num.52.de conſtit. dicit, quod li-
cèt collegium non habeat merum & mixtum Imperium, tamen po-
teſt quædam ſtatuta facere, & ſic non omne ſtatuere, eſt meri & mixti
Imperij, niſi quando ordinatur ad ea, quæ ſunt meri & mixti Imperij,
ut l.nulli.C.de ſent.& interloq.omn.iudi. Vbi idem Bald. num.3. dicit
quod loquendo complexiuè, facere ſtatuta: eſt meri Imperij: ſed di-
ſtributiuè, eſt ſecundum rem diſpoſitam, quia eadem eſt qualitas fo-
ri & ſtatuti, & Berous in cap.quæ in Eccleſiarum, num. 56. de conſtit.
dicit quòd ſtatuere, & iuriſdictionem exercere parificãtur, & idem
Bald.in l.humanum, num.2.C.de legib. dicit. & ex hoc infero quod li-
cèt populi poſsint facere ſtatuta, tamen in præſentia Principis non
poſſunt ſine confirmatione, per ea quæ dicuntur ibi in textu. Bartol.
in d.l.omnes populi, in prima quæſt.Bald.in l.fin.C.de iuriſd.omn. iud.
Alex.conſil.cxxiij.num.6.lib.4.Soci.Iun.conſil.xxx. nume.11. lib.j. Af-
flict.in prælud.conſtitut.q.iij.num.3.
49 ¶ Si uerò ciuitas habet iuriſdictionem in ciuilibus, uel criminalibus
limitatam, prout ſunt ciuitates Marchiæ, & tunc in illis in quibus ha
bet iuriſdictionẽ, ſtatuta condere poteſt ſine auctoritate Superioris,
Bar.in l.omnes populi.q.j.num.5.quem ſequitur Bal. colum.ij. uerſ. ibi
notat Compoſtellanus. & dicit quod ita ſeruatur in prouincia Mar-
chiæ, uidelicet quòd Præſides non admitterent talia Statuta non con
firmata, Bart.in l.ſi quod, nume.4. C.de legat.lib.x.& Bald.in dicta l.
omnes populi, in d.colum.iiij.uerſ.in contrarium dicit, quòd quodli-
bet Collegium poteſt condere ſtatuta ſuper facto illius artis, uel pro
feſsionis, quam exercet, non ſuper alijs: nam talia ſtatuta dicuntur
conuentiones, & alijs non nocent, ideo quęlibet vniuerſitas tantam
iuriſdictionem habet in condendis ſtatutis, quantam ipſi habent in
adminiſtratione rerum ſuarum, Caccialup.ubi ſupra, nume.7. in fine,
& ponunt Doctores exemplum quando uniuerſitas faceret Statutum
ſuper uictualibus, & rebus quæ ſunt ad uſum uniuerſitatis, ſine quibus
non poſſet uiuere, tunc poteſt facere Statutum ſine pœna, quod iſti ta
les deducto uſu pro ſe, & familia ſua compellantur vendere, & poteſt
taxare iuſtum precium, Afflict.ſuper conſti.Regni.Sicil.in prælud.q.iij.
nu.5.& ſeq.vbi ponit etiam alia exempla. Vide etiam ſupra num.44.
50 ¶ Et an Statutum factum à cõitate, quæ dat iuriſdictionẽ poteſtati,
in quo diſponitur, quod poteſtas ferat ſnĩam cũ cõſilio ſapiẽtis ualeat,
Imo.in c.ſi pro debilitate, de offi. dele. dicit ualere, quẽ ſequitur, Feli.
ibi col.pe. uer.aut ſtatutum factum per cõitatẽ de rebus ſpectantibus
O 4 ad

ad suum territorium,de quo potest disponere,ualet,l.pupillo,ff. de tu
to.& cura.dat.ab his. ubi prætor dat tutores pupillo pro bonis in ur-
be existentibus,& præses pro bonis in prouincia ad idem, l. Titium,§.
tutores, ff. de administratio. tut. ubi Romani tutores non possunt se
ingerere in rebus prouincialibus,nec è contra,Barto.in l.rescripto,§.
fin.ff.de mun.& hono.ubi quod ualet statutum , quod bona offenden-
tis confiscarentur , quia in rebus propriis ualet statutum, cum sit de
eius iurisdictione . Ideo quando statutum concernit res,ut puta quod
res non posit alienari in forenses,si alienetur non ualeat,dicit Abb.in
cap.quod Clericis, colum. v. uers. quandoque statutum concernit,de
for.comp. Tiraquel.de retractu,in præfatio. partis primæ, num. 14. &
sequen.Natt.consi.cxlviij. per totum,Barto. in l.cunctos populos, nu-
me.42.C.de summa Trin.dicit diligenter uerba Statuti esse inspicien
da ad cognoscendum an posit,uel non posit disponere.& propterea
dicit aut statuta disponunt circa rem , utputa bona decedentium ue
niant in primogenitum , & tunc iudicatur de omnibus bonis secun-
dum consuetudinem , & statutum uigens in loco ubi bona sunt , quia
statutum afficit res ipsas , siue possideantur à ciue,siue ab aduena, ut
l.rescripto,in fi.ff.de mune.& hono.Aut uerba Statuti disponunt, cir-
ca personam, ut per hæc uerba primogenitus succedat,tunc decedēs
non erat de loco ubi statutum uiget , & habebat bona , & tunc statu-
tum non porrigitur ad forenses . aut talis decedens erat de loco sta-
tuti , & tunc primogenitus succedit in illis bonis , in aliis seruatur
ius commune , & statutum non porrigit uires suas extra territo-
rium, l. fin. ff. de iur. omn. iud. quem sequitur Rom. consi.xxxix. nu
me. 3. ubi dicit quod in his quæ sunt extra territorium, habetur sta-
tutum loco priuati , quia non habet iurisdictionem, Tiraquel. de le-
gib. connub. gloss. viij. nume. 228. & in tract. primogeni. quæstio.
xlvj.num.4.& sequen. & num.6. dicit hanc distinctionem non esse ua-
nam prout multi putant,quam comprobat authoritatibus, & ratio-
ne. & de statuto inhabilitante personas uide Anton.Gabriell.de com
mu. conclus. lib. vj. de statut. conclu. vj. ubi ponit regulas , & fallen-
tias.facit Lapp.alleg.xcj.num.7.Alexan.consi.xvj.num.1.lib.j. & consil.
cxxviij.colum.ij.eodem lib.j.Ruin.consil.xlviij.colum.j.lib.j.Curt.Iun.
consi.cx.num 9.Paris.consil.lxviij.num. 9. lib.ij. & est ratio,quia statu-
tum non capit bona existentia extra territorium statuti, Ioan. Lece-
rier in tract.Primogeni.lib.ij.q.x.per tot.Put.decis.cccxliiij.lib.j. & ita
seruari uidi in aliis causis.

51 ¶ Nec etiam porrigitur ad forenses statutum, quando limitat per-
sonas ciuium , ut in statuto Romano, lib.v.cap.xxxvij.dum dicit quod
inter ciues , & Incolas , & districtuales seruetur statutum, Bart. in
l. cunctos populos, C. de sum. Trinit.num. 24. versicu. mihi autem .
Paris.consil.xij.num.8.lib.iij.Aymo consil.cclxxj.uers. iiij. dico,Rolan.
à Val.

à Valle,cōs.xxiiij.nu.19.lib.iij. Vnde allegans statutū contra aliquem,
debet probare illum esse talem, quod sub dispositione statuti compre
hendatur,Paris.cons.xx.num.43.lib.iij.Deci. consil. ccclxxxiij. num.2.
quare statutum Romanum non ligat forenses, Soci.Iun.consil.cxlviij.
num.7.lib.iij.post Bart.in l.j.§.ait prætor. ff. si quid in flum. pub. & ita
seruari uidi .

¶ Et hoc tanto magis in statuto odioso,prout est statutum prohibens
uenditionem fieri debere solum uicino, cum sit contra l.dudum.C.de
contrahen.emptio.ut dicit Tiraq.in præfat.retract.num.30.Socin.con
sil.cclxxij.num.5.ad finem.lib. ij. Bero. in cap.quæ in Ecclesiarum,nu.
me.xlix.de Constitu.dicit,quòd populus non potest facere statuta , ut
tollat ciuibus,quod eis competit de iuregentium.i. dominium , & fel.
rec. Pius Papa V.Pont.Max.in suis litteris, sub dat. sexto Idus Aprilis
Anno sexto sui Pontificatus, reuocando bullas Sixti,Leonis , Pij IIII.
& aliorum summorum Pontificum prædecessorum , in quibus dicti
Pontifices,pro ornatu urbis, in fauorem uicinorum Inquilinorum con
cedebatur facultas retrahendi, & cogendi uicinos & dominos, ad uen
dendum eorum domos,uineas,& casalia uicinis,dum dicit , quia huius
modi bullæ sunt correctoriȩ iuris communis,ideo illius reuocat,& re
ducit ad terminos Iuris communis,& legis dudum,C.de contra.emp.
Quare cum huiusmodi statutum correctorium Iuris communis , sit
odiosum,nec est æquum,aut honestum,ut extendatur ad forenses , ex
quo aufertur libertas,& libera facultas disponendi de rebus proprijs,
Socin.consi.cclxxij.num.4.& 8.& sequen.lib.ij. maximè quando foren-
sis alienat forensi,Ripa lib.j.respons.c.ij.num.11.Burs.consil.viij.num.
27.ideò strictè debet interpretari , vt nō procedat in bonis sitis extra
territorium,siue loquatur in rem, siue in personam, Gozad. in consil.
xlix.num.8.& seq.dicit hanc esse communem opinionem,Brun. de sta
tutis,quod stant.masc.art.8.q.xxv.num.122.& 130. Paris. consil.lxviij.
num.9.lib.ij.Cur.Iun.consil.cviij.num.32.Maria.Socin.consil.25. num.
12.lib.iij.Rol.consil.xxiiij.num.14.lib.iij.Put.refert Rotam sequi hanc
opinionem,deci.cccxliiij.lib.j.

52 ¶ Et simili modo quando Communitas statueret contra iura , quia
tunc statutum est nullum , quia nullus subditus Sedi Apostolicæ , uel
Imperatori,potest statuta condere contra iura,& legem sui Superio-
ris,cap.inferior,xxj.distin.Alexan.consil.cvj.num.3.lib.ij. Rom. consil.
cxviij.num.41.Soci.consi.cclxxij.num.5.lib.ij.Affl.super Consti.Regni
Sicil.in prælud.q.ij.num.10.nisi illi,qui habent iurisdictionem statuen
di, faciant statuta bona, honesta & iustitiam sapientia , Soci. d.consil,
cclxxij.num.8.lib.ij.Berous in c.quæ in Ecclesiarum,num.49. de Con-
stit.& num.50. ibi dicit, quòd per statutum non potest quis dominio
suo priuari & illud quod dicit. num.67.& 68. ibi intelligendum est de
statutis non contrarijs,legi superioris & iuri communi aliàs doctrina
Bero.non est uera.
Et in

¶Et in omnibus istis casibus, sicut Communitas non potest statuere, non posset minus constituere Sindicum ad obligandum bona Communitatis, vt supra nu.41.

53 ¶Et est aduertendum ad constitutionem Sindici, quòd non dicat Notarius, homines talis Ciuitatis constituerunt Sindicum, quia illa verba homines, in duobus verificari possunt, l.in duobus.§.fi.ff.de verbo.sign. Alex.consi.vij.nu.2.lib.j.Oldrad.consil.c.qui loquitur in Canonicis, licèt cõtrarium videatur tenere Gemin.in c.ad decimas, de restitu.spol. lib.vj.& videatur textus in ca.cum omnes, ibi.Tracenses Canonici. vbi Barba.num.8.de consti.& in repet.c.cum M.num.46. & seq.vbi examinat hunc articulum, & tandem num.49.residet cum opinione Oldradi, qui voluit quòd, si est expressum nomen collectiuum, vtputa capitulũ, vel vniuersitas constituit Sindicum, quòd valet talis cõstitutio, & Speculat.in tit.de Sindic.§.j.col.iiij.versi.pono. sequitur Abb. in c.2. de coniu.lepros.nu.6.Ripa in c.cum M. Ferrarien.nu.11. add. ad Alex. consi.vij.littera B, lib.j.Propterea cautela est, vt dicatur quòd vniuersitas & homines constituunt Sindicum copulatiuè pro se & vniuersitate, Ruin.consi.cxxix.nu.12.lib.iiij. pro quibus facit illa quæstio quod aliud est singuli, aliud vniuersitas, quam ponit declarat & limitat Ant. Gabriell.lib.vj. in titu. quod cuiusque vniuersitatis no. conc. prima, per tot.formam Sindicatus ponit Specul.de Sindico.§.j. in fi. ad quem recurre.

54 Præterea Sindicus. vel actor constituitur ad dicendum causas vniuersitatis, l. prima, §.quibus.ff.quod cuiusque uni.no.ubi Bart. & Doctores, & l.fin.ff.eod.titu. & quando in Ciuitate, uel Castro non est deputatus aliquis Sindicus, potestas, uel officialis loci Sindicus deputatus esse intelligitur pro conseruandis, & defendendis rebus castri, Angel. Aret.in §.præterea.nume. 38. de except. vbi allegat Barto. in l. tertia. §.j.ff.quod ui, aut clam. sed Bartol.in libro meo illud non dicit, nihilominus est notabile dictum, & hoc dicit Bartol. in lege nulli. num. 1.ff. quod cuiusque Vniuersitatis no. uidelicet quòd potestati permittitur agere pro Collegio, quando Collegium non habet caput, Abb. in cap. non ignoras, de præben. & ibi etiam subiungit Aret. quod consuetudo uel statutum potest facere Sindicum, & allegat Bald. in lege nulli.nu. 1.ff.quod cuiusque uniuer. no. ubi Ang. & talis Sindicus à lege constitutus non reuocatur alio constituto ab uniuersitate, vt dicunt dicti Doctores ibi, & solet ad causas præsentes & futuras constitui. Paulus de Castro in lege item eorum.§.si ita, numero 5. & 6.ff.quod cuiusque uniuer.no.

55 ¶Quæri solet, An Sindicus sit constituendus de uniuersitatis corpore, uel extra corpus uniuersitatis? Doctores in d.l.nulli, & in l.planè.ff. quod cuiusque uniuer.no.& Ang.Are.in d.§.præterea.nu.38. de excep. dicunt, quod de corpore uniuersitatis.

56 ¶Nec est omittendum quòd Sindicus finito officio Sindicatus tenetur causam per eum cęptam prosequi, Spe.in tit. de Sindico, §.j. uersi. illud etiam, Alex.consi.cxxxv. nu. 2.lib. ij. etiam pariter finito officio Sindicus, qui exigit collectas, potest ad solutionem collectarum cogi, Pet.de Vbald.in tract.collect.num.46.& 47.

57 ¶Quid autem si Sindicus excedit in contractu formam mandati, uel Sindicatus, & uniuersitas legitimè congregata ad hoc sit, An uniuersitas cõsentire uideaẽ in excessu ita, ut obligeẽ? gl.in c.cũ olim, il j.uers. protinus, de offi.deleg.quam sequuntur Abb, Felin.& communiter Doctores, tenet quòd præiudicet domino nisi statim cõtradicat ibi, Rol. à Vall.consi.70.num.31.lib.j.pro quibus facit tex.in §. fi. Inst. per quas personas nobis acquiritur. ubi dicit quòd cuicunq; permiseris rem tuam agere, is tuus procurator intelligitur.Ideo faciens actum in præsentia domini sic non contradicentis, præsumitur habere mandatum ab eo, Feli.in c.post cessionem, colum.iij.uersi.fallit secundò, de probatio.Rebuff.in tract.nominat.q.xiiij.nu.99. facit etiam Abb. consi. vij. col.iij.uol.ij.& appellatio interposita per aliquem sine mandato, præsente & tacente principali, ualet.Rota decis.xxxix. de procu. in no. & mandatum habere præsumitur ille, qui nomine alterius facit actum ipso tacente, & patiente, Rip.in l.soluto matrim.§.uoluntatem, nu.2.ff. so.ma.quinimò producens sigillum alicuius, illius procurator præsumitur, & pro eo admitti debet, Mars. in rub. de probatio. num. 304. Bertachin.de Episcopo, parte j.nu. 22.& quod ex sola scientia præsumatur mandatum latè ponit Afflict.decis.cccviij.per totum, Crescen. decis.liiij.dicit quod Sindicus promisit soluere scuta ccc. mensæ Episcopali, si episcopatus erigeretur in Archiepiscopatum, & Communitas postea conuocato consilio quæsiuit modum soluendi dictam summam, & sic egit actum pro exequutione cõtractus, quod propterea uideatur ratificare gesta per Sindicum, l.indebitum.C.de cond.indebit. ubi Doctores. Dec.in l.qui non prohibet, de reg. iur.& cons. ccccxvj.in fi.col.pen.Alex.cons.cxxvij.col.j.& clxxv.col.fi.lib.v.& procurator sine mandato domini faciens attentatum in causa, si dominus statim ꝙ sciuit non reuocat, dicitur attentatũ ratificare, Aegidi. decis.dlv.quam dd passim sequuntur.

58 ¶ Quid si Sindicus obligauit uniuersitatem in forma Cameræ Apostolicę cum iuramento, an poterit tempore eueniente Communitas excommunicari procedendo per uiam confessionis debiti ad sententiam excommunicationis, & ad declaratoriam? & dicas, aut obligatio in forma Cameræ fuit facta per singulares personas nominatas, qui obligarunt uniuersitatem & se ipsos, ut diximus supra num.44.& tunc possunt particulariter obligati excommunicari loco vniuersitatis, Hostien.in summa, tit.de contumacia.§.fina. uers.ergo si constat.quem refert Antonius Galles. ad form.Cam. oblig. in cap. de

reliquo processu,num.22.car.clxxvij. aut non est facta obligatio uni-
uersitatis cum expresion enominum singulorum,sed sub nomine col
lectiuo facta est obligatio,ut supra num. 48. & quia uniuersitas consi-
stit ex habilibus,& inhabilibus, Abb.in cap.fina.de procurato. num.3.
per illum text.& tunc non potest excommunicari,quia nō habet ani-
mam.c.Romana,§.finali,de sent.excom.lib.vj.& ibi Docto.Corne. cō-
sil.ccxcix.num.11.lib.j.& Antonius Galles. ubi supra, & tunc fertur in
terdictum generale contra talem uniuersitatem Ciuitatis, seu specia
le contra uniuersitatem alicuius Ecclesiæ, Rot. de senten. excommu.
in no.& ibi post num.2.dicit,quod in interdicto generali celebrari po
testianuis clausis. cap.alma mater,de senten. excommu. ubi Couarru.
part.ij.§.j.num.1.& seq. tractat materiam huius interdicti Ecclesiasti-
ci,cart.525.& in §.ij.dictæ secundæ partis tractat. An suspendatur per
appellationem,vel detur absolutio saltem ad cautelam,Rot.d. deci.9.
de senten.excommu.in no.& decis.xviiij.eodem tit.in ant.Additio ad
dictam 9.decisio.dicit quando posit relaxari ad cautelam interdictū
particulare,nec potest suspendi nisi in totum relaxetur, Rot.decisio.
xix.num.2.de senten.excommu.in antiq. & ibi quando relaxetur præ-
stita cautione de satisfaciendo.Reliqua uide per Doctores in d.cap.al
ma mater,& per Couar.ibi.

59 ¶ Vltimò sciendum quod Vniuersitates approbatæ, seu collegia lici
ta, possunt de iure habere res communes, pascua, nemora, pecuniā,
redditus,archam communem,domus,& similia,ad exemplum Reipu-
blicæ.l.j.§.quibus.ff.quod cuiusque uniuers.nom.l.in tantum. §.Vniuer
sitatis.ff.de rerum diuis.pro quibus rebus administrandis, gubernan-
dis,& conseruandis, & ut consulatur indēnitati dictarum uniuersita-
tum,ordinati fuerunt Decuriones , loco quorum hodie sunt Consilia-
rij Ciuitatum,aut Castrorum,l.item eorum.§.si Decuriones.ff.dicto ti
tulo.Glo.& Doctores in rubr. C. de decurio. lib. x. per quos Consilia-
rios eliguntur priores Consules,uel Conseruatores, aut alij quocunq;
nomine nuncupentur,per quos Reipublicę consulitur,ut l.ij.§.ex actis,
ff.de orig.iur.Main.in l.aliud.§.refertur,num.19.ff.de regul.iur.& dicti
Priores Consules,non reprėsentant uniuersitatem,sed sunt præpositi
administrationi Ciuitatis , & circa leuia , quia in arduis & ponderosis
solent consilium paruum , quod vocatur credentiæ,uel consilium ge-
nerale omnium Consiliorum , eorum arbitrio conuocare , vel sono
campanæ , tubæ, vel Prætoris,vel per nuncium, secundum casus con-
tingentiam . Ideo Consiliarij in vnum congregati repræsentant vni-
uersitatem,gloss.rubr. C.quæ sit longa consuet.Main in d. §. refertur.
num. 20.& dictum est supra pluries .

60 ¶ Et quando uniuersitas habet bona sufficientia in communi collectā
imponere non potest, quia ex illis bonis,necesitatibus propriis pro-
uidere potest, Natta consi.cl.num.& consi.ccccxviiij. in princ.quia im
ponere

ponere noua vectigalia, solum spectat ad dominos , & Ciuitates non
recognoscentes Superiores, ut declarat Bertach. de Gabell.part.j. &
Rol.à Vall.cons.xcj.lib.ij.Ciuitates uerò Marchiæ Anchonitanæ, quæ
recognoscunt Superiores,non possunt noua uectigalia imponere sine
auctoritate & licentia Superioris, idest Præsidis Prouinciæ, uel Papæ,
Bertachi.in d.tracta.de Gabellis,par.j.nu.15.post Bald.in l.uectigalia,
& in l.non solent.C.de vectigalibus nouis,nō instituen.Parpalia in re-
pet.l.placet,num.13.C.de sacros.Eccles.licèt Salic.conetur impugna-
re in d.l.uectigalia, colum.ult.in princ.C.de uectigal.quod non sufficit
scientia Præsidis,sed requiratur scientia Principis , tamen supradicta
conclusio,communiter obseruatur in statu Ecclesiastico, & contra im
ponentes noua vectigalia datur interdictum negatorium , Salic. in l.
uectigalia.C.de uectigal. nouis.Roland. consil. xcj. & Aymo consil.cxj.
in fine dicit,quòd datur interdictum restitutorium . Et circa imposi-
tionem collectarum factam, per Ciuitatem Forensibus,non habitan-
tibus, Bart. in l. j. colum.iij.in fi. C.de muli.& in quo loco,tenet quod
non posit imponi,Corn.cons.cxciij.lib.quarto,Alexand. consi. lxviij.
lib. ij. & consil. lij. lib. v. & quomodo hæc conclusio intelligatur , de-
claratur per Socin. consil. cccij. nume. quarto , vbi adest subscriptio
Felini , Aegidius Bosius in sua practica , in tractatu de Principe, nu-
me. 115. & sequen.& practicam distribuendi collectas iuxta qualita-
tem facultatum, & personam, ponit Rol. à Vall. consil. lxvj. nume. 52.
& sequen. lib. primo , licèt Ciuitas uigore statuti posit collectas im
ponere forensibus , & eos in plus grauare , quàm Ciues, Curt. Iunior
consil.cxxix. nume. decimo, Aimo latè consil.ccj. nume.14. & consil.
cxj. nume. 10. vbi asserit quòd de consuetudine tenentur Forenses
collectas soluere . Sed quid si huiusmodi Statutum simpliciter loque-
retur , tunc Forensis non comprehenderetur sub tali statuto , Ioan.
Cephal.consil.clxxj. nume.22. & 23. Natta consil. ccxcvij. num.4. & 5.
dicit quòd Forensis de consuetudine totius Italiæ collectam soluere
debet in loco , ubi posidet bona , quæ consuetudo sufficit quod al-
legetur cum sit notoria , & idem Natta consil.ccclxxxix. num.4.& 7.
dicit quòd non solum tenetur ad collectas, sed fructus possunt seque-
strari, pignorari, & grauari possessores, & in consi.ccxviij.num.primo
& sequen. Verùm non tenetur Forensis ad soluendum collectam im-
positam pro delicto Communitatis, nec pro impensa vtili,& non ne-
cessaria,Natta consil.ccxv.nume.6. Secus uerò in rebus necessarijs, ut
ibi num.8.& seq.

61 ¶ Sed an Ciuitas posit imponere maiorem collectam Forensibus in
eorum terris, sitis in eius territorio , quàm proprijs ciuibus eiusdem
dem,& remoto statuto de iure communi unusquisq; ęqualiter graua-
ri debet,l.iij.§.præses.ff.de mune.ibi, præses prouinciæ prouideat mu-
nera & honores,in ciuitatibus æqualiter per vices , secundum ætates ,
&

& dignitates,aut gradus munerum , honorumque,qui antiquitus sta-
tuti sunt iniungi , ne sine discrimine,& frequenter his oppresis simul
uiris & uiribus Respublicæ destituantur. ubi glo.& l.omnes,ij.C.de
operibus publicis,lib.x.ibi,inscriptio curat pro uiribus singulorum,&
l.j.C.de quibus mune. & præstat.lib.x.ibi,uerum uniuersi proportio-
ne suæ possessionis iugationisque ad hæc munia coarctentur à sum-
mis sarcina usque ad infimos decurrat,ubi glo.& Aegid.Thomatus de
collectis,car.ccclij.num.21.

62 ¶ Quare uidendum est, an posit uniuersitas facere statutum , per
quod in collectis plus grauentur forenses pro eorum bonis possessis
in territorio statuentium,quàm Ciues ? & uidetur dicendum, quod sic
per ea,quæ dicta sunt supra,num.60.in fine.ubi plures hoc tenent.sed
ueritas pendet ab illa quęstione superius examinata, num.42.in qua
conclusum fuit nullam ciuitatem status Ecclesiastici posse condere
statuta sine confirmatione Præsidis , uel Papæ propter constitutio-
nem Aegidij,de qua supra, c.xxxvj.lib.ij.& simili modo concluden-
dum est in hac quęstione,quòd nulla ciuitas posit condere statuta in
quibus caueatur,quòd plus grauentur in collectis forenses , quàm ci-
ues pro bonis sitis in eorum territorijs , quia facere statuta & impo-
nere collectas est iurisdictionis supremæ , & Ciuitates cognoscentes
Superiorem non possunt facere statuta , aut imponere collectas sine
licentia Præsidis , ut in lege iij.§.præses.ff.de mun. & in lege prima,
C.de quib. mun. libro x. & sine licentia proprij domini , ut per Bald.
consil.ccxcij.num.1.lib.ij.& Aegid.Thomat.in tracta.de collectis,cart.
359.& sequen.& dictum est supra,num.42. Bertach. de Gabellis,par. j.
num.15.& per quos,& quando imponatur,ponit Rolan. consil. xcj. per
totum,lib.ij.Bero.cons.cxvij.num.17.lib.iij.& facit l. j. & l. vectigalia .
C.de vecti.nou.non instit.& quia adest dicta Constitutio 36.lib.ij.ad fi.
ubi reprobat talia Statuta , & ideo in impositione collectarũ semper
itur pro confirmatione ad Presidem.& in hac opinione resideo contra
communem,de qua supra num.proximo , quæ posset procedere in uni
uersitatibus non recognoscentibus Superiorem , secus verò in alijs
vniuersitatibus Status Ecclesiastici,in quibus obseruantia attendi de
bet Constitutionis præfatæ,quoniam grauare populos illius ad solum
Papam spectat , & hodie S. D. N. Gregorius XIII. Pont.Max.Chri-
stiana religione Sanctiss. in gubernanda Repub. peritissimus,in amo
re populorum piētiss. omne studium,omnemq; diligentiam ponit,ut
non grauet subditos, etiam quod bellum contra immanissimum Tur
carum Regem sustineat .

63 ¶ Præterea non est omittendum quod dicitur in l.pupillus,§.incola ,
ff.de uerb.sign.ibi,nec tantum , qui in oppido morantur incolæ sunt ,
sed etiam qui in alicuius oppidi finibus,ita agrum habent, vt intra eũ
se , quasi in aliquam sedem recipiant . & sic colligitur ex dicto textu ,
quòd

quòd incola est ille,qui agrũ habet intra fines alicuius oppidi , in quo
recipitur,& l.ciues.C.de incolis,lib.x.dicit, & in eo loco singulos habe-
re domicilium non ambigitur , ubi quis larem rerumq; ac fortunarũ
summam cõstituit,etiam quòd habeat domicilium in pluribus locis ,
l.Labeo.ff.ad municipal. ibi , pluribus locis eum incolam esse, aut do-
micilium habere.& hoc idem dicitur in l.assumptio,§.iuris,& in l.eius,
§.Celsus.ff.ad municip.Quamuis contra facere videatur l. est verum ,
C.de incolis,li.x.ibi,est uerum, eos qui in territorio alicuius commo-
rantur,uelut incolas ad subeunda munera non astringi.& l. scire. ff.ad
municip. ibi,eum qui in agro moratur, incolam non existimari . qui
enim eius ciuitatis præcipuis non vtitur, is nec incola quidem existi-
matur.sed ista contrarietas faciliter conciliari potest , quia textus in
l.pupillus,§.incola, & concordantes loquuntur in eo , qui habet bona
in territorio alicuius, in quibus bonis se recipit tanquàm in sedem . l.
est uerum,& l.scire,loquuntur in habitatore,qui non habet bona,ut in
colono , uel simili , & tales ad subeunda onera cogi non possunt,ut in
contrarijs,ut in l.ij.C.de incolis, lib. x. quæ loquitur in scholari, & ibi
in fine dicitur,sed si alijs rationibus domicilium.in Ciuitate Laodice-
norum habere probatus fueris,mendacium non proderit . quæ causæ
declarantur in l.Ciues.C.de incolis, lib.x. ibi, Vbi quis larem rerumq;
ac fortunarum summam constituit.ubi gloss. in verb. Summam , dicit
quòd sufficit alterum habere,scilicet habitationem,vel maiorem par
tem bonorum.ubi Bartol.colum.ij. versic.venio ad secundam partem
dicit,quòd quis efficitur incola, ubi habet maiorem partem bonorũ ,
& ubi quis habet aliquid in ciuitate præsumitur incola, & optimè de-
clarat Ioan.de Plat.col.pen.vers.sequitur,vers.v.& in eo.& hæc videtur
communis sententia.& facit quod dici solet , ibi patriam habere dici-
mus vbi bona posidemus . Quare isti, qui habent maximam partem
fortunarum suarum in territorio alieno,non debent forenses nuncu-
pari,sed incolæ, & tanquam tales ad munera publica tractandi, & nõ
granandi aliquo pacto,maiori onere,quàm ipsi Ciues grauentur, ma-
ximè quando tales offerunt,& protestantur, velle omnia onera,& mu
nera,vti Ciues subire in omni necessitate ciuitatis vel loci , ut in d. l.
scire, ad municipal.ibi,qui enim præcipuis dictæ ciuitatis non vtitur,
is nec incola est . Ergo qui vtitur vel protestatur velle vti,is incola di
ci potest,& quod ibi notat Alberic.& alij,& l.Ciues in principio . C.de
incolis,lib.x.Et quod ibi notant Bart. Bald. Ang. Luc.de Pen.Ioan.de
Plat.& alij communiter, & quando aliquis habet maiorem partem for
tunarum in vno loco, in alio verò originem trahat , debet in utroque
loco munera subire,l.j.C.de municip.lib.x ibi,cum te , Biblium origi-
ne,incolam autem apud Bericios, meritò apud vtrasq; Ciuitates mu-
neribus fungi compelleris.& l.fina.eo.tit.& quòd ibi glo. & Docto. nã
vbi habet maiorem partem fortunarum ut incola , in alia ut origina-
rius

rius conueniri poteſt: ſed vbi non habet bona, ſed ſolum habitauit, & tunc diſtingue, aut habitauit ut Scholaris, & ſimilis qui habitant ad tempus, tunc nõ dicitur incola, nec poteſt cogi ad ſoluendum munera, l.ij.C.de incolis, lib x.ibi, nec ipſi, qui ſtudiorum cauſa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere credunt. nec dicitur incola ille, qui habet ſolum domum in aliqua ciuitate, quia domus ſola, non facit domicilium, l.cum neque.C.de incolis, li.x.ibi, ob ſolam domum, uel poſſeſsionem publici iuris auctoritas obligari nos non ſinit. l. libertus. §.ſola.ff.ad municip.& licèt de iure non poſsit ut incola grauari muneribus, tamen ex obſeruantia ferè totius Italiæ grauantur poſſeſſores domorum muneribus, ſeu collecta nuncupata per focularia, non per æs, & libram, ut ſupra c.xxxvj.num. 13.lib.ij.harum conſtit. quam collectam quilibet habens domum ſoluit.

64 ¶ Sed ſi per decem annos habitauit, & in loco ſedem ſibi conſtituit, licèt Scholaris, pro incola habetur, d.l.ij.C.de incol.li.x. ibi, niſi decem annis tranſactis, & huic legi ferè in omnibus ciuitatibus adſunt ſimilia Statuta, quæ diſponunt pro ciuibus, haberi illos, qui habitarunt in aliqua ciuitate per decem annos continuos, cum ſua familia, Bal.conſil.ccccclx.num.3.lib.j.Alex.conſ.clv.nu.3.lib.ij.Socin. Iun. conſ.cxlviij. num.4.lib.iij.vbi dicit, quod ad hoc, ut dicatur incola requiritur, quòd tempore contractus habitauerit per decennium continuum cũ eius familia, ac maiorem partem ſubſtantiæ ibi tranſtulerit, & pro declaratione multa cumulant Moderni de arbitrio Iud. lib. ij. centuria j. caſu lxxxvj. vel qui habet domum, & vineam in vrbe Ciuis eſt vigore Statuti Romani, de quo lib.j.c.clvj.& ca.ccl. lib.iij. & qui factus eſt ciuis ex priuilegio populi Romani, is verè ciuis nuncupari poteſt, Bart. conſil.lxij.& ciuilitas conceſſa patri tranſit ad filios, vt poſt Bart.in l. libertus.§.patris.ff.ad municip.tenet Tiraq.de primogeni. q. lix. nu.3. & Moderni in practica Capitolina, lib.j.c.vj.in prin.

65 ¶ Præterea, ille qui habitauit in vno loco, animo contrahendi incolatum, & in alio ut Originarius, tunc tenetur ſubire onera in vtroq; loco, vt dictum eſt ſupra, per l.j.C.de municip. lib. x. Tiraq. de primogenit.q.xvij.num.17.& opinione vj.nu. 8.& opin.xij.num.6.Aegid.Tomat.de collectis, car.cccvij.num.2.Parpalia in l.placet.C.de ſacroſ.eccleſ. & propterea, quis poteſt habere domiciliũ in duobus locis, Bart. in l.aſſumptio.ff.ad municip.& de inco.Soc.conſil.xxxv.colum.iij.lib.j. Quid in Clerico ſeculari, & regulari. Vide Feli.in c.dilectus filius, col.j. & vij.verſ.ad domicilium, de reſcript.

66 ¶ Ciues, vel municipes ſunt hij qui in eodem oppido, vel municipio nati ſunt, l.j.ff.ad municip.& l.municipes.ff.de verb. ſign. & fiunt municipes natiuitate, vtputa duorum Romanorum, ut l.j.§.qui ex duob. ff.ad mun. Item ſi pater Romanus ſit, & mater Campana, & naſcatur in Vrbe, Romanus eſt, ut in d.§.qui ex duobus, & l.iij.C. de municip. &

terrig.

terrig.lib.x.& l.nullus .C.de decurio.lib.x.ubi quòd filius ſequitur originem patris, non matris, niſi Ciuitas habeat priuilegium ut nati ex muliere illius Ciuitatis ſequantur matris cõditionẽ, ut in d.§.qui.uerſ. niſi, & niſi filius ſit uulgo quæſitus, qui ſequitur matris conditionem, l. eius.ff.ad munici.& l.1.in fi.eo.tit.

67 ¶ Vxor incolæ domiciliũ mariti ſequitur, q̃diu incola eſt, l. xxxviij.§. item reſcripſerunt.ff.ad munic.& l.1. C. de mulie. & in quo loco.lib.x. & ciuibus, & incolis collectæ, & munera æqualiter diſtribui debent, ut in l.iij.§.præſes.ff.de mune.& dictum eſt ſupra.nu.lvj. Et uigore harum conſtitutionum Curiales ſunt ciues omnium Ciuitatum, & locorum Prouinciæ, ut infra c.xxxviij. lib. vj. ideo non poſſunt pluſquam Ciues grauari in muneribus, poſtquam eorum priuilegia ſunt reuocata per Pium Papam Quintum.

68 ¶ Qualiter autem Communitas acquirat poſſeſsionem rerum uniuerſitatis, gl.in l.ſicut.§.ſi quid.in fine.ff. quod cuiuſque uniuerſit.no. dicit quòd per homines uniuerſitatis acquiritur poſſeſsio uniuerſitati, cũ qua uidetur reſidere. Bald.& Alberi. & Paul.de Caſt.ibi . num.vj. Raphael Cumanus conſi.clviij.col.iij. dicit, quòd per actus lignandi, cędendi, & ſimilium non probatur poſſeſsio uniuerſitatis, niſi cędentes, & lignantes feciſſent hæc nomine uniuerſitatis, & illa ſciente, & habente animum acquirendi poſſeſsionem, & tuuc quæſita poſſeſsione retinetur per particulares uniuerſitatis facientes dictos actus, & in hac opinione uidetur eſſe Corn.conſi.lxiij.num.2.& ſequen.lib.iiij. & ferè omnes Doctores. Ant. Gab.lib.vj.in tit.quod cuiuſque uniuerſitatis nomine, concluſ.ij. per totum. Balb. de præſcript. in ij.part. tertiæ partis principalis.q.iij.nu.2.

69 ¶ De actore Ciuitatis, uide per totum titulum ff.quod cuiuſq; uniuerſi.no.ubi Doctores. curator Ciuitatis datur pro retrahendis rebus Ciuitatis, l.Imperatores, §.item reſcripſerunt.ff.de admin. rerũ Ciuit.

70 ¶ Sequitur in textu, Collegijs, quæ Collegia conſtituuntur ex ſocijs publicorum uectigalium fodinarum.& Salinarum. Item Collegia Romæ certa ſunt quorum corpus confirmatum Senatuſconſultis, aut cõſtitutionibus principalibus, ueluti Piſtorum Nauiculariorũ, & ſimiliũ, ut in l.j.ff.ꝙ cuiuſq; uniuer.no.& in l.j.de Collegijs, & corporibus dicitur ꝙ huiuſmodi Collegia maioribus prohibentur, tenuioribus uerò permittuntur ſtirpem menſtruam conferre, dummodo ſemel in mẽſe coeant, & huiuſmodi Collegia conſtitui non poſſunt ſine Principis authoritate, ut ſupra in dictis legibus, & in l.iij.ff.de Colleg. & tres perſonæ conſtituunt Collegium, l.Neratius.ff.de uerb.ſig.in quibus nõ poſſunt eſſe ſerui ſine conſenſu Dominorum, d.l.j.§. fin.ff.de Colleg. nec minus illi, qui ſunt in alio Collegio, ut in d.§.fi.& qui eius Collegij ſunt ſodales nuncupãtur ex lege Solonis, ut dicitur in l.iiij.ff.de Collegijs, & hinc ſumptæ ſunt Confratriæ, & ſodalitates laicorũ, uel ſcholarum,

P aut

aut disciplinatorum,ut Alci.lib. ij. dispunctionum.c.xiiij.declarando
dictam l.iiij.animaduertit, ꝙ Collegia Iudęorum fuerunt approbata
ab Augusto,ex eo quod in eis non fiebant crapulæ,& uinolentiæ,& se-
ditiones in eis non nutriebantur, sed sunt Scholæ temperantiæ,& iu-
stitiæ, in quibus summo ardore animi hominum amplectebantur om
ne genus uirtutis. Quæ collegia hodie non solum sunt dissoluta, sed Iu
dei eiecti,quod non probat Iacob.Cuiac. lib. viij. obseruationum ca.
xxx.Quare in istis Collegijs,uitandę sunt commessationes,& ebrieta-
tes, & solum in eis tractare ea,quę sunt necessaria ad eorum guberniũ
maximè si pia sunt,& mixta Clericorum & laicorum,ut dicit Siluester
in summa in uerbo, Collegium & proprium Collegij est habere res,&
archam communem,actorem,vel Sindicum.l. 1.§.quibus.ff.quod cuius-
que uniuers. nom. & quod Collegio debetur, non debetur singulis. l.
iij. §.si quid.ff.quod cuiusque uniuersitatis nomine,& si non defenda-
tur Prætor iubet eorum communia bona possideri & distrahi. d.l. 1.§.
quod si nemo.ff.quod cuiusque uniuersitatis nomine.uel si non sint bo
na,debitorum nomina ipsius Collegij distrahuntur,l.Ciuitates.ff.eod.
tit.de Collegijs Magistrorum artium liberalium, uide.C.de studijs li-
beralibus urbis Romæ,quomodo debeant congregari, qualiter dispo
nant de rebus Collegij, quomodo constituant Sindicum,uel actorem
uide quæ diximus supra, de uniuersitate,quæ omnia Collegio adapta
ri possunt.

71 ¶Sequitur etiam in textu.& Communitatibus, quia dixit supra de
uniuersitatibus,& Collegijs, nunc est uidendum quid sit Communi-
tas,& Archid.in c.episcopus,xij.q.ij. in fine dicit, quod Commune di-
citur,quia homines in unum cõmuniter uiuere debent, & habere res
communes,archam communem, Rectorem,siue Sindicum, per quem
Respublica defendi,& agere,& facere quæ oportet, quem refert Bald.
in l. item,in fi.ff.quod cuiusque uniuersitatis nomine,& Communitas
ponitur pro uniuersitate,quia Communitas nihil aliud est, quàm ho-
mines ipsius. Ruin.consi.lxvj.num.5.lib.iij.qui allegat glo. in l. sicut. ff.
quod cuiusque uniuers.nom.§.fi.& per Doctores Communitas,& Vni-
uersitas confunduntur, quia uniuersitas pro Communitate, & Com-
munitas pro uniuersitate accipitur,vt per Corn.consi.xlvj. num.11. &
clvj.num.9.lib.iij.& consi.ccxxvij.num.11.lib.ij.& ccxxiiij.num.4.lib.
iiij.& ccxcix.num.11.lib. 1. Et uniuersitas ex communi usu loquendi
in Prouincia Marchiæ,in Vmbria, & ferè toto statu Ecclesiastico dici
tur Communitas,propterea uidebatur in ista constitutione superfluè
posita:nihilominus Compilator,ut negotium melius intelligeretur
uoluit ponere uniuersitatem, & Communitatem, hoc est secundum
uulgarem,& communem usum loquendi, secundum quem ciuitas ali
72 quando ponitur pro uniuersitate, & l.Ciuitas.ff.si cer.pet.ubi Ciuitas
mutui datione obligari potest.& Bart.num.2.& sequen.alijq; Docto-
res,

res,quid autem sit Ciuitas, ponit Archid.in d.ca.Episcopus,in fine.xij
q.ij.Vbi dicit,quod Ciuitas est Ciuium vnitas,in qua debet reddi iura
omnibus in recta statera Iudicij, & Azo in summa, in rub.ff.Veteris,
num.3.dicit,quod Ciuitas est multitudo hominum collecta ad iure ui
uendum,& ita docuerunt Póetæ inuentores Ciuitatum, ut attestatur
Horatius in Poetica.

Siluestres homines sacer interpresq; Deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidosq; Leones,
Dictus & Amphion Thebanę conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet,fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra prophanis
Concubitu prohibere vago,dare iura maritis
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Nam Orpheus & Amphion, fuerunt Musici, & sapientes, uolens Ho
ratius ostendere, quod cum Musica, idest cum benignitate Principis
& Rectoris Ciuitatum,animi Ciuium mulcentur, ad benè & quietè ui
uendum,& quòd ciues se mutuò ament,& rixas, & discordias fugiãt:
quia Princeps debet esse sapiens, ad hoc ut leges & Constitutiones cõ
dere posit,quibus iure uiuant ciues, qui hortandi ad se inuicẽ aman-
dum & ad uiuendum secundum leges humanas, & diuinas, & seruan-
dum præcepta Apostolica, & Ecclesiastica secundum consuetudinem
Sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ, quæ regitur à spiritu Sancto,& nun-
quam errat,imò omnium Ecclesiarum mater,domina & magistra sem
per fuit. non omittam quòd prima Ciuitas fuit constructa à Cayn,an-
te diluuium, post diluuium à Nembrot, vt habetur in ca. non est,§.fi.
vj.distinctio.

73 ¶ Quando uerò ciuitatis appellatione ueniat territorium, dięcesis
Comitatus, & districtus, uide Feli.in cap. Rodulphus,de rescript. Vbi
plenè,Roman.consi.cccccliiij.num.7.& Doctores in dicta l. Ciuitas. ff.si
cert. peta.

¶Nec dicitur ciuis & districtualis,ille qui non subest Ciuitati,l.qui ex
viro, ubi Barto. ff. ad municipal. Felin.in d.cap.Rodulphus, colum.x.
versic.districtus Afflict.decis.ccclxxxiiij.nume.vij.Alciat.in l.pupillus.
§.territorium.colum.ij.ff.de verbo. signifi. Ideo solet dici quòd Castra
& loca,quæ subsunt Baronibus in Vrbe, non sunt de iurisdictione Po-
puli Romani. Imò dicta loca sunt exempta à iurisdictione Populi Ro
mani, & sunt in aliena dięcesi.

¶ Quare Statuta Vrbis,non ligant Tiburtinos, non subditos Populo
Romano, vt sæpè decisum est, facit Alex.in l.j.num. 10. ff. sol.matri. &
Ruyn.cons.cc.num.13.& seq.lib.ij.

¶ Et quando dicitur Ciuitas Romana,uel econtra, tunc appellatione

Ciuitatis Romanæ ſemper ueniunt ſuburbia, ſaltem uigore conſuetudinis interpretatiuæ talis appellationis. ca. ſi ciuitas, de ſenten. excom. lib. vj. ubi Franc. & alij, Bart. in l. ij. num. 3. & Cępol. nume. 10. de uerbo. ſigni. & quod conſuetudo interpretatiua poſsit capere iſtam declarationem, tenet Felin. in ca. fina. colum. vij. verſ. ij. limita, num. 6. de conſtitu. Purpu. in l. edita. col. xxiij. uerſ. & reperitur huiuſmodi declaratio. C. de eden. num. 100. Reliqua de Ciuitate, vide in locis communibus per Doctores.

74 ¶ Nunc reuertamur ad Communitates, quæ ſi ex Statuto Romano, de præſcriptione xvj. annorum, quod tollit audientiam, lædantur in contractibus ſicut minores, in integrum reſtituuntur, cum ciuitas minori æquiparetur, Iaſ. in l. j. ij. lectura, colum. ij. verſic. non tamen perpetuo. C. de ſumma trinit. & ibi Purpur. nume. 165. verſic. vltimo limitetis regulam, & Alexan. conſil. ccix. colum. penul. lib. ij. Balb. de præſcript. in prima parte principali, q. xxix. & Deci. conſil. xxix. non obſtat quòd Statutum Romanum, tam in primo libro, quàm in quarto, audientiam deneget, & concedat pleniſsimam ſecuritatem, & ſic uideatur denegare reſtitutionem, l. omnes, C. de præſcr. xxx. annorum. quia reſpondetur quòd ſupradicta procedunt, contra maiorem. Secus eſt n perſona priuilegiata, prout eſt Communitas & minor, Deci. d. conſ. xxix. & quòd vniuerſitas ſit ſimilis pupillo, Ioan. Cæphal. conſil. xl. nu. 56. uide ſupra glo. viij. num. 170.

75 ¶ Quid ſi communitas præſcribit, & ſinguli homines Communitatis, vel uniuerſitatis erant in mala fide tempore cęptæ præſcriptionis, an ſemper duret mala fides? & dicas quòd ſemper durat mala fides, donec aliquis ſuperſit illorum Ciuium, qui erant à principio in mala fide, Innocen. in ca. cura, de iurepat. Vbi Hoſtien. Anton. Abb. & cæteri, Anton. Gab. lib. vj. in tit. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, concluſione j. num. 14. Pedemont. deciſ. xxxix. num. 3.

76 ¶ Qualiter autem citetur Communitas, uel Vniuerſitas, uide Angel. in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.

77 ¶ Sequitur in textu, Et quibuſcunque perſonis Spiritualibus, & ſic repetitur dictio, quibuſcunque, quę eſt vniuerſalis, ut dictum eſt ſupra in iſta glo. nume. 2. & eſt iuncta cum dictionibus, perſonis ſpiritualib. Quare pro declaratione uidendum eſt, quid ſit perſona. & ſecundum Cardinalem in c. ij. §. cum, nume. 2. de conceſſ. pręben. perſona nihil aliud eſt, quàm rationabilis creatura, Lucas de Pen. in l. ſecunda, colum. ſecunda. C. de delat. lib. x. dicit, perſona dicta eſt, quia per ſe ſonat, & eſt natura rationalis, & indiuidua ſubſtantia, Ioan. de Vigur. de Chriſtiana & naturali philoſophia, capitulo ſecundo, §. ſecundo, verſic. x. in fine dicit, quòd perſona ſecundum Boetium eſt intellectualis naturæ, & ſic reſultat quòd quicquid eſt perſona eſt ſuppoſitum & indiuiduum, & non econtra, quia animalia irrationalia

rationalia ſunt ſuppoſita, & indiuidua, tamen non ſunt perſonæ, cum non habeant rationem, Rebuff. ſuper concordat. de regia ad prælat. nomin. §. j. in glo. perſonis. propterea dicit, quòd non natus, uel infans, non eſt perſona, ideſt creatura rationabilis, prout nec amēs, furioſus, & prodigus non dicitur perſona, quia & iſti carent ratione.

78 ¶ Appellatione verò perſonæ, ſecundum Azonem in Summa ſuper Inſtit. in tit. de iure perſonarum, continentur liberi, & ſerui. Bald. in l. quicunque, in iij. colum. de ſeruis fug. dicit, quod appellatione perſonę continentur tàm maſculi, quàm fœminæ, uniuerſitas, Capitulum, & Collegium, præſertim in materia fauorabili, ſecundum Ioan. And. Domi. & alios in ca. cum in illis. §. j. in fi. de præben. lib. vj. In materia verò odioſa, & exorbitanti, & correctoria non comprehenditur Vniuerſitas Collegium & ſimilia, Roma. conſil. cccc. nu. iij. & conſil. ccccxxxvj. nume. 2. Gomes, in reg. de Idiomate, q. ij. uerſic. tamen prædictis, dicit appellatione perſonæ lato ſumpto uocabulo, ac in materia fauorabili comprehendi poſſe Capitulum, & ſimilia: tamen vbi materia ſubiecta non eſt proportionata ad hoc, nunquam ſub tali verbo perſonæ, etiam cum dictione uniuerſali prolata fœminæ, nec capitula, & uniuerſitates includentur, quia actus actiuorum debent cadere in ſubiecto bene diſpoſito, allegat Dom. in cap. ſicut, colum. ij. vij. q. j. Felin. in cap. eam te, colum. xij. & ſeq. de reſcript. ea propter Gomes. in d. reg. de Idiomate, q. ij. concludit ex Dominorum uoto, & deciſione non poſſe, dictio, perſona adaptari ad fœminas. Collegium, & Vniuerſitatem, quia beneficia curata non conferuntur, niſi maſculis & præsbyteris, & ob id ſubdit, quod non ſolum in regula præfata debet fieri talis interprætatio, ſed vbi verba debent propriè capi, allegat Rom. dicto conſ. ccccxxxvj. nu. 2. & infert ex deciſione Dominorum, quòd procurator conſtitutus contra omnem perſonam, non poteſt contra uniuerſitatem & Capitulum agere, Bald. in rubr. C. ad Trebell. & Put. deciſio. lxxx. lib. primo, refert deciſum per eadem iura, appellatione perſonæ, in materia odioſa, & in Conſtitutione contra ius non comprehendi vniuerſitatem, uel Capitulum: ſecus verò in materia fauorabili, ſub nomine particulari comprehenditur uniuerſ. ſeu Capitulum, Fel. in c. eam te, col. xj. verſ. quarta declaratio, de reſcript.

79 ¶ Et ad cognoſcendum, quando Conſtitutio eſt fauorabilis, eſt modus, ut uideatur an Conſtitutio puniat delicta, uel intendat ponere pacem, quà nihil dulcius, vt in authen. ut Iudices ſine quoquo ſuffrag. in princip. Et hæc Conſtitutio eſt facta principaliter ad remouendum fraudes, & læſiones minorum: quia minores in Prouincia inducebantur fraude ad contrahendum, vt ſupra in prooemio, gloſſ. prima. Ideo uidetur fauorabilis. Et quòd ſi forma non ſeruetur, annulletur actus ſiue contractus, Bald. in l. ab exequutione, in fin. C. quorum app. non recip. Aret. & Socin. in l. ij. not. quarto, ff. de libe. & poſthum.

dicentes conſtitutionem odij excluſiuam eſſe fauorabilem,qua actus annulletur,Rom.conſi.xxxix.nume. 2.ubi additio uide infra, num.proximo.Ioan.Cephal.conſi.xxxv.num.35.& ſequen.Aym.in quæſt. Statuti Ferrariæ, nume. 8.& 9. Vbi loquitur in ſtatuto facto ad obuiandum fraudibus quæ fiunt mulieribus in eorum contractibus,cap.Si ciuitas, de ſent.excommu,in vj.Aret.conſi.ij.colum. pen.& diſpoſitio fauorabilis eſt latè intelligenda,& amplianda,cap.odia, de reg.iur. in vj.c.cũ dilecti,de donat.Nat.conſi.dcxxij.nu.8.

80 ¶Odioſa uerò conſtitutio dicitur omnis ordinatio quæ non conuenit æquitati nec bonis moribus nec legibus, uel ſtatutis,Anchar.conſ. ccclvj.colum.ij.prope principium.uerſi.tamen. Din. in d.reg. odia,de reg.iur. lib. vj. Vbi Marcus Mantua congerit quamplura de materia odioſa,Rom.conſi.xxxix.num.2.dicit quod ad cognoſcendum diſpoſitionem,an ſit fauorabilis,uel odioſa,conſideranda eſt principalis ratio, q̃ mouet diſponẽ. an concernat fauorẽ uel odiũ, l.qui exceptionẽ, ff. de condictio. indebi. hic uidetur quòd conſtitutio ſit fauorabilis minori,quia facta eſt ad hoc,ut in contractibus minores non decipiantur,Pariſ.conſi.lxxxiij.nume.4.& 41. lib. iij. Et quid ſi eſſet odium rationabile uide Paulum de Caſtro in l. bona fides , colum. ij. ff. depoſi. quid in conſtitutione diſponente contra iuramentum etiam per indirectum prout in caſu præſentis conſtitutionis,tunc dicitur ordinatio odioſa ſecundum Aym. ſuper Statu. Ferrarien. nu. 49. dum arguit, quòd diſpoſitio fauens iuramento , dicitur fauorabilis. ergo à contrario ſenſu diſponens contra iuramentum dicitur odioſa , quod non eſt uerum generaliter : nam ſi conſtitutio diſponit contra iuramentum , utputa quando iuramentum non habet comites , ut in cap. &ſi Chriſtus de iureiur. & diximus ſupra gloſſ. ij. uel quia iuramen tũ eſt extortum per uim , & metum, ut in cap.cum contingat,& in c.quãuis de pactis , lib. vj. & tunc quia conſtitutio eſt conformis iuri communi non diceretur odioſa ſed fauorabilis . ſed ubi conſtitutio eſſet contra ius commune , tunc eſſet odioſa,Aym. conſi.xxx.nu. 2.& procedere poſſet in iſto caſu opinio Aym. ubi ſupra num. 49. Ideo Alexã. conſi.cxxv.num.3.lib.j. uerſi. præterea dicit huiuſmodi ſtatutum eſſe contra auth.Sacramenta puberum, in quantum tollit iuramentum, & ſic correctorium iuris communis,& propterea non debet extendi,ſed propriè in caſu ſuo intelligi.

81 ¶Item appellatione perſonarum continentur layci , & Clerici Seculares,& Eccleſiaſtici,ut in c.ne aliqui de priuil.lib.vj.ibi,de quibuſcunque ſingularibus pſonis Eccleſiaſticis uel ſecularibus,& ideo gl.pragmati. Sanct.in tit. de collat. §.in eccleſiis in glo. perſonæ. dicit , quòd appellatione perſonæ ueniunt quicunque miniſtri Eccleſiæ , & in Anglia uocantur Rectores Eccleſiarum perſonæ.facit,c. perſonas Eccleſiarum de appellat.& clem.j.de ætat.& qnali.ibi,Cum Eccleſiæ quibus

præficiuntur perſonæ,& notat Archid.in c.j.de conſuet.lib.vj.nu. 1.ubi declarat quid ſit perſonatus,& quid perſona Eccleſiæ , & quiddignitas,Rebuff.in praxi beneſi. in tracta.de miſsione in poſſeſsionem, nu. 15.dicit quòd perſona Eccleſiaſtica dicitur Clericus primæ tonſuræ, Ioan.Lupi in tract.de libertate Eccleſiaſtica,in ij.par. q.iiij.nume. 1. & ſequen.dicit quòd appellatione perſonarum Eccleſiaſticarum continentur conuerſi , pęnitentes , Templarij, Hoſpitalarij,Moniales, Nouitij,Item Clericus primæ tonſuræ, Subdiaconus, Diaconus, Præsbiter, & Clericus coniugatus , qui contraxit cum unica , & uirgine , & habitum Clericalem honeſte deferens , c. unico , de Clericis coniug. lib. vj. quod ca. innouatur in concilio Tridentino ſeſſ. xxiij. c.vj.ad fi.

82 ¶Præterea uidendum quid ueniat appellatione Spiritualium, & primò ſecundum Gloſ.& Archi.in ſum.j.q.j.uerſi.notandum quòd Spiritualia appellantur gratiæ uirtutum , ſigna miraculorum:quia per ea Spiritusſanctus habetur , uel haberi præſumitur , cuius dicta reaſſumit Bero. in rub. de iudi. num. 43. quòd originaliter Spirituale dicitur quod ſua eſſentiali natura, & origine Spirituale eſt , quia à diuina gratia eius ſubſtantia immediatè procedit , ut eſt anima,fides,ſigna miraculorum,dona Dei erga naturam Angelicam, & humanam, & gratia uirtutum . Secundo ordinatiuè dicuntur Spiritualia,in quibus uirtutes Spirituales repræſentantur , ut ſunt ordines , & ordinaria officia. & Bero.num. 43. dicit quod immediatè ad finem Spiritualium fuit ordinatum, ut ſacramenta Eccleſiæ,baptiſma,& ſimilia.Tertio ſecundum Archid.appellantur ſpiritualia , quæ ſpiritualibus perſonis,ideſt Clericis appropriantur, ut eccleſiarum adminiſtrationes, p̃bendarum , & ſimilium ſuper quo Bero. nihil dicit . Quarto dicuntur ſpiritualia ſecundum Archid.in quibus ſpiritualia conficiuntur Sacramenta , ut Eccleſiaſtica uaſa, ſuper quo Bero.d.num.43. uerſ.participatiuè, idem dicit Ioan. de Selua de Ben.q.vij.par.j.nu.70.

¶Quinto ſtrictè appellatione ſpiritualium ueniunt ſola ſacramenta, qaæ operatione ſancti Spiritus conficiuntur pro ſalute animarum. Secundo Pręparatoriæ ad ſpiritualia dicuntur , ſponſalia ad matrimonium,ut dicit Bero.d.nu.43.uerſi.præparatoriæ.

¶Ioan.de Selua in tract.de beneſ.par.j.q.vij. nu.71. dicit quod ſeptem modis quis Spiritualiter illuminatur.Primo infimitate.Secundo humilitate.Tertio pœnitentia.Quarto oratione propria uel aliena.Quinto per habitionem zeli . Sexto prægustatione æternæ ſuauitatis . Septimo Inſuſione gratiæ,& nu.72.ponit quę ſint bona ſpiritualia.cuæ ſunt tria uidelicet,merita agendorum,merita geſtorum,& ſubſidia particularia.& nu.73.quod triplex eſt filiatio ſpiritualis, prima baptiſmi,& confirmationis,ſecunda in confeſsione reſpectu confeſſoris , & pœnitentis. Tertia inducens aliquem ad fidem, uel ad bonos mores qui eſt pater ſpiritualis.& num.74.dicit quod reperitur militia ſpiritualis, &

libertas spiritualis. & nu. 76. dicit quòd spirituale dicitur sex modis scilicet aer, uentus, corpora beatorum, animæ beatorum, Virtus imaginatiua, ens Deus. & ibi dicit quòd spiritus dicitur à spirare, & declarat nume. 77. Rochus de Curte in tracta. Iurispatr. in uerb. ius.quæstio.j.ponit quot modis spiritualia sumantur secundum Ioan.And.Abb.& Io. de Anan. in cap. consulere,de Simon. dicit quod spiritualia alia sunt corporalia alia incorporalia, & quædam sunt sacramenta per quæ consequimur gratiam, quædam sunt spiritualia per statutum, ut Religio, quædam sunt spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali,ut est absolutio peccatorum. Quædam sunt spiritualia ratione officij, ut quæ competunt Clerico ratione ordinis, ut pulsare campanas, claudere ostia Ecclesiæ, & similia, cap. ad aures de Simon. quædam sunt spiritualia, quia deputata ad usum sacrum, ut uasa,quæ reassumit Lamber. de Iurepatr. lib. iij.quæstio. ix. princ.artic.iij.num. 6. & per totum articulum.quamplura alia de spiritualibus hic adducere possem, quæ non conferunt constitutioni,
83 ad quam facit illud Archid. in summa, j.quæstio.j. uersi. iij. dum dicit quod spiritualia dicuntur illa, quæ applicantur spiritualibus personis, idest clericis, & sic per Archidiaconum Cleri appellantur personæ spirituales, sub quo nomine comprehenduntur omnes illæ personæ Ecclesiasticæ,supra connumeratæ, aliàs semper in iure nuncupantur personæ Ecclesiasticæ & apud humanistas dicuntur spirituales, uel spiritales, idest spiritum rationis habentes, quia persona idem est quod spiritus,ut diximus supra.

84 ¶ Et secundum istam declarationem Archidiaconi hæc constitutio restringitur ad quascunque personas spirituales idest Clericos,& alios de quibus supra:nam dictio, persona, quæ est generalis, & indefinita restringitur per illam dictionem, spirituales, ad personas Ecclesiasticas tantum, & non procedit in persona seculari, quia qualitas spiritualis adiecta dictę dictioni generali restringit dictam generalitatem ad spirituales personas tantum ut dicimus de iure Romanorũ, Atheniensium, & similium, §. sed ius quidem ciuile,Institut. de iure naturali gent. & ciuili.& cap. debitores,de iureiuran. ibi,ad soluendum usuras in quibus se obligauerat. & propterea qualitas adiecta uerbo mutat naturam rei cui adiicitur, cap. cum contingat, de iur. ibi,iuramenta sine ui, & dolo præstita seruari debent, ergo à contrario sensu si cum ui, & dolo præstita sunt, non erunt seruanda, Rota decis.xxxij.de probatio.in antiq.nume.9.Luc.de Pen.in l.ij. C. de delatoribus.colum.ij.uersi.Item de uerbis,Sarnen. in procem. regul. qō.ij. num. 1.facit l. quisquis,C.ad l.Iul.maie. ibi, & uirorum, Illustrium Senatorum, qui consiliis, & lateribus nostris sexistunt,tunc occidens illos,in pœnã,d.l. incidit sed quando non manent à latere Principis nõ incidit in dictam pœnam,Salic.in d.l.quisquis,Aegid.Boss. in tract.de cri-

crimine læsæ maiestatis. nu.9. Rolan. à Valle consil. 1.nu.24. & seq.lib. 3.facit l. in delictis .§. si extraneus, de noxalibus. ubi Bart. & Docto. quòd qualitas adiuncta uerbo, declaratur secundum tempus uerbi.

85 ¶ Eapropter in casu præsentis constitutionis, quando minor uult dicere de nullitate contractus,debet probare se contraxisse cum persona spirituali: quia quando qualitas est causa,ut quis audiatur,uel admittatur, illa debet probari,l.ait prætor.§.docere.ff.ui bonorum raptorum.ibi,docere actor debet damnum esse datum in turba, & si filius agit ad hæreditatem patris,ut filius debet se filium probare. Ang. & Paulus de Castro in l.liberorum.ff.de his qui not.infam. Dec.consil. liiij.in prin.& cccxliij.col.j.in prin. & ccclxxj.num.2. & non solum filium,sed filium legitimum,& naturalem.Butr.in cap. peruenit, col.ij. uersi.aut filius agit,qui filij sint legit.Rolan.cons.x.nu.23.lib.iij.ubi ponit multa similia.

86 ¶ Vnde si contraxit cum seculari, uel laico, iuxtà formam iuris communis,contractus ualeret, si non esset à Statutis terrarum alia forma tradita in contractibus minorum, quia omnia permissa censentur nisi prohibita reperiantur, ut dicimus in edicto de testibus,quod est permissorium certarum personarum, & prohibitorium secundum quid. gloss. in cap.j.de testi.extra,& in ca.fi.de testib.lib.vj. Abb.in cap. cum apud,in prin.de sponsal.Deci.in d.ca.j.nu.7.Rebuff.super const.Reg.in præfat.de rescript. nu.31. tom.ij.Ergo unusquisque poterit cum minore contrahere sine solemnitate istius constitutionis, qui non reperitur prohibitus:hic reperiuntur prohibitę personæ spirituales,uniuersitates,Collegia,& Communitates, de quibus omnibus dictum est supra laici,uel seculares non reperiuntur prohibiti contrahere cum minoribus, sine istis solemnitatibus. Ergo.

87 ¶ Nihilominus hæc Constitutio semper fuit intellecta, habere locum in contractu minoris, facto cum Layco, siue seculari,& semper ita obseruatum fuit,& obseruatur ad præsens, pro qua vide Rom.consil.xij. Corn.consil.cxxj.lib.iij.Paris.consil.liij. num.62.& seq. lib.iij. & consil. clj.in princ.& consil.clij.cliij.cliiij.clv.& clvj. lib.j. consiliorum crimin. per Ioan.Baptistam Ziletum impresso, in quibus consilijs deciditur, quòd dicta Constitutio procedat in contractu minoris contrahentis cum Laycis & secularibus, ut ex lectura ipsorum consiliorum uideri potest,& ita uidi semper practicari & obseruari, pro quibus facit l.si de interpretatione. ff.de legi.& l.semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.& l.xviij.§.optimum.ff.de fund.instru.

88 ¶ Eapropter videbatur aliquibus dicendum,quod in dicta Constitutione esset legendum loco,spiritualibus, spiritalibus: nam hic & hæc spiritualis, & hoc spirituale, per sincopem dicitur apud Grammaticos, hic & hæc spiritalis, & hoc spiritale, & significat omne animal, quod alitum, siue spiritum emittit à spiro spiras. Vnde spirita-
les

les auras dicimus,ideſt vitales,& perſonas ſpirituales,ideſt ſpiritales, ideſt ſpiritum rationis habentes,quia perſona eſt natura rationabilis, vt dicit Lucas de Pen.in l.ij.col.ij.C.de delato. lib. x. & diximus ſupra num.65.& iſto modo contineret etiam Laycos, & ſeculares Clericos, & Eccleſiaſticos,quia omnes iſti habent ſpiritum rationis, & iſta interpretatio mihi valde placet, quia eſt ſecundum ethimologiam vocabuli,& in iure Canonico nunquàm legi perſonas ſpirituales, niſi apud Archidiaconum, ſed ſemper legitur perſona Eccleſiaſtica, pro perſona Eccleſiaſtica,ut in c.ne aliqui,de priuilegijs,lib.vj.& diximus ſupra nume.69.& in dubio non debemus recedere à proprietate, & ethimologia uerborum,iuxta intelligentiam Grammaticorum, vt notat Salic. in l.cum antiquioribus,col.vj.verſ.& ideo Petrus Elias. C.de iur.deliberandi,ubi Fulgoſ. aſſerit ita grammaticos tenere, à quibus non eſt recedendum, & in dubio ſtandum eſt auctoritati eorum, Bero. conſi. xviij.num.5.lib.ij. maximè quia iura, & communis opinio Doctorum non repugnant, imò aſsiſtit. Nam Bar.in l.j.num.31.ff.ſi cert.peta.dicit quod quando tractatur, de ſignificatione uocabuli, ſtatur illius alluſioni, ſeu æthimologiæ,l.ij.§.appellata.ff.dicto tit.l.j. ff.de acq.poſſeſ. vbi Alex.num.2. Iaſ. num.17.& ſequen. ponit limitationes & declarationes,& Rip.num.18. ponit differentiam inter ethimologiam, alluſionem, compoſitionem, & deriuationem,quem uide, & hæc interpretatio non ſolum non eſt contra Legem ciuilem, ſed nec Canonicam, quia interpretari ſpiritualem, ideſt Eccleſiaſticam perſonam,eſt contra propriam interpretationem verbi ſpiritualis, & ethimologiam vocabuli, quia ethimologia ſpiritualis, eſt ſpiritum habere, non autē ſacra & Eccleſiaſtica habere generaliter loquendo, licèt aliquando pro Eccleſiaſtica perſona, capi poſsit, cum vt diximus ſpiritualis, dicitur per Sincopem ſpiritalis, & ſic comprehendit omnes, tam ſeculares,quàm Eccleſiaſticos,& iſta interpretatio eſt attendenda,quia ſemper hoc modo iſta conſtitutio fuit interpretata, & practicata, quòd habeat locum in omnibus contractibus,minorum factis,tam cum Clericis,quàm cum Laycis,ut dictum eſt ſupra,& minimè mutanda ſunt, quæ longam interpretationem habuerunt,l.minimè.ff. de legib. cum ſimil. Et iſta uidetur mihi propria veritas, à qua recedere non auderem niſi auctoritate Patrum,quam ſemper reſeruatam in omnibus eſſe volo. Maximè quia Aegid. non credimus ſe reſtrinxiſſe, ad ſpirituales,ideſt Eccleſiaſticos,& dixerit hoc pro forma,ſed cauſa demonſtrationis,Alex.in l.j.num.7.ff.de libe.& poſthu. & hoc præſertim, quia reperi poſtea textum Conſtitutionis corruptum, ut dicetur infra nume.132.

89 ¶ Pro quibus facit, quia ſumus in Conſtitutione fauorabili minori & mulieri, & ſic utili Reipublicæ,& propterea extendenda,& adiuuāda eſt interpretatione ne legi fraus fiat,l.hoc modo legato.ff.de cōd.&

demonſtra.Iaſ.in l.non dubium,num.11.verſ.limita.C.de legib. maximè quia fauore minoris hæc conſtitutio facta eſt, ideo aduerſus eum non eſt interpretanda,l.nulla ratio.ff.de legib.& l.quod fauore.C.eod. Præterea benignior ſententia in legis interpretatione ſequenda eſt, quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducitur, l.benignius. ff.de leg.& l.ſemper,ff.de reg.iur.faciunt dicta ſupra,glo.ij.nume.67.& quæ notat R.P.d.Sarmiento,lib.j.ſelectarum opinionum, cap.xij. nume.7. & 8,cum ſeq.

90 ¶ Coadiuuantur præmiſſa ex verbis textus,ibi,fieri non ualeant, ſcilicet per ipſos minores contractus, & quaſi contractus ſupra expreſsi non ſeruatis dictis ſolemnitatibus, & ſic perſona minoris prohibetur non alterius contrahentis,ut in l.fina.C.ſi quis alteri uel ſibi.ibi, Nihil prohibet altero pecuniam numerante, & l.non licet. ff.de contrahen. emptio.ibi,non licet ex officio,quod adminiſtrat, quis emere quid. & tamen ſi emit officialis,emptio,nulla eſt: quia officialis eſt prohibitus ne emat,l.& ſi is. C.de prædijs,& alijs rebus eorum, & l.j.ff.de rebus eorum, ubi tutores & curatores ſunt prohibiti alienare prædia ruſtica minorum. Eapropter minor prohibitus alienare,non transfert dominium,& vendicat rem cum fructibus,ut in l.ſi minor,& in l.ſi prędium. C.de præd.min. ita hic minor eſt prohibitus, ut in hac Conſtitutione dicitur,alienationes,venditiones,donationes à puberibus, ſeu adultis ſine iuramento conſcientia proximiorum,iudicis decreto, & inſinuatione fieri non valeant,nec aliquatenus celebrari. Vnde cum ſit prohibita perſona minoris, procedit diſpoſitio textus in l.non dubium. C. de legib.,ibi nullū enim pactum,nullamve conuentionem,nullum cōtractum inter eos uideri uolumus ſubſequutum, qui contrahunt lege prohibente contrahere,quod ad omnes legum interpretationes trahi generaliter imperamus, vt legislatori, quod fieri non vult tantùm prohibuiſſe ſufficiat,cæteraq; quaſi expreſſa, ex legis liceat uoluntate colligere,hoc eſt,vt ea quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta,non ſolum inutilia,ſed pro infectis etiam habeantur, licèt legislator fieri prohibuerit, tantùm, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere quod factum eſt, & quod fuerit ſubſequutum, nec tenet ſtipulatio, nec admittitur ſacramentum,nec mandatum,nec pariter fideiuſſor obligatur,l.cum lex.ff.de fideiuſſ. vbi Bart. hoc declarat, num.4.verſ.idem ſi prohibitio fiat ex parte unius, ubi dicit quod nec naturaliter obligatur,& hoc in caſu noſtro multo magis dicendum eſt,quia in Conſtitutione proceditur ulterius annullando actum,& iuramentum, & imponendo pœnam contrahenti, ut infra dicetur, Alber. in d. l. non dubium,colum.3. verſ. ſi fauore priuato inhibetur alienatio.dicit, quod quando minor eſt prohibitus alienare, ſi alienauit quoad eius fauorem,non ualet alienatio,etiam quòd adſit conſenſus illius, & ſubdit idem Albe. d.colum.iij. ad fin. uerſicul. ſi uerò quæratur, an conſenſu

partium posſit confirmari, aut lex dat certam formam confirmationi,& illa ſeruatur, & tunc ualet actus.l.j.C.de contractibus Iudicum,in qua prohibetur Iudici emere res mobiles uel immobiles, aut domos conſtruere ſine Principis reſcripto in loco, ubi ius reddit, & mandatur eis quòd donationes omni modo recuſent, quæ ualidæ non ſunt in quacunque re, & exiſtimatione exiſtant,niſi poſt adminiſtrationem donator, ratam habuerit donationem,uel tempus, quinquennale præterijt, Rectoribus Prouinciarum, & eorum familiaribus omnino prohibitæ donationes,& aliæ acquiſitiones exiſtunt,& officio finito, & ratificatione donatoris, & lapſu quinquennalis temporis nõ validentur præter ea,quæ pertinent ad alimoniam,& ueſtes, & quoad Iudices facit totus titulus C.ſi maior fact. Vbi verò à lege non datur forma in contractu, ſed ſolum prohibet, & tunc aut eſt proceſſum ad traditionem, vel non. Si eſt proceſſum ad traditionem ualet, alias ſecus.

¶ Si verò lex procedit, imponendo pœnam contrahenti,& annullando actum, & tunc dicit Alber. colum. iiij. quòd contrahens incidit in pœnam legis, vel Conſtitutionis, & contractus annullatur.allegat l.iubemus nulli.§.ſanè,il primo,cum ſequen.C.de ſacroſ. Eccleſ.in quibus iuribus ęconomo, & contrahenti cum eo pœna irrogatur, & prædia cum fructibus, & acceſsionibus uendicari poſſunt,ac ſi nunquam fuiſſent uendita,uel empta. Vnde Bald. j. not. in d. l. non dubium, dicit quòd non ſolum punitur,qui facit contra legem, ſed etiam qui facit contra mentem legis,quem ſequitur ibi Iaſ.nu.4.

91 ¶ Nunc etiam uidendum eſt, qui faciant contra legem. Nam ſicut ille facit contra edictum, qui facit contra illud, quod prætor uetuit, l.qui uetante.ff.de reg.iur.& prætorum edicta habent uim legis. §.prætorum edicta.Inſti.de iure nat.gent.& ciuili. & contra legem fit duobus modis,uidelicet,quando fit contra uerba legis, l.contra legem. ff. de leg.ubi dicitur eum facere contra legem, qui id facit quod lex prohibet.altero modo fit contra legem,quando fit contra mentem legis, ut dicto titulo,& l.fraus enim legi fit, vbi id fit,quod fieri noluit,fieri autem non vetuit. exempla ponuntur in gloſſa,in d.l.contra Bartol.in d.l.non dubium. num.5. & ſequen. dicit quòd tribus modis fit contra legem. primo quando fit contra verba expreſſa, ſecundo quando fit contra mentem legis,& tunc fit fraus legi. tertio quãdo committitur in legem,& iſtud ultimum eſt generale ad prædicta duo: quia qui facit contra legem, uel facit fraudem legi,committit in legem, & quando dicatur factum contra,uel præter legem,ponit Tiraquel. de retfact.in præfat.num.31. Illud etiam dicitur factum contra legem, quando nõ eſt ſolemniter factum, Iaſ.in l.non dubium,num.6. Docto. in cap.quæ contra,de reg.iur.lib.vj.& pro iſtorum declaratione Bar. in d.l.non dubium,nume.7. & ſequen.tractat de interpretatione legis extenſiuè, reſtrictiuè,

restrictiuè,

reſtrictiuè,& declaratiuè,quem proſequitur Bal.ibi,num.6. colum.iji. uerſi.ſed d.Bar.ubi Iaſ.& alij.& licèt Doctores in hoc ualde laborent, tamen non diſplicet leges, quæ allegantur à Doctoribus, ponderare pro legum interpretatione.

92 ¶Leges enim aliquando benignius interpretandæ, ut uoluntae earum conſeruetur, l. benignius,& l. nulla, ff. de legibus ibi, nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem, etiam quod ſimus in dubio, in quo ſemper benigniora p̃ferenda ſunt,l.ſemper.ff.de reg. iuris.exemplum in l.non ſine, §. quamuis C. de bonis quæ liberis ubi dubitabatur, an nomina maritus,& uxor comprehenderẽt ſponſum, & textus ad dirimendam ambiguitatem benignè atque naturalis iuris moderamine temperare non piguit, ut appellatione uxoris ſponſa contineatur. eſt aliud exemplum in l. per fundum, ff. de ſeruit. ibi benignius tamen dicitur, & l.in ambiguis ſenſibus melius eſt fauore libertatis humaniorem amplecti ſententiam, ubi humanior ſententia pro benigniori ponitur,& l.in re dubia,ff.de regu.iuris.ubi quòd in re dubia tutius eſt, & iuſtius eſt interpretationem benigniorem ſequi, & non ſolum in re dubia, ſed in pœnalibus cauſis benignior interpretatio facienda eſt, l. in pœnalibus,ff.d.tit.de reg.iur.

93 ¶Sed aliquando uox eſt ambigua, ut eſt dictio,ſpiritualis,quæ poteſt ſignificare hominem uacantem rebus ſacris ſecundum quendam cõmunem uſum loquendi, ut dicit Archidiaconus, & dixi ſupra:& tunc ſecundum Bar.in l.non dubium, C.de legi.num. 11. ſi communis uſus loquendi repugnat propriæ ſignificationi, tunc mens legis eſt quod intelligatur ſecundum communem uſum loquendi,quem ſequitur Felin.in procem.decret.num.5.Tiraq.in §.j.glo.ij.num. 3.& §.ij.glo.j.nu. 5.& 6.de retract.ubi ample,& poteſt ſecundum propriam ſignificationem omnem hominem ſpiritualem ideſt ſpiritum habentem ſignificare,& tunc dicimus quòd in caſu præſenti illa interpretatio ſumenda eſt,quæ uitio caret,l.in ambigua.ff.de leg.ibi in ambigua uoce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio quæ uitio caret,præſertim cũ etiam uoluntas legis ex hoc colligi poteſt, & in lege quoties, de regu. iuris dicit quoties ſermo duas ſententias exprimitea eam potiſsimum accipiet, quæ rei gerendæ aptior eſt, præſertim cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi poſsit. & in l.in ambiguo. ff. de reb.dub.dicitur quòd in ambiguo ſermone non utrunq; dicimus, ſed ſolum qđ uolumus,& quando facienda eſt interpretatio ad proprium intellectum,vide Bar.nume.9.Bald. num.9. & Doctores in d.l.non dubium.C.de leg.Tiraquel.latè,§.j.glo.ij.nu.2.de retract.maximè in Conſtitutione contraria iuri communi.& exorbitanti,vt ibi.

94 ¶ Aliquando interpretatio legis fit, ſecundum conſuetudinem loci

in quo

in quo lex viget; nam consuetudo est optima legum interpres, vt dicit text.in l.si de interpretatione. ff.de leg. & in l.nam Imperator sequen. Vbi dicit, quòd Imperator Seuerus rescripsit in ambiguitatibus,quæ ex legibus proficiscuntur consuetudinem, aut auctoritatem rerum iudicatarum,uim legis obtinere,l.de quibus, ff.de leg.ibi,quod moribus & consuetudine inductum est,& l.semper in stipulationibus, ff.de reg.iur.ubi dicitur,quòd etiam in interpretatione contractuum mos regionis, & id quod actum est sequi debet, vel saltem quod minimum est. & non solum hæc in cõtractibus procedunt, sed in ultimis volũtatibus,vt in l.cum delanionis.§.optimum.ff.de fund.instr.& instr. leg.& l.iij.in fi.ff.de supell.leg.

95 ¶ Quandoque casus,de quo dubitatur, lege non est comprehensus, tunc lex suppletur alijs legibus, in quibus est eadem ratio, & in quo idem ius esse debet,vt l.non possunt.ff.de legib.ibi,non possunt omnes articuli legibus,aut Senatus consultis,sigillatim comprehendi, sed cũ in aliqua causa, sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest,ad similia procedere,& ius dicere debet,& in l.sequen.nam, ut ait Pedius, lege vnum; uel alterum,introductum est bona occasio est, vt cætera,quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione uel certæ iurisdictioni supplere, idest ut imploretur augustum remedium,quem Deus rebus humanis proposuit,ut posit omnia,quæ nouiter contingunt emendare, componere, & modis,ac regulis competentibus tradere,l.ij.§.sed quia diuinæ res. C.de uet.iure enucleando. & quia supremo Principi leges condere, & interpretari cõcessum est, ut in d.l.ij.§.si quid uerò.facit etiam l.de quibus.ff.de legibus.vbi dicitur, quòd quando deest lex, recurrimus ad consuetudinem, & quando deest consuetudo,tunc quod proximum est, consequens est, idest, ad similia,& text.in l.ideo,dicto titu. in fi. ibi, quæ quandoque similes erunt,vt videmus in donationibus inofficiosis,quæ reuocantur,eo modo & auctoritatibus,& legibus, quibus inofficiosa testamenta, l. fina. C.de inoffic.donat.& sicut datur actio pro seruo corrupto, cõtra corrumpentem,ita utilis actio datur pro filio,filiaue corrupta,l.ut tantũ. §.j.de seruo corrupto, & tunc semper ubi deficit actio, uel exceptio, utilis actio datur,l.quoties.ff.de legib. prout datur utilis actio uicino de reficiẽdo aggere in agro vicini,pro aqua pluuia arcẽda, licèt actio non detur,l.ij.§.quanquam.ff.de aqua plu.arcen.Bartol.in l.non dubiũ, nume. 8. C.de leg.dicit quando uis extendere legem uigore alterius legis exceden. potest interpretatio extensiua ad similia fieri, quem Bald.sequitur ibi,num.6. Ias. num.29. dicit quod Doctores communiter sequuntur Bar. sed hæc interpretatio non trahitur ad consequentias,l.quod verò.& ubi consuetudo est contra ius,l.quod non ratione, ff.de legibus.uel nisi propter necessitatem lex esset introducta, quia non trahitur ad consequentias,l.quæ propter necessitatem,ff.de reg. iur.

iur.& quando lex est personalis, tunc non trahitur ad consequentias, l.in omnibus,de reg.iur.ibi, vbi personæ conditio locum facit beneficio deficiente ea beneficium quoque deficit,& ubi leges non sunt generales,sed particulares,pro aliquo Collegio & similium,non trahuntur ad consequentias,l.ij.C.de legibus, & in Statutis non fit extensio, de casu ad casum, quando continet ius singulare, Bald. in d.l.non dubium,nu.6. ad fi. & quando fiat interpretatio restrictiua, ex Doctorũ interpretatione,vide Bart.plures casus ponentem in l.non dubium. C.de legibus, nume.9.& 10. Bald. nume.7.& sequen. & Sali. ibi, col.ij. vers.antequam.

96 ¶ Possunt etiam leges priores pro declarandis & interpretandis posterioribus allegari, l. non est nouum. ff. de legibus.exemplum potest poni in §.sed etsi,in l.j.C.de rei vxoriæ actione. vbi actio rei vxoriæ de dote,multis priuilegijs,etiam legis antiquæ decoratur,& aliud exemplum in fideicommissis, vbi leges editæ, in causa legatorum ad fideicommissa,quæ sunt posteriora trahuntur,Instit.de fideicomm. hæred. in princip. quæ postea fuerunt exequata legatis,ut l.j.ff.de leg.j. & l.ij. §. sit igitur. C. communia de legat. ibi & omnia, quæ naturaliter insunt legatis, & fideicommissis inhærere intelligantur, & contra quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, & si quid est quod non habet naturam legatorum, hoc ex fideicommissis accõmodetur, & sit omnibus perfectus euentus, & ex omnibus nascantur in rem actiones,ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales. Vbi autem aliquid cõtrarium in legatis & fideicommissis eueniet hoc fideicommisso,quasi humaniori aggregetur, & secundum eius dirimatur naturam,& quæ id sequuntur.

97 ¶ Intellige prædicta sano modo: quia si sunt contrariæ leges antiquę posterioribus,tunc ad eorum interpretationem non adducuntur, ut in l.sed & posteriores. ff. de legibus. ibi, posteriores ad priores pertinent,nisi sint contrariæ,Bart.in l.non dubium, num.8. vers. & tunc.C. de legibus,vbi Bald.nu 6.uers.aut ad alium casum.

98 ¶ Præterea,quæ alicuius fauore constituta sunt, non debent ad corũ lesionem interpretari,l.quod fauore.C.de legibus. facit l.j. §.Diuus. C. de Carbonia.edict.ibi, non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatum est, & pendere statum eorum, cum iam posit indubitatus esse. facit l. non eo minus. C. de procurat.ibi, minoribus ætas in damnis subuenire, non in rebus prospere gestis abesse cõsueuit,ubi Bar.& Docto.hoc optimè declarant.

99 ¶ Item quando lex est utilis Reipublicæ, in interpretatione extendenda, l.hoc modo.ff.de condit. & demonstra. ubi dicitur si ancie non nupserit interesse an fraus legi facta esset:nam si ea esset quæ alicubi nuptias non posit interuenire interpretan. ipso iure rescindi, quòd fundandæ legis gratia esset adscriptum, legem utilem,Reipublicę dicit

cit

cit textus, sobolis scilicet, procreandæ causa lata adiuuandam interpretatione, & hoc etiam ibi notat Bar.

100 ¶Pari modo beneficia principis sunt plenissimè interpretanda, l. iij.ff.de constit.princip.Ideo Imperator in l.ij.C.de bon.uacant.lib.x. dicit si quando annotationes nostræ contineant possessionem siue domũ quam donauerimus integro statu donatam hoc uerbo ea uis continebitur quam ante scribebamus cum adiacentibus,& mancipiis,& pecoribus,& fructibus,& omni iure suo,ut ea quæ ad instructum possessionis, uel domus pertinent habenda sint. Vbi glo. Barto. Ioan. de Plat.Luc.de Pen.& cæteri omnes id notant.

101 ¶Non est omittendum quòd si lex quid indulget pro tempore præterito in futurum uetare uidetur,l.cum lex,ff.de legibus ideo in auth. Imperator indulget tributa præterita, ut in titulo, ut ea quæ præfectis,& in titu.de indulgentia tributorum, & in titu. de rele. trib. Ea propter si Imperator remittit tributa præterita, consequenter solui mandat futura:quia si unum negat,aliud iubet,& hoc notat Bart.in d. l.cum lex,ad fi.quod de natura legis est, ut ad futura trahatur cum lex semper loquatur.

102 ¶His suppositis uideamus, ex quo diximus supra quòd minor qui est prohibitus contrahere sine solemnitatibus præfatis,& si contrahit, facit contra legem, eius mentem, & quod contrahens cum eo facit fraudem legi, & committit in legem. Vnde contractus per minorem facti nulli sunt,nec minor obligatur naturaliter, ut tenet Barto. in l. cum lex,num.5.ff.de fideiusso.& num.6.format quæstionem in terminis huius constitutionis. ubi dicit quòd minor,uel mulier non possit uendere sine consensu propinquorum, an per hæc uerba uideatur eis præceptum ne uendant, ut impediatur obligatio naturalis? & arguit quod non,quia lex dicit quod alteri stipulari nemo potest,ut l.stipulatio ista,§.alteri,ff.de uerbo. obligatio. & §. alteri, Institutio.de inutili. stipulat.& tamen non impeditur naturalis obligatio.tamen ipse Bart. contrarium putat per l.j.& ij.C.quæ res uendi non possunt,ubi Imperator prohibet uendere purpuram, & similia, sub pœna capitis, & fortunarum amissione. & dicere quod non possit contrahere, nihil aliud est,quàm auferre potestatem,& facultatem uendendi, & quando aufertur facultas contrahendi, impeditur obligatio naturalis. C. de sacrosan.Ecc.l.iubemus,coniuncta l.non dubium.C.de legi.ergo &c.Nec obstat §.alteri,quia ibi loquitur de præsenti,scilicet alteri stipulari nemo potest,& sic declarat,quòd ius non assistit illi obligationi non autem aliquid prohibet in futurum nec aliquam facultatem aufert, sed dicit quòd non potest.sed in præsenti quæstione aufert potestatem in futurũ,dũ dicit non possit.Bal.in d.l.non dubium,nu. 29. reassumit dicta Bar.in d.l.cum lex, & dicit, quòd ipse considerat rationem legis, quæ consistit in iure siue in causa prohibendi, & tunc est edictum prohibito-

hibitorium,quia lex semper loquitur, l.Arriani,de hæret. aut non consistit in causa prohibitionis,sed lex actui assistit,& tunc loquitur §. alteri,& sic Bal.reprehendit Bar. inquantum uult quòd lex respiciat tẽpus in futurum,Ias.in l.Gallus,in prin.num.22.& seq.ff. de lib. & posthum. sequitur, & dicit quod uerbum,potest,iunctum cum negatiua, semper negat in quocunque tempore ponatur Fortun. Garz. in d.l. Gallus,num.24.refert Bal.ubi supra,& Imol.in cap. cum contingat,de iureiur.Verum ipse,num.24.distinguit Aut sit prohibitio personæ, ut non possit contrahere respectu causæ efficientis, ut in furioso,& infante,ut l.j.§.si furioso,ff.de acquir. pos.cum simil. uel ex causa materiali, ut in rebus sacris,l.nemo martires.C.de sacrosan.eccle.aut ex defectu causæ formalis,ut in testamento furiosi,pupilli, & infantis quibus deficit consensus,ut in l.fi.C. de testamen. milit. & in illo casu si causæ illæ deficiẽtes sint naturales, non potest oriri naturalis obligatio non ex legis prohibitione,quia naturalia prohiberi non possunt,sed ex naturali defectu.

¶Deinde sequitur & dicit, aut lex ciuilis ex ciuili causa dicit quòd mulier non possit contrahere, & tunc necesse est oriri naturalem obligationem ex naturalibus principiis quæ impediri non possunt, ut est consensus habilium, & materia super qua cõsentitur, & id de quo cõsentit, & forma contractus, & tunc oritur naturalis obligatio, l. Stichum,§.naturales, de solut.Nec obstat dicit ipse,resistentia legis Ciuilis,quæ potest tollere obligationem, & effectus ciuiles,non tamen naturales,c.ad apostolicam,de regularibus, ubi ponit etiam multa exẽpla,& rationes, & tractat de uerbo,non posit, quando importet necessitatem in Papa,nel in alio,& num.26. in fine reassumit dictũ Bart. in d.l.cum lex,& reprehendit rationem Bart. datam ad dictum §. alteri,respectu obligationis naturalis,sed quod est nulla respectu obligationis ciuilis.allegat tex. in l.j.§.quod meus,ff.de stipul.ser.Imo.in c.cũ contingat,memb.8,num.81.examinat dictum Bart. in d.l. cum lex,& quærit quando lex resistit,uel assistit contractui. unde aliquando lex prohibet contractum,& si prohibet personas contrahere,resistere intelligitur, & non oritur naturalis obligatio nedum ciuilis per leges, per Bartol.allegatas,& idem dicit ipse si lex prohibeat cõtractum fieri, quia contractus inquantum est quid facti prohiberi non potest, quia factum non potest lex facere infectum,l.in bello.§.factæ, ff.de capti. & postli. reu. tamen potest tollere eius effectum, d. l. non dubium,C.de leg.

103 Idem si lex prohibet alterum ex contrahentibus contrahere, l. non licet, ff.de contrahen.emp.& l.j. C. non lic. sub met. cum loca sua ad extraneum transferre, lib.xj. quia in casibus prædictis non oritur naturalis obligatio,quia naturalis obligatio est de iuregentium, de quo iure quis debet magistratibus parere. & ideo ex quo prohibet actum

fieri, ſi fiat non oritur naturalis obligatio, & tandem ipſe ſequitur Bart. & eius rationes ibi, licèt dubitet contra Bar. an firmetur huiuſmodi contractus iuramento, de quo infra dicemus. Angel. in d. l. cum lex, col. 1. uerſic. & ideo nec fideiuſſor. addit Bart. ibi, quòd hoc eſt uerum, quando lex annullat propter defectum formæ: ſecus ſi propter defectum materiæ, l. 1. §. ſiquis ita. ff. de uerbor. obligat. coniuncta glo. in uerbo; nec naturaliter. & ſic declarat dictum Bart. in caſu in quo non eſt ſeruata forma legis. Ideo limitat quando eſt defectus in materia, & quando eſt iuramentum, & in ultimis uoluntatibus, & Angelum ſequitur Imola ibi colum. 2. uerſic. extra gloſſam. Bald in d. l. cum lex. dicit, quod quotiens Statutum prohibet contractum, non naſcitur obligatio naturalis, ideo poteſt ſtatutum loqui, quòd naturalis nòn naſcatur, uel nata reſoluatur, dummodo ſtatutum fundet ſe in quadam æquitate iuriſgentium. Paul. de Caſt. ibi, num. 2. examinat doctrinam Barto. & dicit, quòd in tribus caſibus nulla oritur obligatio etiam naturalis. Primus, quando lex reſiſtit contractui dirigendo uerba in actum hominis, utputa, ſi dicat Statutum, Nullus ciuis uendat rem immobilem forenſi, ut l. 1. C. non licere habit. metrocom. lib. xj. Idem ſi dirigeret uerba in emptorem, nam cum emptor, & uenditor ſint correlatiua, cenſetur & alter prohibitus. l. 1. de cupreſsis.

104 ¶ Secundo caſu, quando lex reſiſteret potentiæ, ſi diceret, quòd nullus forenſis poſsit uendere, uel quòd mulier, aut minor non poſsit uendere ſine certa ſolemnitate. Tertius caſus, quando lex reſiſtit obligationi, q nõ poſsit minor, uel mulier obligari ſine tali ſolemnitate, & dicit, quòd in iſtis caſibus non oritur naturalis obligatio, quæ eſt de iure gentium, & pręceptum iuris gentium eſt, ut obediatur ſuperiori. l. ueluti. ff. de iuſt. & iur. & ſic talis contractus tanquam celebratus contra pręceptum iuris gentium, non habet ab ipſo fundamentum, ut obligationem ab ipſo inuentam producat, ut l. ſi non ſortem. ff. de condict. indebi. & l. eos. C. de uſuris.

105 ¶ Vnde ex ſupradictis infertur, quòd mulier, uel minor contrahens non ſeruata forma conſtitutionis, non obligatur naturaliter nec ciuiliter, & in hoc opinio Bart. eſt communis, quia ſequuntur eam Bald. Ang. Imol. & Paul. de Caſt. in d. l. cum lex. Imol. in c. cum contingat. de iure iu. num. 81. Iaſ. in l. Gallus. in priuc. licet non ſequatur eum Bal. in l. non dubium. num. 26. in quantum facit differentiam, in uerbo poteſt, poſitum in tẽpore prçſenti, uel futuro, cum Bald. reprobet in hoc Bar. & ſequãtur eum Doctores in d. l. Gallus, & Ang. in d. l. cum lex, declarat dictum Bart. quando lex dat formam, quia ea non ſeruata non oritur aliqua obligatio naturalis, uel ciuilis: ſecus ſi non dat formam, quia tunc oritur naturalis obligatio. ſed ſupradictæ concluſiones applicantur ſolum huic conſtitutioni, in quantum per mino-

res, & mulieres fieri non poſſunt, nec aliquatenus celebrari ſupradicti contractus, & quòd prohibitio facta uni ex contrahentibus ſatis eſt.

106 ¶ Videtur enim iſta conſtitutio tollere potentiam minori, quia dicitur, alienationes per minores, ſine ſolemnitatibus, cum quibuſcunque uniuerſitatibus fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari, & ſic ſumus in ſecundo caſu poſito per Paulum de Caſtro in d. l. cum lex, dum dicit, quòd quando lex reſiſtit potentię, & ponit exemplum in ſtatuto prohibente, quòd nullus ciuis poſsit uendere forenſi, uel quòd minor non uendat ſine ſolemnitate; nam iſto caſu dicit Paulus de Caſtro, quòd non oritur obligatio naturalis ipſius, quia contrahit contra præceptum iuris gentium, quod eſt, ut obediatur ſuperiori. Vnde ab ipſo iure non habet fundamentum, ut obligationem aliquam ab ipſo inuentam producat, & eſt illud quod dicit Bartol. ibi. numero ſeptimo. quando lex reſiſtit obligationi, utputa, ſi dicit Titium non obligari ex aliquo contractu, quia tunc impeditur obligatio naturalis; & diſtinguit, aut loquitur per verbum, poteſt, præſentis temporis, & tunc lex non reſiſtit, ſed aſsiſtit: aut per verbum futuri temporis, & tunc reſiſtit, & non ualet, ope tamen exceptionis, ſi non procedit ulterius annullando. Angel. ibi, in dicta columna prima, uerſiculo ultimo. adde, dum dicit, quòd Bartol. decidit, ubi lex reſiſtit potentiæ contrahendi per uerba futuri temporis, nulla oritur obligatio, & in hoc bene: ſed ubi per uerbum præſentis temporis, puta, quia dici non poteſt, tunc oritur obligatio naturalis, quia illud uerbum non tollit potentiam, ſed ſolum declarat, quod non aſsiſtit contractui. ſed ſua opinio uidetur contra caſum leg. primæ, in principio. ff. de uerborum obligat. coniuncto d. §. Si quis ita, nam ibi dicitur, quòd ſtipulatio non poteſt confici, niſi utroque loquente. & ſubdit, quod aliter facta, nec naturalem producit. & hoc credit uerum, quando deficit propter formam, ſecus ſi propter defectum perſonæ, uel ſubiectæ materiæ, propter quam non poteſt obligatio ſubſiſtere, & ita intelligit. §. alteri, & ex alio, quia uerbum, poteſt, eſt extenſiuum, & trahitur ad futura. Vnde non debet minus operari, quàm futurum. Et hæc opinio Angeli uidetur eadem cum opinione Bal. in lege, non dubium, & Angelum ſequitur ibi Imola, columna tertia. uerſic. iij. & ultimo. vbi adducit pro opinione Angel. leg. obligari. in principio. ff. de authoritate tutor. ubi obligari ex omni contractu pupillus: ſine tutoris authoritate non poteſt, & ſi quid tutori promittit impeditur naturalis obligatio, & tamen lex ibi loquitur per uerbum præſentis temporis, & tamen dicit ipſe facit contra Angelum, quia ibi deficit contractus propter defectum perſonæ pupilli, & tamen non oritur naturalis obligatio, licèt pro ipſo faciat, l. pupillus. de authoritate

tuto, sed dici potest quia l. obligari, procedit ulterius annullando.
Præterea subdit Imol. ibi, uersi. item adde, colum. iiij. quod quando lex
prohibet contractum, uel actum, esset uidendum an si cõtra fiat actus
sit nullus, de quo per Bar. in l. non dubium, C. de legib. & per gl. in cle.
j. de iurepat. & eo casu quod actus est nullus, procedat opinio Barto.
Alex. consi. lix. nu. 3. uersi. & præsertim, lib. j. Tiraq. super leg. connub.
gl. iij. nu. 8. ubi de uerbo, potest, iuncto cum negatiua an importet ne-
cessitatem. Vide Tiraq. ibi. nu. 9. & seq. & dicit quòd actus est nullus ip
so iure, & non oritur obligatio naturalis, num. 12. & sequen. Vnde uide
tur quòd Barto. communiter sit approbatus. sed in quantum loqui-
tur de præsenti uidetur reprobatus. & hæc communis opinio applica
tur constitutioni nostræ, quia loquitur per uerbum, ualeant, futuri tem
poris iuncto cum negatiua ibi, fieri non ualeant, nec aliquatenus cele
brari: nam uerbum, ualeant, idem quòd possint importat apud Gram
maticos, & quia nota est eius interpretatio ncn eget authoritate. Vn-
de si minor contrahat sine solennitate præsentis constitutionis, po-
tẽtia contrahendi ab ista constitutione sublata est. Vnde lex ei resistit,
ideo contractus minoris est nullus ipso iure, & ex eo nec naturalis ob-
ligatio, nec ciuilis nascitur, ut patet ex prædictis.

¶ Posset etiam uideri quòd ex prohibitione alienationis facta mino-
ri ne contrahat sine solennitatibus præfatis, an sit ei sublata admini-
stratio, l. is cui bonis, ff. de uerbo. obligatio. ubi Doctores, Barbat. con
sil. xvj. colum. v. ad medium, lib. iij.

107 ¶ Verum pro maiori declaratione prædictorum, & eorum quæ di-
cit Bart. in l. non dubium, nu. 21. C. de leg. Imo. in l. cum lex, col. iiij. uer
si. an autem, dat mirabilem doctrinam, & dubitat an indistinctè dice-
re debemus quòd non ualeat contractus si ius inhibet aliquid fieri, &
considerat duos casus, quia aut lex procedit ultra actum confirman-
do, aut infirmando, aut procedit ultra dando remedium contra factũ
aut imponendo pœnam. Primo casu quando confirmat ualet actus di
cit ipse, l. biduum, §. j. C. quando appellandum sit. Secundo casu quan-
do infirmat actum cum decreto irritante, tunc actus non ualet, l. iube
mus. §. sanè. C. de sacrosanc. Eccl. c. ad dissoluẽdũ, in fi. de spons. impub.
c. apostolicæ, de præben. lib. vj. Tertio casu quando dat remedium con
tra factum tendens ad rescissionem, actus ualet, sed potest rescindi,
ut ti. ff. quod met. causa. Quarto casu considerat duos casus, aut appo-
nit̃ pœna inferẽs necessario nullitatẽ actus, & clarũ est qđ actus est nul
lus, l. j. s̃ de ope. no. nun. nã ius inhibet ædificari post nũciationẽ noui o-
peris, & si contrafiat p̃cipit destrui, & sic infert̃ necessario ꝙ ædificatio
de iure fuerit ĩualida. Vide ẽt Salic. in l. non dubium, col. 8. ad finem.

108 ¶ Aut non infert necessario nullitatem actus, & tunc si actus esset
nullus pęna posset habere locũ, & tunc remanet actus ualidus. exẽplũ
in l. fi. ff. de duob. reis. ubi lex inhibet libertæ nuptæ patrono, ne secun
dum

dum eius consensum diuertat, & si diuertit imponit pœnam, ne alte-
ri nubat: quia si diuortium non teneret illa pœna, non haberet locum
uidelicet, ne alteri nubat, quia non potest eodem tempore duos ha-
bere uiros. si verò diuortium teneat, tunc est pœna, ne possit alte-
ri nubere, aut pœna se compatitur. cum nullitate actus, & nullitas
tendit ad præiudicium prohibiti, & tunc non valet actus, l. j. ff. de his
quæ pro non scrip. ubi lex annullat legatum factum in fauorem scri-
ben. & supponit eum pœnæ. l. Corneliæ de falsis, Salicet. tenet idem in
l. non dubium, colum. ix. uersic. quæro ut, & de hoc ponit alia exempla.
& circa quæstiones istius primi casus, quando lex inhibet, procedit ul
tra annullando. duo casus possunt huic Constitutioni applicari, uide-
licet secundus, in quo actus infirmatur cum decreto irritanti, quia
Constitutio dicit, & si factæ, & celebratæ fuerint, non seruatis solẽni-
tatibus supradictis p̃sumantur, & fingãtur dolosè extortæ, & nullã ob
tineant firmitatẽ, quæ uerba importãt decretũ irritans, ut dicet̃ infra.

109 ¶ Et in quarto casu, ubi quando ultra nullitatem actus imponitur
contrahenti, cum minore pœna, ibi & nihilominus contrahens cum
minore Iudicis arbitrio puniatur, de qua pœna dicetur infra. Sed du-
bium est quando simpliciter prohibetur, & imponitur pœna pecunia-
ria, vel alia contrahenti, an ex prohibitione annulletur actus, & pœna
debeatur? & Salic. in d. l. non dubium, colum. ix. uersic. quæro format
istam quæstionem, & resoluit quod aut prohibitio & pœna, fit ab eo-
dem Statuto, & tunc actus, qui non est de genere prohibitorum, ua-
let soluta pœna. aut Statutum simpliciter prohibet, & pœna in alio
Statuto imponitur, & tunc actus non ualet, Angel. consil. clxx. in prin
cip. licèt propter verba Statuti, & illius mentem contrarium teneat
Abb. in cap. ij. nu. 5. de testib. dicit, quòd si lex prohibet, & procedit ul
terius imponen. pœnam diuersam à nullitate, quod actus ualet, sequi-
tur ibi Feli. col. j. & ij.

110 ¶ Deinde Imo. in d. l. cum lex, colum. penul. uersic. ij. casu principali,
ponit illam quæstionem, quando lex uetat simpliciter, non proceden-
do ulterius, vt in præcedenti quæstione. & dicit quod si lex inhibet sim
pliciter, & tunc ille, cui fit inhibitio, recipit potestatem ab ipsa lege
inhibente, & tunc non ualet actus, l. non dubium. & est ratio, quia
lex prohibitiua semper loquitur, & intelligitur habere clausulam de-
rogatoriam, & annullatiuam actus. Vnde non est necesse, quòd lex
ultra annullet Iaso. ibi num. 17. Fab. olim Decanus Rotæ, decisio. ij.
dicit procedere in collatione facta minori, qui non potest promoueri,
& no. glo. in d. cle. j. de iurepat. & sequitur Imol. ponendo alia exempla
declarando dictam glossam, Deci. cons. xvij. nu. 3. & Alex. consil. xxiiij.
nu. 3. li. j. vbi dicit ꝙ quando lex, uel Statutũ prohibet actum fieri, si fiat
actus contra prohibitionem dicitur nullus, ut in l. non dubium. tamen
quando Statutum non loquitur prohibitiuè, sed simpliciter man-

 dat

dat actus certo modo fieri, licèt ille modus non seruetur, ualet actus si lex uel statutum non processit ultra annullando, Ias. in l.non dubiũ. nume.18.ubi ponit quatuor limitationes, nume.19. & sequen. Alexan. in l.j.num.6.& seq.ff.de lib.& posthu. Alber.Brun.de forma, car.33. colum.j.versic.secunda conclusio, dicit hanc esse communem opinionẽ.

111 ¶ Vltimò. Quandoque prohibetur actus, ratione publicæ utilitatis principaliter, l.quemadmodum.C.de agri.& censit. lib. xj.quandoque ratione publicæ utilitatis secundariò, vt in l. Iulia. de fundo dotali. & quod notatur in l.j.ff.solut.matr. Quandoque prohibetur fauore Ecclesiæ, ut l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.Eccl.quandoque prohibetur fauore personæ, l.j.& per totum. ff. de rebus eorum. Quandoque prohibetur ex eo, quia res non est in cõmercio.l.si in emptione.§.j. ff.de contrahenda emptio. Quandoque prohibetur propter vitium rei, l. si in emptione.§.item si emptor, de contrahen.emptione, & sic patet quòd sex modis iure prohibetur contractus, & alienatio rei, & ideo hæc conclusio etiam potest applicari huic constitutioni in quantum respicit fauorem publicum & personæ, & hæc pro declaratione illius collecta multum necessaria videntur, de quibus plures alios casus prohibitionis legis ponit Bald.in d.l.non dubium, nume.20.

112 ¶ Sed quoniam lex non semper resistit contractui, & obligationi faciendæ sed resistit actioni, seu petitioni, ut quia lex dicit ex tali contractu, actio petitiove non detur, uel contrahens non audiatur, & tũc per illa uerba datur exceptio contra huiusmodi contractum, ut l.j.in princip.ad Trebell.l.iij.§.j. ff. ad Macedonia. & quando ex obligatione oritur tantum officium Iudicis, tunc iudex non debet eum audire nullo modo, l.fina.C.qui & aduersus quos, Bartol.in d.l.cum lex, nu.9. Idem tenet Paul.de Cast.ibi colum.j.vers.aliquando autẽ lex non resistit alicui de dictis tribus casibus, sed actioni.

113 ¶ Aliquando lex resistit exequutioni, utputa si dicat lex, bona minoris non alienentur per tutorem, uel fundus aut res dotalis, non alienetur ex eo, quod interdicit alienationem, idest translationem dominij, quod sequitur ex traditione, quæ est exequutio obligationis, & tunc non impeditur à lege contractum fieri, obligationem nasci, actionem exerceri, sed exequutionem, idest traditionem, & dominij translationem, Bart. in d.l. cum lex, num.10.dicit quòd licèt præmissa non prohibeantur expressè, tamen tacitè omnia præambula prohibita censentur ex ratione legis. Vnde in re minoris, eius fauore est prohibita alienatio, & per consequens prohibitus contractus, obligatio, & actio: & ideo si minor se obligaret, non tenetur ciuiliter nec naturaliter, & nec fideiussor obligat sequit. Bar.Pau.de Cas.in d.l.cũ lex. colum.ij.uers.aliquando & quarto, & dicit quòd si est prohibita alienatio rei dotalis, uel minoris sine decreto, quod videtur prohibitus contractus & alia, per quæ ad alienationem peruenitur: secus verò

quoad

quoad tutorem & maritum, quia contractus quoad eos non censetur prohibitus, & ideo oritur obligatio, & actio ad interesse, & iste est casus l. & si is. C. de prædijs min. & in illis casibus contractus firmatur iuramento.

114 ¶ Quid si lex dicit quod gestum est, ratum non habebo? & tunc oritur actio ciuilis, & naturalis, sed obstat exceptio, ut in edicto quod metus causa, cui exceptioni potest sponte renunciari, Paul.de Cast.in d.l. cum lex, colum.j.vers.interdum lex dicit.

115 ¶ Quid si lex diceret, non valeat donatio si non insinuetur infra sex menses, ut in statuto Romano, in quo si seruentur aliæ solemnitates Statuti, videlicet numerus testium & subscriptio donatoris, sed non insinuatur infra sex menses ualet donatio, sed ope exceptionis annullatur, argumento l.vniuersa.C.de prec. Imper. offer. & quod ibi notat Paul.de Cast.in d.l.cum lex, colum.ij. in princ. & in Constitutione nostra dum dicit, & insinuatione facienda, & sic extra contractum. & licèt non sit appositum tempus, tamen quamprimum fieri potest insinuatio, fieri debet, & quando non ostenditur facta, si producitur contractus sine insinuatione, potest de illius nullitate opponi per viam exceptionis, vt dicit Pau.de Cast.ubi supra.

116 ¶ Sed quia conclusimus supra quod hæc constitutio resistit contractibus factis, non seruatis solemnitatibus de quib.in ea: quia si lex prohibet aliquid fieri sine certa solemnitate, resistit contractui: si resistit, contractus annullatur tanquam factus contra iura, l.non dubium, & diximus supra. quæ lex non solum annullat contractus factos contra legem, sed pro infectis haberi mandat ibi, quæ lege fieri prohibentur si fuerint facta non sint inutilia, idest nulla, sed pro infectis etiam habeantur. ubi glo. ponit multa exempla in verbo, pro infectis, quæ reassumit Bart.ibi, num. 15. & 16. & 20. vbi declarat quòd omnes contractus habentur pro infectis, quantum ad commodum facientium, non autem quòad incommodum, quia cessat æquitas, quare dicta infectio debeat induci, Bald.ibi nume. 11. recitata Petri & Bartol. opinione dicit, quòd prohibita habentur pro infectis, quoad sui firmitatem, sed non habentur pro infectis quoad pœnalitatem facientis, Salicet. colum.iij.versicu. nunc ad tertiam partem, & colum. 4. uersic. oppono octauo, declarat quando habeantur pro infectis, in ipsa inchoatione contractus vel tempore confirmationis, & colum. viij. versicul. & sunt expeditæ, ubi concludit quòd si lex ultra prohibitionem procedit ulterius annullan. quod in contractibus tanto magis procedit. clemen. prima de immunita. Eccles. vbi gloss. Tiraquel. de constitu. parte tertia. limitatio. septima. nume. 47. & sequen. latè comprobat Paul. de Castr. nume. 9. & Ias. nume. 9. & 54. & in d. l. non dubium. Quæ conclusio adaptatur huic constitutioni, ibi, fieri non ualeant. quæ uerba sunt posita negatiuè, & annullant actum ipso iure, Tiraq.

Q 4 in

in l.ſi unquam .in verbo , reuertatur,nume.235. C.de reuocan. donat. & ſuper legibus connub.gloſſ.iiij.per totum,& alia uerba , nec aliquatenus celebrari, tollunt potentiam celebrandi contractus: alio modo Tiraq.in d.uerbo, reuertatur, nume.224. præſertim cum ſit geminata prohibitio,ut dicetur infra.

117 ¶ Sed in præſenti Conſtitutione ſtatuitur , quòd ſi fiant contractus non ſeruata ſolemnitate præfata, quòd præſumantur doloſè extorti. & iſto caſu dicit Bald. in d. l. non dubium . C. de leg. nume. 20. verſicu. & ex hoc , quòd ſi ratio legis conſiſtit in dolo uero , uel præſumpto , non oritur obligatio naturalis , quia dolus eſt contra ius gentium , uel ſi oritur fingitur non oriri , Bartol. in colum. octaua , nume.24. & ſequen.verſic. ecce alia. dicit , quòd ſi Statutum diceret, quòd minoris contractus non ualeat , etiam ſi fuerit iuratus , non interueniente conſenſu duorum conſanguineorum , & ſi aliter factus ſit præſumatur minor dolo inductus, tunc contractus non ualet: quia dolus præſumitur per ſtatutum , & ubi interuenit dolus , non ualet neque contractus , neque iuramentum , Bald. in authen. ſacramenta pub. C. ſi aduerſus uenditio. tenet idem quod Barto. nume.quintò Romanus qui loquitur de iſta conſtitutione, conſil.xij. nume. 4. dicit quod ex contractu celebrato per minorem ſine iſta ſolemnitate non oritur , neque naturalis , neque ciuilis obligatio , Barbat. conſil. xlj. colum.ij. lib. primo , ubi addit illam rationem , quæ poſita eſt in proœmio iſtius Conſtitutionis , quod minores in Prouincia decipi ſolebant , Caccialup. in d.l. omnes populi , colum. xix. nume. 38. uerſicul. tertio infert Bartol. vbi poſtquam recitauit opinionem Bartol. & Bald. pro declaratione ipſe format tres quæſtiones; & primam, quando lex uel ſtatutum annullans actum , ſeu contractum , annullat iuramentum excludendo cauſam peccati , utputa ſi Statutum dicit , quod ſi minor contrahit non ſeruata ſolemnitate , etiam quod iurauerit præſumatur iuramentum per dolum & metum extortum , & non ualeat ipſo iure , & tunc dicit ipſe quòd talis contractus non ualebit , quamuis iuramentum ſit appoſitum , quod non erit ſeruandum , cum ſublata ſit cauſa peccati , allegat Bart. Bald. & Salic. in dicta authen. Sacramenta pub. Anchar. in cap. j. de conſtitut. allegat illam rationem . Videlicet , quando adeſſet iuſtiſsima cauſa præſumendi fraudem, ſeu dolum uel mætum, utputa , quia in loco in quo uiget tale ſtatutum eſt locus , in quo minores communiter decipiuntur , dolo,ſeu fraude , uel metu maiorum . & cum ualeat tale Statutum, iuramentum non erit ſeruandum,cum non ſit obligatorium tanquàm metu extortum, l. fina. C. de non numer. pecun. ubi præſumptio , quæ eſt in contractu , eſt in iuramento præſtito ſuper eo , aliàs non ualeret ſtatutum , allegat Anton. Abbat. Imol. & cæteros , in cap. cum contingat de iureiuran. & poſt multa concludit , quòd

minor

minor habita abſolutione à iuramento , poterit dicere contractum nullum , & inualidum, Barbat.latè conſil. xv..colum.iij.verſic.iij.præſuppono ,lib.iij. dicit quòd dolus contra contrahentem cum minore præſumitur , ex quo non vocauit conſanguineos illius, qui obuiaſſent huic dolo, & ideo præſumptio eſt contra eum , quod per dolum extorſerit iuramentum à minore, non vocando conſanguineos ipſius minoris , contra diſpoſitionem Statuti , & hoc tanto magis ſi eſt læſus. & colum. iiij. dicit quòd ſi ſtatuentes moti ſunt aliquo bono motiuo ad ſtatuendum contra iuramentum , quòd tale Statutum valet . & latè colum.v.ibi, ubi allegat Bald.in d.l.non dubium.C.de leg.Idem Barbat. conſil.lxx.colum.iij. uerſicu. & licèt, lib. iij. Et quia dicitur in Conſtitutione , quod contractus aliter factus præſumatur doloſus , ſciendum quòd iſta præſumptio doli , ſtatim oritur , quod forma ſeruata non apparet , & eſt præſumptio iuris, & de iure, & non admittit probationem in contrarium, Curt. Iun. conſil.50. nume.5. & conſ.51. Pariſ.conſil.xlix.nume.iij.lib.j. Socin. Iun. conſil. lxix. nume. 46. lib. j. Barbat. conſil. ſeptuageſimo, colum. tertia , volumine tertio. Iacob. prætor. §. non ſolum. in verſic. doceat . ff.de min. & facit gloſſa in l. ait nume.12. & 15. & 77. Gozad. in d.l.omnes populi , nume. 119. uerſic. ſecunda concluſio dicit, quòd Bartol. communiter approbatur, Anto. Gab. lib. v. de præſcript. conclu. iiij. nume. viij. Didac. Couar. in ſecunda parte relectionis cap. quamuis , de pact. lib.vj. §. vj. num.3. aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & iſta prima concluſio adaptatur huic conſtitutioni , quia præſumit , & fingit dolum in contractibus factis, non ſeruata dicta ſolemnitate , Deci. conſil. xxxj. Riminald. conſil. ccxlvj.volu,ij. nume. 4. & quod non requiratur in iſto caſu abſolutio à iuramento , tenet Hieronymus Gabriel. conſil. xiij. latè,& atteſtatur de communi .& Borgnin. Caualcan. de tutore , num. 168. dicit quòd non habet locum iuramentum propter peccatum , ex quo Statutum prohibet perſonam contrahere.

¶ Verum Rota coram R.P.D.Quiroga in vna firmana bonorũ tenuit, quòd eſſet neceſſaria abſolutio à iuramento, ut in deciſ. diuerſorum , deciſio. vigeſimaprima , allegat Alexan. conſil. trigeſimonono , nume. decimooctauo , lib. quarto . Pariſi . conſil. quadrageſimo quinto . nume. quinquageſimoſecundo . lib. primo. Cagnol. l. ſecunda , nume. nonageſimoſeptimo , & nonageſimooctauo . C. de reſcinden. venditio. Sarnen. in tractatu breuium , nume. 46. Aegi. deciſ. cclvij. & Rot. deciſio. ſexta , de iureiuran. in antiquis , dicit quòd iuramentum interpoſitum ſuper contractu reprobato à iure, non ualidat contractum, ſed iurans tenetur illud iuramentum ſeruare, & propterea requiritur abſolutio etiam in caſu præſentis conſtitutionis cōtra communem: quia ratio Rotæ mihi placet , & eſt magis ſecura pro ani

mæ

mæ ſalute.Ideo diuus Thomas ij.ij.q.lxxxix artic.vij.uerſi.ad primum,
colum. iij. dicit quòd alia eſt obligatio quæ fit homini metu, tunc ta-
lis obligatio iurata,non eſt ſeruanda tanquam facta contra legẽ. Alia
eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat per nomen eius qd
promiſit, & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ: quia ma
gis debet damnum temporale ſubſtituere quàm iuramẽtum uiolare,
& ideo ſolent Romani Pontifices relaxationem a iuramento conce-
dere ex iuſta, cauſa, & uidebite ſolutum repetere. facit cap. uerum
in ea quæſtione,de iureiur. ubi Celeſtinus III. dicit quòd à iuramen-
to per metum extorto detur abſolutio,& hoc conſultius,quàm dice-
re iuranti quòd non ſeruet iuramentum, ut tollatur materia peieran
di,ubi gloſſa,& Doctores Fortunius Garſi. in tract.de ultimo fine, nu.
377.& Doctores in cap. cum contingat,de iureiuran. & in c. quamuis,
de pactis,in vj.cõcludũt, ꝙ in iuramento doloſo requiratur abſolutio
Card.conſi.iij.colum. ij. uerſicu.uec curandum Fort. Garſi.in d. tract.
de ultimo fine, num.457.& 458. qui parificat iuramentum dolo extor
tum iuramento metu præſtito.Ad contrariam, & communem opinio
nem poteſt reſponderi quòd procedit quando conſtitutio confirma-
ta à Papa diſponit iuramentum præſtitum ſuper contractu doloſo nõ
ualere, & forſan in hoc caſu non eſſet neceſſaria abſolutio Fort. Garſ.
in dicto tract.de ult.ſine, num.380.Sed ubi hoc non dicitur in ſtatuto
uel conſtitutione, etiã quòd iuramentum illicitum ſit non debet quis
propria authoritate contrauenire,ſed debet ſedem Apoſtolicam con
ſulere,cap.uenerabilem,§.pen.de elect. ubi gloſſ. & Docto.Fort. Garſ.
dicto tract.de ultimo fine,num.378.& ſequen. Maximè quia generalis
interpretatio legum ſpectat ad Imperatorem, uel Papam,idem Fort.
Garſ.ubi ſupra,num.382.& iſta opinio ſequenda eſt contra commune
opinionem Doctorum,quam ſequitur Rota,uberrinus Canoniſtarum
fons,& quorum deciſiones communi opinioni æquiparantur, Sarn. in
proœmio regu. quæſt. ij. unde contra communem alia communis in-
ducitur fulcita melioribus rationibus,& authoritatibus quam prima
Doctorum opinio fulcita ſit,& ideo ſequenda, & amplectenda iude ſu
pra latè gloſſa ij.num.19.

118 ¶Secunda concluſio Caccialupi in d. l.omnes populi.ſub nu.xxxix.
uerſi.circa ſecundum membrum, uidelicet quando lex uel ſtatutum
annullat ſimpliciter ipſum actum annullando etiam iuramentum nõ
ſeruata forma & ſolemnitate ſtatuti, nõ tamen aliquid dicit de dolo,
metu,& fraude fingenda,uel præſumenda: & tunc dicẽdum, quòd aut
ſumus in lege Canone,ſeu ſtatuto Clericorũ à Papa approbato,& tũc
non valebit contractus, nec iuramentum erit ſeruandum cum,dicta
lex, & canon habeat uim apoſtolici in tollendo iuramentum, glo.in l.
adigere.§.fin.ff.de iurepat.ubi lex dicit, quòd lex Iulia de maritandis
ordinibus remittit iuramẽtum liberto oppoſitum ne uxorem ducat,
ſi

ſi uult ducere vxorem, ſuper qua gloſſa finalis dicit, nota legem vim
apoſtolici obtinere,ut remittat iuramentum,Hoſt.Ioan.Andr.in cap.
quemadmodum de iureiur.Federic.conſi.cclxxij.Ant.Imol. Abb.& Al
ciat.in c.cum contingat.num.xxxvj.uerſ.iij.caſus,de iureiur.ubi dicit,
quòd quando tale ſtatutum eſt confirmatum à Pontifice, tunc perin-
de eſt,ac ſi ſummus Põtifex feciſſet. l.j.§.omnia.C. de uete. iure enucl.
& num.lxij.uerſ.Septima declaratio declarat habere locum in confir-
matione Papæ facta ex certa ſcientia.Vide etiam Ant. Gabriel.lib.vj.
de ſtatutis,concluſ.x.per totum,Rom.conſ.xxxvij.ubi additio.Alexan.
conſi.lix.lib.j.num.1.& 2. Hieron.Gabriell.conſi.cxxvij.num.24.dicit,
quòd ſtatuta debent eſſe viſa, & conſiderata de mandato Papæ. Ego
enim credo, quòd ſufficiat clauſula ex certa ſcientia,appoſita in con-
firmatione. Rot.deciſ.ij.de confirm.utili,uel inutili.in nou.Alex. conſ.
xxxviij.uol.iiij.& conſil.xviij.num.7.lib.vj.Anto. Gabr. in ſuis concluſ.
lib.vj.de ſtatut.concluſ.xj.num.12.& intelligitur iſta confirmatio qua
tenus ſtatuta ſint in uſu. Ripa lib.j.reſp.cap.v.nume. 4. & 5. Caſſan. ſu
per conſuet.Burg.rub.iiij.§.vij.in gl.ſuppoſe num.56.& ſeq. dicit,quòd
ſola tollerantia perſonarum Eccleſiaſticarum ſimilis ſtatuti ſufficit
pro confirmatione non obſtante iuramento, imò approbatio facta à
perſonis Eccleſiaſticis,& laicis ſimul ſufficit, & excuſat à periurio, ut
dicit ibi nu.44.Didac.in c.quamuis, de pactis. part.j.§.iij. num.8. lib.
vj.Præterea,quando ſtatutum eſt confirmatum à Papa dicitur Papæ.
Alex.conſi.cxxiij.num.17.lib.iiij.Afflict. in prælud. conſtitutionum.q.
iij.num.3.iſta conſtitutio eſt facta à legato confirmata in Concilio La
teranen. à ſummis Pontificibus, & præſertim Paulo Papa Tertio, ut
dictum eſt ſupra. Et hæc non procedunt, quo ad obligationem quæſi-
tam iuramento,quæ tolli non poteſt per ſtatutum,vel eius fictionem,
licèt lex Ciuilis tollat iuramentum in foro ſeculari, cum poſsit prohi
bere iuramentum, & ipſius obligationem,& eam inualidare. l.non du
bium.& iſto caſu talis contractus ſic celebratus nullam producit obli
gationem, & actionem, ut dictum eſt ſupra. & tenet idem Caccialu-
pus.nu.39.in fi.in d.l.omnes licet dicat, quòd iudex Eccleſiaſticus fa-
ciet ſeruare iuramentum promiſſorium quoad Deum,pro quo conſi-
lium eſt, ut minor petat abſolutionem ad effectum agendi,vt dictum
eſt ſupra, glo. 2. per totum. Et notat Alex.conſi.cxxv.lib.j.col.ij.verſ.
quinimò dato.ubi dicit, quòd licet Statutum improbet actum iura-
tum,debet concedi abſolutio, allegat conſil. Federici de Sen.cclxxij.
ubi conceditur abſolutio filiofamilias contrahenti contra formã Sta-
tuti, quia accipiens,iuramentum, fecit contra prohibitionem ſtatuti
Ciuitatis cui obtemperare debebat. Tamen Didac. in c.quamuis de
pactis lib.vj.part.j.§.iij.nume.10. dicit quod fingitur incurrere periu-
rium, ſed non incurrit, & non requiritur abſolutio, quia actus huma-
ni ſecundum leges interpretari debent, leges uetant, ex cauſa huiuſ-
modi

modi iuramenta seruari,& uideas ibi num.11.& 12. qui optimè declarat, Socin.Iun.consil.iij.num.36.& seq.lib.ij.Rom.consi.xij. ubi Additio. tu tamen semper pete absolutionem,quò ad obligationem quæsitam Deo, ut supra num.117.in fine.

119 ¶ Tertiam conclusionem ponit idem Caccialupus in d.l.omnes populi,nume.40.quæ est quando lex, uel Statutum simpliciter reprobat, uel annullat contractum, & sic in effectu contradicit iuramento apposito ad confirmationem ipsius actus, nullam tamen faciens mentionem de iuramento, an tunc iuramentum sit seruandum? & ipse non examinat, sed remittit se ad notata in cap.cum contingat,de iureiuran.Verum Gozad.in d.l.omnes populi, num.114. dicit quòd est communis opinio Scribentium in c.quamuis,de pactis,in vj. & in d.c. cum contingat, quòd tale statutum non habet locum in contractu iurato, Anto.Imol.Abb.& Alcia.in d.cap. cum contingat, idem tenent, num.59.Alexan.consil.125.num.3.& sequen. lib.j. quòd non comprehendat casum iuratum dictum Statutum,communem dicit Curt.Iun. consil.67.nu.1.Bertr.consil.xxx.colum.iiij.uersic.tum & quia in nouis, volum. iij.

120 ¶ Sed quid si statuta requirentia certam solemnitatem in donatione, vel alio contractu disponentia,quòd si dictæ solemnitates non interuenerint, quòd contractus, & instrumenta huiusmodi nullam faciant fidem, an ex eo, quia non facit mentionem de iuramento annullent instrumenta iurata?& uidebatur aliquibus quod non, per notata supra conclusione proxima. Tamen quia Statuta inducentia solemnitatem probatoriam, dicuntur continere publicam utilitatem, Bart. in l. si quis pro eo,in princ.in septimo membro,de fideiuss. Alex. consil.lxviij.lib.iij.& propterea posse tollere uim probatoriam ab instrumento statuendo nullam facere fidem, & esse nullius roboris, & momenti,& tale instrumentum, tunc non potest probare iuramẽtum in eo præstitum,Paul.de Cast.consil.lxj.volu.ij. Alex. consil.clxx. in vij. volu.Socin.consil.xcvij. in fi.volu.primo, Pereg.Fab. decis.viij. Puteus decisio.cvij.lib.j.Ant.Gab.in tracta.communium conclus.lib.vj. de statutis.conclus.xj.per totum. In hac constitutione dicitur per minores sine dictis solemnitatibus venditiones non possint aliquatenus celebrari, & sic tollitur potentia, ut supra num.94. Et sequitur, Et si celebrati fuerint, nullam obtineant firmitatem, idest nulli existant: quia quod non est firmum,nullum est,cap.pro illorum, §.j.de præben.& propter dictiones, aliquatenus, & nullam, quæ sunt vniuersales, uidetur sublata fides instrumentis aliter factis. Afflic. super Consti. Reg. Sicil. in Consti.consuet.li.j.nu.12.ubi dicit,hoc esse notandum,quia non recordatur hoc alibi legisse.

121 ¶ Supradicta procedunt, quando quis contrauenit uerbis claris ipsius legis vel Statuti: sed nunc uideamus, quando fiat aliquid in frau-

dem

dem legis uel Statuti. & dicas quòd tunc fraus legi fieri uidetur,cum saluis uerbis legis sententia eius circumuenitur,& ubi id fit quòd fieri noluit, & non uetuit fieri,l.contra legem,in fi. & l.fraus,ff.de legi. Vbi glos.ponit exemplum in re minoris si uendatur sine decreto, quam uenditionẽ lex expresse prohibet,ut in l.j.ff.de rebus eorum. & talis facit contra uerba legis,& illius sententiam. quando uero fit contra sententiam legis,non contra uerba fit fraus legi, ut puta si quis dat filiofamilias mutuo aliud quàm pecuniam,ut fiat fraus Senatusconsulto Macedoniano, quòd prohibet filiosamilias pecuniam mutuo accipere, nihilominus si ei mutuo detur frumentum, uinum, uel oleũ,ut his distractis fructibus uteretur pecunia, facta est fraus legi, & subuenitur filiofamilias, l.sed Iulianus.§.mutui.ff.ad Senatuscon sult.Macedon.Fit etiam fraus legi,quando maritus supponit alium, qui donet uxori,cum ipse donare uxori prohibeatur à lege,l.si sponsus.in principio.ff.de donatio.inter uir.& uxor.

122 ¶ Item si maritus uolens donare uxori uendit rem aliquam quam non erat uenditurus,nihilominus uendidit uxori,quę nulla est tanquã facta in fraudem legis,d.l. si sponsus §.circa uenditionem.

123 ¶ Item si mulier quæ non potest fide iubere obligauit se ut principalis pro alio,ista obligatio rescinditur,quia mulier fecit illam in fraudem legis obligando se ut principalem, cum non posset fideiubere,l. quamuis.§.si cum essem.ff.ad Senatusconsult.Velleian. istam glossam sequitur Bart.in d.l.contra,& Bal.in l.non dubium. num.10.C.de legibus.Addit Bal.ex mente Petri alia exempla,quòd fit fraus legi de nomine ad nomen,utputa ille,qui non potest esse assessor,facit se uocare

124 consiliarium. l.fin.C.de assessor.& ibi uide aliqua de ista mutatione nominis,quæ fieri potest,uel non potest in fraudem.

125 ¶ Sexto modo fit fraus legi de tempore ad tempus,ut puta si minor inducitur contrahere in minori ætate,sed contractus perficitur quando est factus maior.l.3.§.si quis cum minore.ff.de mino.Bal.in d.l.non dubium.col.iij.uers.sexto modo.ubi ponit exemplum in eo,qui tempore fertilitatis mutuat frumẽtum rustico, & differt illud recipere eo tempore,ad hoc ut repetat tempore penurię;nam ista procrastinatio fit in fraudem legis,quæ ei non debet patrocinari.Tiraquel. super leg. conub.glos.viij.num.291.& seq.

126 ¶ Septimò fit fraus legi de quantitate ad quantitatem, ut in liberto qui potest facere testamentum si non habet centum in bonis, sed supra 100.non potest patrono præterito,sed cum haberet 110.aureos in bonis alienauit 50. ut posset testari de residuo : ista alienatio est facta in fraudem legis,ideo non ualet. l.si libertus minorem.ff.de iure pat.Bal.in d.l.non dubium,col.iiij.uers.vij.ubi ponit alia exempla.

127 ¶ Octauò fit fraus legi de mensura ad mensuram,l.arbitrio.ff.de dolo.ubi si emptor accõmodat maiorem mensuram uenditori dolo,

uenditor

uenditor repetit plus datum, & è contra si uenditor supponit mi norem mensuram, emptor ex empto agit pro residuo, Bar. in l. contra, de legi. in princ.

128 ¶ Nonò fit fraus legi de uerbis ad sententiam legis, nã non oportet uerba, sed sententiam legis inspici. l. nõ dubium. C. de leg. & l. si libertus. ff. de iure patr. Bar. in d. l. contra. in princ. uersic. aliquando. nam non est dubium in legem illum committere, qui verbis legis amplexus contra legis nititur uoluntatem. sed Bar. in d. l. contra. nu. 1. dicit, aut sententia, & mens legis est clara, & tunc seruando mentem possunt offendi uerba, quia lex nil aliud est, quàm ipsa mens, l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatron. aut mens legis non est clara & certa, & tunc non est licitum offendere uerba, l. non aliter. ff. de legat. iij.

129 ¶ Quæ omnia pro declaratione præsentis constitutionis induci possunt, quando minor contrahit cum laico (ubi constitutio esset intelligenda de persona spirituali, idest, ecclesiastica, & non de quacunque persona, spiritum habente, ut dictum est supra) non seruatis solemnitatibus præsentis constitutionis, quòd contractus esset nullus tanquam factus in fraudem, & contra mentem, & sententiam præsentis constitutionis; nam mens constitutionis est clara ex rubrica, procemio, & dispositione illius: nam rubrica debet esse generalis ad nigrum, Bart. in l. 1. num. 3. Deci. nu. 7. ff. si certum petatur. vbi etiam Doctores. Ideo dicitur, quæ forma sit seruanda in alienationibus, & contractibus minorum, & sic generaliter, & indefinitè, cum quocunque contrahat minor, nigrum loqui uidetur in contractibus factis per minores, cum certis specificatis personis, & sic uidetur rubrica restringi per nigrum, sed aliquando nigrum ampliatur per rubricam, ut dicit Imol. in rubr. de uerborum obligat. colum. iij. uersicu. quid è contra. ubi dicit, quòd si ex rubro potest colligi certa mens, tunc illa habet officium ex ui rubri, etiam ad decisionem causarum, Bar. in l. j. C. de capit. Ciuit. Deci. in d. l. j. nu. 7. ff. si cert. pet.

130 ¶ Secundo ex procemio constitutionis, ex quo causa finalis colligitur, ut dixi supra. glo. j. in qua dicitur, ut minorum facilitati modis omnibus conuenientibus, & expedientibus succurratur, ne in eorum contractibus, & negotijs leuiter damnificari ualeant, siue lædi, sicut in plerisque factum esse comperimus. Verba enim posita in præfationibus declarãt, & aperiunt mentem ipsorum statuentium. l. j. ff. ad Maced. ubi Bar. hoc dicit, Barb. consi. xvj. col. iij. uersic. & quanquam. lib. iij. & sic colligitur ex procemio istius constitutionis causa finalis quæ est, quòd minores non damnificentur ex contractibus factis sine dictis solemnitatibus.

131 ¶ Tertio, quia uerba repugnare non uidentur, quia non sunt clara ut tollere possint mentem legis: quia dictio, spiritualibus, est ambigua, ut dictum est supra hac glossa. num. 76. & uerba ambigua benignè

gnè

gnè interpretanda sunt, & secundum id, quod credibile est ab Aegidio cogitatum. l. cum in testamento. ff. de rebus dubijs. Rom. consil. ccccviij. num. 3. & cap. inspicimus in obscuris, quod est uerisimilius, uel quod plerunque fieri consueuit de regu. iuris. in 6. & ibi Dinus declarat optimè, ubi dicit, quod primò sequimur uoluntatem si de ea potest apparere. Secundò sequimur id, quod est uerisimile. Tertiò recurrimus ad propriam significationem uerborum.

132 ¶ Quarto. Quia textus modernæ constitutionis est corruptus, nam antiqua constitutio impressa, iam sunt anni septuaginta, & ultra penes me existens, non habet spiritualibus, sed specialibus, & est sensus, quòd non solum minor prohibetur contrahere cum uniuersitatibus, Collegijs, & Communitatibus, sed cum quibuscunque personis specialibus, idest, particularibus, singularibus, & expressis. Archid. in ca. ij. de reb. Eccles. non ali. lib. vj. sub num. 2. ad differentiam uniuersitatum, Collegiorum, & Communitatum.

133 ¶ Quintò. Quia consuetudo interpretatiua istius constitutionis semper intellexit hanc constitutionem, quòd comprehendat laicos, ut supra diximus hac glossa.

134 ¶ Sextò. Sequitur in textu constitutionis, & nullam obtineant firmitatem, ca. cæterùm de rescript. ibi, nec secundæ literæ obtinent alicuius roboris firmitatem, & importat nullitatem contractus ipso iure, quia huiusmodi uerbum, obtineat, iunctum cum negatiua uniuersali est latæ sententiæ, ut dicit textus in l. si tutor. C. in quibus casibus restitut. in integ. non est necess. ibi, nec ullam firmitatem obtineant cum ipso iure inita sunt. Tiraq. in l. si unquam. C. de reuoc. donat. in uersi. reuertatur. num. 225. 231. & 233. & seq. & notant Doctores in d. c. cæterùm, de rescript. maximè, quando dictio, nulla, iuncta est cum uerbo futuri temporis in dispositione formam inducente, & tunc si solemnitas, uel forma omittatur, importat nullitatem actus ipso iure. Tiraquel. in d. glo. limitat. xv. nume. 67. Ex quibus mens Aegidij notanda est, quæ fuit prohibere, ne fiant contractus per minores sine dictis solemnitatibus, ut ibi, fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari, & si celebrentur præsumuntur dolosè extorti. & ulterius uult quòd nullam obtineant firmitatem, adeo quòd contractus sunt nulli ipso iure si celebrentur sine dictis solemnitatibus per minores.

Quare dicere, quòd contractus fieri possunt cum laicis sine solemnitatibus præfatis, nihil aliud esset, quàm facere fraudes huic constitutioni, cuius mens fuit prohibere minores, ne contraherent sine solemnitatibus præfatis. Ideo dicendum est, quòd comprehendat etiam contractus minorum factos cum laicis, sine dictis solemnitatibus.

135 ¶ Septimò dicitur in constitutione, & nihilominus contrahens cum minore

minore

minore contra formam superius annotatam, Iudicis arbitrio puniri debet,& sic ultra nullitatem actus.contrahens quicunque ille sit puniri debet Iudicis arbitrio, cum constitutio non fuit contenta sola nullitate actus in odium contrahentis, sed uoluit illum puniri Iudicis arbitrio. Salic.in l. non dubium.C.de legib.col.ix. uersic. quæro utrum membrum omissum.ubi disputat,an quis sit puniendus quando actus annullatur,maximè si hoc disponitur in eadem lege. & concludit, ꝙ sic,& hoc præsertim in ista constitutione propter dictionem nihilominus,quæ potest exponi, Et hoc non obstante vel imò magis, ut in l. si pupilli.§.sed & si quis.ibi,sed nihilominus,imò magis,ff.de nego.gest. & l.2.§.hoc edicto.ff.ui bonorum raptorum. ibi, nihilominus tamen non esse denegandam actionem. ubi glossa latè hoc declarat.Cuiac. in l.qui fundum.ff.pro emptore, exponit nihilominus,idest, nullo modo,in uulgari Italico exponitur, & niente meno. quasi dicat, his non diminutis contrahens puniatur, & sic vltra nullitatem contractus facti per minorem,contrahens quicunque ille sit puniri debet,siue Laicus,siue Clericus,siue uniuersitas,siue Collegium,cum dictio,contrahens sit generaliter,& indefinitè prolata, & est apta comprehendere laicos,saltem ex mente,& uerisimilitudine condentis istam constitutionem,cum uoluerit prouidere minoribus, cum quocunque contrahant, ut diximus supra de uerbis ambiguis, iuxta mentem Dini, in cap.inspicimus. de reg.iur.in vj.

136 Cum igitur ex præmissis pateat fieri fraudem legi, & constitutioni, quatenus diceretur eam non loqui, quando minor contrahit cum laico,nunc videamus quid operentur illa uerba,fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari,posita in constitutione.primo ex illis reguntur omnia præcedentia sub ista constitutione ibi, Statuimus quòd donationes quarumcunque rerum &c.sub quacunque forma cōtractuum, uel uerborum à puberibus, seu adultis sine iuramento conscientia duorum uel trium proximiorum, & sine decreto competentis Iudicis, & insinuatione facienda in actis cum quibuscunque uniuersitatibus &c. fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari. Et ex ista constructione demonstratur, quòd in antiqua & noua constitutione illa dictio,factæ, est superflua: quia si uenditiones à puberibus fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari, contrarietas esset dicere uenditiones factæ à puberibus fieri non ualeant: quia si factæ sunt, prohiberi non potest, ut non fiant. Sed fuisset opus dicere,uenditiones factæ à puberibus sine dictis solemnitatibus nullæ sint, vt postea dicitur, & si factæ, & celebratæ fuerint, non seruatis solemnitatibus supradictis præsumantur dolosæ,& nullam obtineant firmitatem. Vnde prima pars loquitur de contractibus fiendis. Secunda pars loquitur de contractibus factis. Ideo legi debet sine illa dictione, factæ,ad euitandam contrarietatem, & sensus, & constructio sunt clari. Vnde

à puberibus

à puberibus alienationes istæ fieri non ualent,idest non possunt, & negatiuè positum uitiat actum factum ipso iure,Glos. in c. si cui. in uerbo,non ualere.de elect.lib.vj.quam Ioan.And.Domin.& Franc.sequuntur ibi,Tiraq.in l.si unquam.C.de reuocand. donat. in uerbo, reuertatur,num.235.& 238.ubi declarat quando solemnitas omissa est quæ debet in actu interuenire,quia tunc non ualet ipso iure, aliàs dicit actum ualere,sed annullari ope exceptionis,ut ibi notat,num.236.& sequen.& Couarruu.in c.quamuis, de pactis in vj. §.iiij. dicit quòd ubi adest decretum irritans,quod intelligitur ipso iure.

137 ¶Nec aliquatenus celebrari, idest, nec aliquo modo uenditiones à puberibus celebrari ualeant,& Archid.in c.quamuis,in fi.in uerbo,aliquatenus,idest,nullo modo,& Feli.in c.Rodulphus,col. xvij.uersi. aliquatenus de rescrip.Tiraq.in d.uerb. reuertatur, num. 224.& dicit ꝙ est uerbum latæ sententiæ,num.225.in fin.& sequentibus numeris. unde uidetur omnis celebratio actus prohibita minori ab ista constitutione cum quacunq; persona,& dictio nullatenus,importat decretum irritans,glo.in cle.j.de sequestr.poss.& fruct.ubi Imo.nu. 20.Feli.in ca. cum accessissent,nu.8.de consti.& in c.Rodulphus,de rescrip.nu. 17.

138 ¶Celebrari, idest fieri uenditiones &c. prout dicitur celebrari electionem,in c.j.ut lit.pend.lib.vj.ibi,super electionibus in discordia celebratis,& in l.j.in fi.C.com.rerum alien.ibi, qui portione tua satis illicitam uenditionem celebrauerint, & in l.j. C. de his qui se deferunt lib.x.ibi,& cum fisco nostro celebret dimissionem.

139 ¶Et ideo notandum est, quòd propter dicta decreta prohibitiua,& annullatiua contractus huiusmodi per minores facti consensu partis non ualidantur. Barba.in clem.j.de elect.num.23.& hoc maximè quia hæc constitutio est confirmata à Papa cum decreto irritanti, quæ confirmatio operatur quòd inferior non potest illam declarare, ut dicit Bal.in cap.ea quæ.de re iud.Imol.in l.ex facto,ff.de uulg.& pupil.Barb. in clem.j.colum.viij.de electio.& tale decretum impedit manutentionem,quando motuproprio appositum est.Put. decis.clxxxiij. lib.ij.An uero afficiat ignorantes.& Ro.consi.cccxxx.num.13.dicit quod quando gratia est pura,& statim tenuit quòd afficit ignorantes,sed appositū legi,uel constitutioni non afficit ignorantes,quia non est de natura legis afficere ignorantes,sed solum post publicationē per duos mēses lex operatur effectū suum,& Ro.uidetur communiter secutus, ut ibi in additione d.Ant.Gabr.lib.vj.de clausulis. q.iij. nu. 21.& sicut diximus est constitutio Papæ.Vnde decretum irritans appositum in literis Papæ nō est sub dispōne partium,& ei p pacta priuatorū renunciari non pōt,Rot.Bisigne.de iureiur.decis.j.Cassad.super reg.decis.x.nu. 3.& est ratio,quia dicta clausula pro forma data uidetur.Bal.& alij.in l.j.ff.de lib.& posth.Ias.in l.non dubium,not.7.nu.17.C.de legib. Barb. consi.xxxiij.colum.xiij.uol.j.uide infra gl.viij.nu.308.in fine.

R ¶Et

140 ¶Et aduerte, quòd aut decretum irritans apponitur in lege, priuilegio, gratia, aut cõtractu, quia si est appositũ in lege expressè irritat factum contra uerba, uel intentionem Legis, & pro infecto habetur, c. si eo tempore, de elect. lib. vj. cũ ibi notatis per Doctores, & clausula decreti operatur reuocationẽ processus literarũ, & iurisdictionis ipso iure, Cass. sup reg. deci. xij. nu. 5. Ant. Gab. li. vj. de clausulis, cõcl. 3. n. 45.

141 ¶Et censetur appositum in omni lege prohibitiua, & præceptiua etiam quod nõ habeat decretum, quia omnis lex præceptiua dicitur habere decretum irritans, Doctores in l. non dubium. C. de legib. Ias. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Gomes. in prooemio reg. de non iudicando iuxtà formam supplicationis, in fine. hæc constitutio, ultra quod habeat decretum annullatiuum, est præceptiua, & prohibitiua.

142 ¶Aut apponitur decretum irritans in priuilegio Principis, & illud operatur ante illius publicationem, quia in materia priuilegiata nõ requiritur publicatio, etiam quòd per legem, uel statutum concedatur, Abb. in c. ij. col. iiij. uersi. & uide glo. & Deci. col. pen. uersicu. iiij. de constit. & quia in his priuilegijs requiritur tantũ notitia priuilegiati, licèt effectum habeat contra illos, contra quos priuilegium conceditur ante priuilegiati notitiam, Feli. in d. ca. ij. col. iiij. uersic. limitat. & col. v. uersi. hanc limitationem, & facit Put. decis. cxlv. lib. ij.

143 ¶Et in priuilegijs, & similibus gratijs fauorabilibus habet locum, quatenus ille in cuius fauorem est appositum, uti uelit decreto irritanti, Rot. decis. xxj. de concess. præben. in ant. num. 3. & Gomes. super reg. de trienna. q. xxix. num. 11. & q. lxj. nu. 21. & Rebuff. super concordat. in rubr. de regia ad prælaturas nomina. faciend. in glossa, nullam, dicit decretum operari nullitatem quatenus petatur, tamen hoc declarat Cassad. super reg. decis. xij. nu. 5. quia Iudices nõ solent iudicare nisi secundum actitata, & probata. Ideo requiritur productio actus, in quo adest decretum ad hoc, ut ex decreto appareat de actus nullitate, & iudex teneatur iudicare, iuxtà formam decreti, ut ipse ibi declarat, nu. 7. & seq. & potest alio modo declarari, quando respicit commodum illius, qui decretum obtinuit, Feli. in c. cum ex officij, col. fin. uersi. considera etiam. de præscript. Cassad. decis. ij. de restit. spol. & ita loquuntur Bar. & Socin. in l. 2. ff. de except. rei iud. secus esset si quæreretur an decretum liget ignorantes.

144 ¶Quando uerò decretum apponitur in gratia, & tunc aut gratia est puta, & statim operatur quatenus narrata in gratia uera sint, quia quælibet gratia intelligitur si preces ueritate nitantur, ca. ij. de rescr. nisi sit gratia concessa Motuproprio Papæ, aut est cõditionalis, & tũc nõ operatur decretum ante impletã conditionẽ, Rot. decis. ij. nu. 2. & decis. xij. nu. 5. de cõcess. preb. in no. Cass. decis. iij. de pben. declarat latè quãdo gratia dicatur certa, uel incerta, pura, uel cõditionalis, ad quẽ pro declaratione recurre, Ant. Gab. lib. vj. de clausulis, concl. iij. nu. 46.

Decretum

145 ¶Decretum irritans appositum in indulto Cardinalis, inficit prouisionem Apostolicam factam de beneficio cadente sub indulto Cardinalis, etiam quod Cardinalis non conferat, Feli. in c. cum ex officij, col. fi. in princ. de præscr. Cassad. decis. v. de concess. præb. nu. 2. ubi dicit, q indultũ ligat manus Papæ propter inhibitionem ibi positam, ibi, & per nos, & successores nostros irritũ, Put. decis. cccxcj. lib. j. & cxlj. li. ij. & tanto magis inficit prouisionẽ ordinariã, quãdo Ordinarius cõfert beneficia cadẽtia sub indulto, ut in dictis iurib. & Put. decis. cxcj. li. iij.

146 ¶Indulta Cardinalium aliqua sunt ordinaria, utputa, quãdo conceditur Cardinali Episcopo alicuius loci, & quia uti Ordinarius potest Cardinalis conferre in quatuor mensibus cõcessis ordinarijs per regulas Cancellariæ, & in alijs mensibus, uigore indulti, quia indultum remouet obstacula, seu impedimenta, propter quã remotionem obstaculorũ potest Cardinalis liberè disponere de dictis beneficijs, sine consensu expectantium, Cassad. decis. iij. de priuilegijs. & quia indultũ non auget iurisdictionem Ordinarij, sed preseruat illius collationẽ in omnibus beneficijs suæ diœcesis Put. decis. clxij. lib. ij. Et propterea tali indulto Cardinalis ordinarij uero & non ficto, non solet derogari, Put. decis. ccccxxj. lib. ij. & decis. clxv. lib. iij. & quando dicatur indultum Ordinarium, declarat Achilles decis. j. de offic. ord.

147 ¶Indulta extraordinaria sunt, ubi Cardinales non sunt Episcopi ordinarij illius diœcesis, in qua habent indultum conferendi beneficia uacantia, sed ex indulto habent collationem beneficiorum in ea uacantium, Achill. in tit. de offi. ord. decis. j. & istis indultis extraordinarijs derogatur, Put. decis. xciij. lib. 3. & per quas clausulas cẽseatur derogatum, uide Put. deci. cxcj. lib. 3. nã ut dixi indultis ordinarijs derogari non solet, sed frustra quæritur hodie de huiusmodi indultis, quia Sanctiss. D. N. Papa Gregorius XIII. non cõcedit Episcopatus Cardinalibus non residentibus, nec indulta extraordinaria super beneficijs aliorum Episcoporum, propter decreta Concilij Tridentini, ut in Consistorio de anno 1572. facto.

148 ¶Ideo dicitur, quòd decretum irritans appositũ in indulto, regressu, coadiutoria, & similibus gratis, impedit collationẽ Rota Bisigne. de concess. præb. decis. xj. & viij. de concess. præben. in antiq. & v. de priuil. in antiq. nisi decretum sit appositũ in gratia, ex falsa causa, Rota decis. xij. de concess. præb. in antiquis, & decretum non solet præterita respicere, sed futura, Rot. decis. xxxiij. col. fi. uers. sed pars, de præben. in antiq. & operatur, ut quis non possit consentire in iurisdictionem, Abb. in c. dilecto, de præben. Bened. in ca. Raynutius, in glo. in eodem testamento relinquens. il primo, nu. 110. de testam.

149 ¶Et appositum in contractu per Papam decretum irritans nõ deberet dicto decreto irritanti, nec ipse, uel successor derogare. Paul. de Cast. in l. digna uox. C. de legi. col. pen. uersi. ult. Deci. in ca. j. in j not. de

 proba.

proba.& consi.xlviij.col.iij.uers.& adeo.Aym.consi.cxxxv.col.iij.Gozad.cons.v.col.iiij.in fi.Rebuff.super concordat.in tit.de firma,& irreuocabili concordat.stabil.in glo.j.uers.ult.& operatur,quòd statuen. non possit statuta confirmata cum decreto irritanti reuocare, Ant. Gab.lib.vj.de clausulis,conclus.iij.num.21.& seq.

150 ¶ Et per decretum irritans inficitur titulus,& possessio, Cassad. decis.ij.de resti.spol.Ant.Gabri.lib.vj.de clausulis,conclus.iij.num.50.& appositum in regressu,impedit spoliatum restitui,Put.decis.cxlij.lib.ij.& in confirmatione statutorum appositū motu proprio, non obstante, quòd causa penderet super subreptione Motusproprij impedit concedi mandatum de manu tenendo intruso,Put.decis.clxxxiij .lib.ij.Ita posset tentari in presenti constitutione,quòd possidens rē alienatam per minorem sine solemnitate contra decretum irritans appositū,& in confirmatione constitutionū facta per Paulum III.Motu proprio,de qua s̄ dictū est, nō esset manutenendus, nec spoliatus restituendus,quia titulus, & possessio nulli sunt propter dictū decretū irritans, ideo si uenerit casus cogita. De huiusmodi confirmatione Statutorū,uide Ant.Gab.li.vj.de clausulis,cōcl.iij.nu.20.& n.58. & 59.
¶ Item tollit uires sententiæ, & illius exequutionem impedit, Anto. Gab.ibi,nu.51.

151 ¶ Sed quia (ut diximus) decretum annullatiuum in constitutione imponit pœnam contrahēdi cum minore arbitrio Iudicis: Videamus qualis debeat esse ista pœna. & Rom.in rubr.ff.de arbitr. dicit, ꝙ Iudex debet arbitrari pœnam, quam consueuit imponere pro delicto per contrahentē cōmisso,secundum gloss.in l. quid ergo,§.pœna.ff.de infamibus.vtputa,si contrahens usus est dolo,punitur de dolo,uidelicet,ut res restituatur,l.arbitrio,in princ. & §.dolo.ff.de dolo, & doli æstimatio fit in eo,quod in litem iuratur,l.non a iudice,lxiiij.ff.de iudicijs.Et si quid metu factum est per minorem, contrahens per iudicem debet condemnari, ut rem restituat, & de dolo repromittat,l.metum.§.idem Iulianus.& §.ex hoc edicto.ff.de eo,quod met.causa,& de dictis pœnis iudicis arbitrio imponēdis,uide Afflict. super feudis, in tit.quibus ex causis feudū amittatur,nu.35. cum multis sequentib.

152 ¶ Et an istud arbitrium datum Iudici per istam cōstitutionem,circa pœnas intelligatur aliquid ultra iurisdictionem ordinariā Iudicis concedere,& Bar.in l.ambitiosa,nu.34.ff.de decretis ab ordi. facien. dicit,uerba commissionis esse diligenter inspiciēda. Nam si sunt directa officio Priorū,ut aliquid arbitrio expediant, tunc censeē authoritate ordinaria cōmissum,& iurisdictio nō alteratur. Si uerò diceret Prioribus,ꝙ expediūt negotiū uigore præsentis cōsilij, tūc nō possent expedire authoritate ordinaria. Si uerò uerba sunt dubia,ut quia dicunt iudices, habeāt arbitriū:tunc aut cōmittitur unū factū particulare inter certas psonas,uel de certa re,& in dubio nō intelligiē concedere

cedere ordinariam, quia iurisdictio ordinaria non conceditur in re particulari,argu.l.si certam,ff.de testam.sed debet concedi super quadam uniuersali administratione, & tunc censetur concedi ordinaria, Imol.in l.filiusfamilias,colum.ij.in fi. ff.de donat. dicit,arbitrium datum Iudici ordinario super aliqua re censetur concedere aliquid ultra arbitrium boni uiri. Et hæc faciunt pro declaratione præsentis constitutionis, quæ dicit quod contrahens iudicis arbitrio puniatur: nā hic iudex est ordinarius, quia debet intelligi de Iudice ordinario, qui interposuit decretum,ut supra cōclusimus. Quare uti ordinarius propter huiusmodi arbitrium aliquid plus posset in arbitran. pœnam augendo uel minuendo statuere,quia in hoc uersatur eius arbitrium.

153 ¶ Et Aym.in tract.de antiq. temp. par.j.num. 263. dicit quòd arbitriū Iudicis fugiendū est, quia ut plurimum Iudices tali arbitrio abutuntur: ideo quando aliquid committitur arbitrio iudicis non intelligitur in libera potestate, seu uolūtate ipsius iudicis commissa decisio, & terminatio,sed quòd negotium commissum debet per eum adhibita diligenti inquisitione secundum qualitatem negotij, & personam & secundum regulas traditas à legibus,& Doctoribus in dicta materia decidere,& terminare;& si aliter facit,iudex malè facit,quia eius arbitrium est regulatum quando iudex super crimine pronunciauit, quia in illo crimine à iure est statuta pœna quam non potest immutare, secus si non pronunciauit, Petr. à Bellapertica, in l. & si seuerior, nume.5. C. ex quibus caus. infamia irroget. & Bald.in cap. super hoc.in fine,de renunciat. dicit arbitrium non esse nisi quædam æquitas munita iure naturali, ut in alendis liberis, in obseruandis pœnis, uel in maleficiis puniendis, & quòd nulla est maior æquitas in natura quàm hominem exterminare qui se armat contra naturam, & liceret appellare quando non arbitraretur iudex iuxta regulas iuris,l. si qua pena, ff.de uerbo. signifi. & ibi glos.in uerb. pena.& in c. super his de accus.ubi Feli.col.v.& vj.Alba consi.lxix.num.5.

154 ¶ Commissio sanatoria examinis arbitrio Auditoris importat ꝙ auditor potest fidem testibus examinatis cum interrogatoriis partis aduersæ adhibere,Put.decis. cccj. lib.iij. & talis commissio non debet esse subreptitia,quia sapit gratiam;& testes debent esse examinati in illa causa non in alia, quia tunc de stilo non sanatur examen nullum nec iudex mandat fidem adhiberi testibus ita examinatis. Præterea si in dicta cōmisione dicitur, constito quòd testes sint iurati,& cum interrogatoriis partis examinati, talia interrogatoria debent esse specialia,& talis commissio intelligitur, si data fuerint specialia interrogatoria contra personas testium,& testes de sup examinati sint diuer. decis.clxxiij.& ccxxiij.& non alias.

155 ¶ Præterea notanda sunt illa uerba posita in constitutione ibi contra formam superius annotatam, quia supradictæ solemnitates, quæ

R 3 debent

debent in contractu minoris interuenire cum decreto annullatiuo inducunt formam, ut infra. Et quoniam hæc est materia frequens, & conuenit ad declarationem huius constitutionis, ideo super forma aliquid dicere decreui cum Felino in c. cum dilecta. col.v. de rescriptis. ubi ponit signa quibus forma inducitur. & primò quando forma prouenit ab homine, utputa, quia illud exprimitur quod inerat a iure non necessitate, sed honestate, aut de iustitia, circa modum procedendi, & tunc inducitur forma, ut declarat Abbas in d. c. cum dilecta, col.v. sub nu.12. ad fi. & sequitur Fel. ibi, col.v. uersi. primum signũ.

156 ¶Secundum signum est, ubi in dispositione legis, uel hominis ponitur aliquid conditionaliter, istud dicitur esse de forma. Feli. ibi. col.vj. uersi. secundum signum, Alber. Brun. in tracta. de forma, artic. quando aliquid censeatur. col.xvij. uersi. undecima conclusio, carta 36.

157 ¶Tertium signum est, ubi illud quod omittitur parat graue præiudicium ponitur in ordine, tunc ordo legis censetur esse substantialis, & inducit formam: secus si pararet leue præiudicium, non seruare ordinem datum, ut notat Bart. in l.ij.§.prius.num.5.ff.de uulg. & pupill. ubi Imol. Felin. in d.c. cum dilecta. col.vj. uersi. tertium signum, Alber. Brun. in tract. de forma, artic. quando aliquid, col.xiiij. uersicu. octaua conclusio. & idem dicas, quãdo ex omissione solemnitatum actus, uel dispositio læderetur, Alb. Bru. ubi supra, col.xiij. uers. septima cõclusio.

158 ¶Quartum signum est, quod solemnitas, quæ potest post actum interuenire, nũquam potest dici esse de forma, sed appellatur solemnitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, sicut insinuatio. Angel. consil. xxxvj. nume.2. Felin. in d. cap. cum dilecta. col.vj. uersi. quartum signum. Item non inducitur forma, quando lex mandat aliquid fieri certo modo, non procedendo ulterius, annullando actum, nec aliter prohibendo, ut declarat Alber. Brun. in tract. de forma artic. quando censeatur aliquid. col.xix. uersi. duodecima fit conclusio, car.36. Item non censetur data forma, ubi modus faciendi actũ inest de iure communi traditus pro iustitia, uel instructione illius, Alber. Brun. ubi supra. col.xxxix. uersi. decimatertia notabilis conclusio, car.39. Item non est data forma, quando modus est uariabilis, Alber. Brun. ibi. car.40. uersic. decimaquarta conclusio.

159 ¶Quintum signum est, ubi est data certa forma faciendi actum, & si non sequatur illa forma appositum est decretum annullatiuum, tunc propter decretum censetur data forma. Bal. in l.j.ff. de libe. & posthu. Felin. in d.ca. cum dilecta. col.vij. uersi. quintum signum. quod forma non potest tolli consensu partium. Felin. in cap. cum accessissent, col.iij. uersi. tertia declaratio. de constit. Alber. Brun. in tract. de forma in artic. quid, & quando aliquid censeatur traditũ pro forma, col.j. uersi. aliquando uerò simpliciter. car.32. Tiraq. de retract. par.j.§.viij. glo. j.num.3. & hoc signum adaptatur huic constitutioni, in qua minor pro-

prohibetur contrahere sine istis solemnitatibus; & si contrahit sine illis, contractus annullatur.

160 ¶Sextum signum est, ubicunque in statuto est prius, & posterius, ibi est ordo. Felin. in d.c. cum dilecta. col.vij. uersi. septimum signum.

161 ¶Septimum signum est, ubi in dispositione dicitur, aliter fieri non possit. per quæ uerba censetur data forma, cui non potest renunciari, Felin. in d.ca. cum dilecta. col.vij. uersi. septimum signum. & hoc signũ adaptatur huic constitutioni ibi, fieri non ualeant, nec aliquatenus celebrari. Ias. in l. de pupillo. nu.2.ff. de noui ope. nunc.

162 ¶Octauum signum est, quando dispositio apponit tempus, nam ille qui non obseruat tempus dicitur non obseruare formam, Feli. in d.ca. cum dilecta. col.viij. uersic. octauum signum. Alber. Brun. in tracta. de forma, dicto art. quãdo aliquid, car.43. uersi. decimãsextã cõclusionẽ.

163 ¶Nonum signum est, quando Statutum prouidet aliter quàm ius commune super confectione actus dando iurisdictionem modificatã, tũc omnia censentur de forma, Pet. de Anch. consi. xxxj. in prin. Fel. in d.c. cũ dilecta. col.viij. uersi. Nonum signũ, Alber. Bru. in tract. de forma, art. quãdo aliquid censeatur, col.xvj. uersi. nona conclusio, car.35.

164 ¶Decimum signum est, quando in statuto, uel alia dispositione esset rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ, quia tunc disposita sub rubrica erunt de forma, Feli. in d.c. cum dilecta, col.viij. uers. Decimum signum. & hoc signum applicatur huic constitutioni, quia dicitur in rubrica, quæ forma sit in alienationibus & contractibus minorum, & regulariter hæc dictio, forma, denotat solemnitatem. Fel. in d.c. cum dilecta, col.vij. post principium, uers. & dicit Pau. de Castro, & Alber. Brun. in dicto tractatu de forma, art. quãdo aliquid, car.34. col. x. uersi. quinta conclusio, dicit, quòd quando in rubro uel nigro dicitur tradere pro forma, quòd censetur tradita forma, à qua recedere non licet, & actus aliter factus non ualet, & idem si proferant uerba æquipollentia, ut ibi.

162 ¶Vndecimum signum est, quando lex aliquid fieri prohibet, uel resistit, nisi certo modo fiat, licèt ulterius non procedat annullando: nihilominus censetur tradere formam, quia lex est prohibitiua. & actus factus non seruata forma, erit nullus tanquam factus contra prohibitionem legis. Alber. Brun. de forma art. quãdo aliquid censeatur, car. 33. col.j. uersi. Secunda conclusio. ubi attestatur de communi, & dixi supra nu.98. & Albert. ibi ponit quinque limitationes ad dictam conclusionem, quas uide.

166 ¶Duodecimum signum est, quando lex, uel statutum mandat fieri aliquid certo modo uel pœna, tunc censetur tradita forma, ita quòd aliter factum non ualet, Alber. Brun. de forma, art. quãdo aliquid, col. vj. uersi. Tertia conclusio, car.33. & hoc signum applicatur huic constitutioni, in qua est apposita pœna contra contrahentem cũ minore,

167 ¶ Decimumtertiũ ſignum eſt, quando mandatur aliquid fieri certo modo per dictiones taxatiuas neceſsitatẽ inducentes, & circa ipſum modum important ſolemnitatẽ ſeu formam, Alb. Brun. in tract. de forma artic. quando aliquid, fol. xxxiiij. colum. ix. uerſi. quarta concluſio.

168 ¶ Decimumquartum Signũ, ubi principis, uel alicuius eſt uehemẽs, & ſtudioſa animi applicatio circa modum faciendi, tunc cenſetur datum pro forma, & ſolemnitate neceſſaria ſecundum Innocen. & Ant. de Butr. in c. cum dilecta, de reſcrip. ubi quòd ſtudioſus ordo cenſetur datus pro forma, Alber. Brun. in tract. de forma artic. quando aliquid cenſeatur, car. 34. col. xij. uerſi. ſexta ſit concluſio.

169 ¶ Decimumquintum Signum eſt, ubi in modo faciendi actum interuenit iuramentum, ibi cenſetur tradita forma. Alb. Brun. in d. tract. de forma, artic. quando aliquid cenſeatur, car. 35. colum. xvj. uerſic. decima concluſio, in præſenti conſtitutione pro ſolemnitate debet interuenire iuramentum, & ſic pro forma.

170 ¶ Conſenſus, & pręſentia conſanguineorum inducunt formam ſubſtantialem etiam ſine decreto, Bero. conſi. clxxvj. num. 1. lib. j. Dictio (nullatenus) pariter importat decretum, Roland. conſi. lvij. num. 51. lib. iij. de aliis dictionibus ponit Alber. Brun. fol. 34. uerſic. iiij. concluſio, & Pedemontani deciſ. clxv. num. 10. & ſequen. & quando minor obligatur ſine curatore, Caccialup. in l. omnes populi, car. 16. colum. j. Tiraq. ſuper leg. connub. glo. iiij. nu. 3. & ipſa non ſeruata contractus eſt nullus ipſo iure, ut ibi.

171 ¶ Hæc enim præmittere uolui ad declarationem huius conſtitutionis, ad hoc ut cognoſcatur an ſolemnitates, de quibus in ea, inducant formam, & ex pluribus cognoſcitur, quod formam inducunt: tum quia rubrum, & nigrum appellant dictas ſolemnitates formam, quo caſu inducitur forma, & quia adeſt decretum annullatiuum non ſeruatis ſolemnitatibus hic poſitis, ex quo pariter inducitur forma, & quia hic præſtari debet iuramentum, quod pariter inducit formam, & infra in additione Carpenſi dicitur hanc formã ſeruari uolumus, & quia contractus aliter fieri non poteſt, quàm hic cauetur. Ob id etiam ex iſta clauſula inducitur forma, ut ſupra dictum eſt.

172 ¶ Cum itaque ex prædictis ſolemnitatibus ſit inducta forma, ut proximẽ oſtenſum eſt, contrahens cum minore debet animaduertere ne quid faciat contra, uel præter formam, quia regulariter quicquid fit contra formam nullum eſt, Feli. in c. cum dilecta, colum. viij. uerſi. geſta. quam regulam ampliat duodecim modis, & limitat octo modis Tiraq. de retract. par. j. §. xxxvij. gloſ. ij. nume. 29. & forma ad unguem eſt adimplenda, Fel. in c. ex parte, col. xij. de reſcrip. Tiraq. in l. ſi unquã, C. de reuoc. donat. in uerbo, reuertatur, nume. 63. Et illius omiſsio etiã in minimo, uitiat in totum, quia formę nihil addi aut minui poteſt, cũ ſit indiuidua, Tiraq. de retract. part. j. §. j. gloſ. xxj. nume. 10. & ſequen. etiam

etiam in actis fauorabilibus & piis, & in formæ omiſsione utile per inutile uitiatur, ut ibi, num. 12. & par. ij. §. iiij. gloſ. vj. num. 31. & ſequen. ubi latè, nec ſuppletur per æquipollens aut iuramentum. idem Tiraq. ſuper leg. connub. gloſ. vij. num. 159. Quinimmo quando actus peccat in forma non ualet cõtractus quoad proprietatem, nec minus quoad uſumfructum, quia ſi non ualet quod ago ut ago, minus debet ualere eo mõ, quo ualere põt, c. j. ubi Domi. & Franc. de poſtulat. prælat. lib. vj. Iodocus in tractatu pupillorum, in titulo de tutore, & curatore, c. ix. num. 73. & ſeq. & quando lex, uel Statutum dat formam, ſemper intelligitur eſſe præciſa, Alexan. conſi. 50. nu. 4. uolum. v. Afflict. deciſ. ccclv. num. 4. Pedemont. deciſ. clxv. num. 16.

173 ¶ Sed quia multoties in contractibus per minores dantur fideiuſſores, & fiunt aliæ obligationes acceſſoriæ, quęri poteſt, An annullato cõtractu principali, ex eo quia forma præſentis conſtitutionis nõ eſt ſeruata in contractu minoris, etiam obligationes acceſſoriæ nullæ ſint? & uidetur quòd non, per tex. in l. & ſi is. C. de prædiis, & aliis rebus minorum. ubi curator alienauit bona minoris ſine decreto, & ipſe curator promiſit de euictione: & ibi deciditur quòd curatoris obligatio ualet, quem textum declarat Bal. in l. non dubium, num. 22. C. de legibus. ubi dicit quòd obligatio curatoris ualet, ex eo quòd fundatur in propria uirtute ipſius curatoris, ſecus ſi non poteſt ſe fundare aliunde quàm in propria uirtute minoris, utputa quia minor alienat ſine decreto, & tunc nulla eſt obligatio principalis, & acceſſoria propter prohibitionem legis, de qua in l. non dubium, C. de leg. in fi. ibi, certum eſt nec ſtipulationem huiuſmodi tenere, nec mandatum nullius eſſe momenti, nec ſacramentum admitti. & declaro textum dictæ l. non dubium. ibi, ſtipulationem ſcilicet ipſius minoris, uel prohibiti, nec mandatum nullius eſſe momenti, ideſt, illius qui ſe obligauit mãdato prohibiti, cum minor mandauerit fideiuſſori ut accederet, & quia mandatum non ualuit, nec minus obligatio fideiuſſoris, l. cũ lex, ff. de fideiuſſoribus. ubi textus dicit, cum lex uenditionibus occurrere uoluit fideiuſſor quoque liberatur eo magis quod per huius actionẽ ad reum peruenitur. ubi glo. Barto. & alii Doctores communiter dicunt, quòd ubi lex reſiſtit uenditioni, non tenetur fideiuſſor, quia lex in caſu iſto non reſiſtit contractui minoris ſimpliciter, ſed odio contrahentis ſine ſolemnitate, quia dolo uel metu extorſit uenditionem à minore, nam hæc conſtitutio quando non ſeruatur forma illius præſumit contractum dolo extortum, quia reſiſtit contractui. unde Barto. & Doctores in d. l. cum lex, colum. j. reſpondet dictæ legi, & ſi is, C. de pręd. min. quòd non reſiſtit uenditioni, ſed tranſlationi dominij, quæ non poteſt fieri, ideoque obligationi perſonali poteſt accedere fideiuſſor, cum per hoc non præiudicetur minori. Tiraq. ſuper legibus connub. gloſ. iiij. num. 14. hoc idem in terminis firmat, ſed pro deciſio-

cisione uide textum mirabilem, in l.iij.§.sed utrum, ff.de mino. Specu. in c.j.de rebus Eccl.non alien.lib.vj.num.26.& sequen. dicit, quod ubi non ualet principalis obligatio, nec fideiussor est obligatus, Ias. consi. cxxxiij.num.29.lib. iiij. in enormissima læsione dicit, quòd si non ualet contractus principalis, nec fideiussor præstitus.& nu.20. ꝙ quando contractus principalis est nullus, omnis clausula in eo apposita nulla est,& ibi ponit multa exempla,& præsertim statuti Veronensis, quod dat formam in contractu minorum,& disponit, ꝙ si non seruatur dicta forma, contractus sit nullus ipso iure,& consequenter dicit ipse ta tale statutum resistit contractui minoris, & propterea impedit naturalem obligationem,& ualiditatem contractus principalis,& fideiussoris.faciunt infinita similia allegata per Tiraq.de consti.par.iij.limit. vij.num.28.& sequen. & num. 39. dicit quòd quando statutum annullat contractum, intelligitur annullare omnem obligationem in eo appositam, Ro.consi.lvij.propè finem, & facit regula, cum principalis, ff. de reg.iu.ubi Dec.& Gagno.& regula, accessorium, ubi Dinus, Io.And. & alii de reg.iur.lib.vj.cũ allegatis per Tiraq.ubi supra, num.40.

174 ¶ Quæ omnia declarantur procedere quando à principio actus nullus est: nam tunc omnia inde sequuta nulla sunt, & in istis terminis cõstitutio nostra procedit, & habent locum omnia præmissa; sed ubi actus à principio ualuit, & postea aliqua causa annullatur, tunc quia clausulæ à principio potuerunt habere effectum, ideo idem effectus non annullatur, Tiraq.in dicto tractatu constitut. par.iij.limit.vij. nume.41.& sequen & in istis terminis procedit dicta l.& si is.C. de præd. mino.pro cuius declaratione uide Aimon.in questione statuti Ferrarien.num.19.& sequẽ.quem refert Iacob.Menoch. de arbit. iud. cent. ij.lib.ij.casu clxxj.nu.77.& Petrus de Bellapertica in d.l.cum lex, nu.2. 3.qui affert alias rationes pro declaratione d.l.& si is.C. de præd. mino.& uide tex.in l.iij.§. sed utrum.in fine, ff.de mino. Borgnin. Caual. de tutore, nu.172.

175 ¶ An autem hmôi contractus factus sine supradicta forma, teneat in foro conscientiæ, quia forum conscientiæ potissimum respicit obligationem naturalem,& quod debitum est naturaliter obligat in foro conscientiæ, Vide Tiraq. super leg. connub. glos. iiij.nume.15.& sequen.Berous, in cap.quæ in ecclesiarum, num.47.de consti.

176 ¶ Vbi etiam, nume.21.& sequen.quærit an emens à muliere, uel minore sine dicta solemnitate aliquam rem, & illam retineat, sit tutus in foro conscientiæ. & recitatis hinc inde opinionibus residet quod non peccet, si bona fide, & sine fraude, & deceptione contraxit.

177 ¶ Quibus affine est, quòd si lex prohibet aliquid fieri, & facienti imponit pœnam, tenetur in foro conscientiæ rem contra legem acceptam relinquere etiam soluta pœna temporali, Ancharan. Domin. & Fran.

Franc.in cap.commissa, §.fin.de electio.lib. vj.& limitatur glo. in cap fraternitas.xij q.ij.

Sit laus, honor, & gloria Sanctiss. Trinitati, & Gloriosiss. Beatæ Mariæ semper Virginis nunc,& semper in sæcula sæculorum. Amen.

SVMMARIA GLOSSAE SEPTIMAE.

1 *INSTRVMENTVM quid sit.*

2 *Statutis non recedimus a proprietate uerborum.*

Instrumentorum appellatione in statutis intelligitur de publicis, non de scripturis priuatis.

Instrumenti appellatione non ueniunt testes in statutis.

Instrumentum fit ad probationem rei gestæ.

3 *Instrumentum dicitur probatio probata, & ueritas apparens, & ei standũ est.*

4 *Instrumentum accipitur secundum subiectam materiam, & ratione adiuncti, ut delicet instrumenta fundi, cauponæ, & similium.*

5 *Instrumentorum appellatione in iudiciis continentur omnia quæ faciunt probationem, & fidem iudici, & ipsius mentem instruunt.*

Acta ueniunt appellatione instrumentorum. in fine.

6 *Instrumentum aliquando ponitur pro contractu.*

Contractus est conuentio partium, instrumentum est scriptura continens dictã conuentionem.

Falsificans instrumentum non est falsificatus contractus.

Differentia contractus, & instrumenti, quæ.

Statutum loquens de instrumento, non habet locum in contractu. ad finem.

7 *Exceptiones quæ possunt contra instrumenta opponi. in fine.*

Instrumentum in constitutione propter uerba generalia intelligitur de omnibus scriptura, & de omnibus quibus iudex instruitur.

Constitutio præsens in uerbo quibuscunque instrumentis qualiter intelligatur.

8 *Dictio, omnis, est uniuersalis nihil excludens, sed includit ea quæ indefinite loquẽdo non ueniunt.*

Vniuersalis locutio plus continet quàm indefinita.

9 *Dictio, quicunque, est uniuersalis distributiua, & opponitur dictioni omnis.*

Dictio, quicunque, qualiter restringitur ad habilia.

Dictio, quicunque, iuncta cum dictione, alia, ampliat dispositionem.

Dictio, quicunque, posita in inuestitura facit transire feudũ ad extraneos. in fi.

10 *Dictio, quomodocunque, propter sui generalitatem facit comprehendi quæ sui natura non comprehenduntur.*

Qualiter accipiatur in lege, statuto, & dispositione hominis. ibi.

Dictiones, quomodocunque, & quoquo modo sunt geminatæ, & prægnantes.

Fidei-

Fideicommissum inducunt uerba, quomodocunque, & qualitercunque.

Dictio quo modocunque, & qualitercunque, quid importet in euictione.

11 Dictio, qualitercunque, significat utrumque, uel quoquo modo.

12 Instrumenta in prouincia Marchię secundum communem usum loquendi interpretantur contractus.

Contractus dicuntur instrumenta secundum communem usum loquendi.

Contractus probari possunt per testes, & iuramentum. in fine.

Contractus quando sola scriptura probari potest. in fine.

13 Testes, & instrumenta in iudicio habent eandem fidem.

Testes sunt maioris fidei quàm scriptura. in fine.

14 Testes reprobatorii instrumenti debent esse omni exceptione maiores.

15 Testes reprobatorii instrumenti si sunt de necessariis faciunt uacillare fidem instrumenti.

Testes sex appositi in instrumento, ex quibus tres contradicunt, & tres deponunt pro instrumento, tunc instrumentum ex tribus deponentibus pro eo sustinetur. ad finem.

16 Testes reprobatorii testium debent esse omni exceptione maiores.

17 Testes omni exceptione maiores tunc requiri quando reprobantur dicta secundum aliquos, sed uerius est quòd maior est reprobatio personæ quàm dicti.

18 Testis omni exceptione maior dicitur ille, cui aliqua exceptio opponi non potest quæ illum repellat, ex quo superat exceptionem.

Testes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui possunt in causa haberi secundum subiectam materiam.

Testis omni exceptione maior dicitur qui habet adminicula pro dicto suo. in fine.

19 Instrumentum potest confici a tabellione de mandato partium.

Notarius debet scribere scripturam instrumenti de mandato partium.

Notarius semper debet esse rogatus ab utraque parte, uel ab una cuius interest.

Præsumitur rogatus Notarius si non apparet de rogitu. ad medium.

Dictio &c. importat rogitum.

Rogitus Notarii, an præsumatur, & quando.

Clausula, actum, denotat actum perfectum.

Perfectionem actus inducit clausula actum, & clausula testibus uocatis, & rogatis.

Rogitus non præsumitur quando non est posita clausula, actum. in fine.

20 Substituti Notariorum admittuntur in urbe, & in ciuitate Constantinopolitana.

Stilus Rom. Cur. quòd substituti Notariorum admittuntur ad rogan. ubi sit sun datus.

21 Notarius quid præmittere debet in prin. instrumenti.

Annus Domini debet apponi in prin. instrumenti.

Annus

Annus positus in instrumento, præcedenti an censeatur repetitus in instrumento subsequenti annus, & dies.

22 Testes sunt apponen. in instrumento, aliàs non probat.

Instrumentum non probat sine anno, & die, nec sine testibus.

Melius pauca caute agere, quàm multa cum periculo.

Testes non requiruntur in actu facto in Concilio, Capitulo, uel parlamento, & in actibus iudicialibus. in fine.

Testes in Regno Neapolitano, debent se instrumento subscribere una cum iudice ad contractus. in fine.

23 Instrumenta redacta in mundum debent poni in protocollo.

Protocollum qua certa confici, ad hoc ut euitetur falsitas. & nu. 27.

Falsitas protocolli præsumitur si charta mutata sit.

Protocollo non sunt dilaniandæ chartæ, & aliæ illarum loco ponendæ.

Falsitas reperta propter signum chartæ.

Protocollum quando non reperitur, instrumenta falsa præsumuntur.

Instrumentum est suspectum si non concordat cum protocollo.

Protocollum si est uitiatum ei non creditur nec instrumento.

24 Archiuium est ordinatum de iure pro conseruatione protocollorum, & habet publicum testimonium.

Archiuio quæ scripturæ reponantur, & an priuatæ.

Archiuio qua forma scripturæ reponebantur apud Rom. circa medium.

Forma reponendi scripturas in archiuio apud Romanos.

Insinuationes instrumentorum, & donationum apud antiquos Romanos qualiter fiebat.

25 Tempus in instrumentis claris uerbis apponi debet, & non obscuris.

Instrumentum debet continuare tempus, nomen Imperatoris, consulis, & anni imperij, & Papa & alia de quibus ibi, ad uitan. falsitates.

Datarius ponit tempus per extensum in literis Papæ.

26 Additio Carpensis facta constitutioni comprehendit casum non comprehensum in antiqua constitutione propter uerba generalia posita in additione.

Verba uniuersalia operantur, ut dispositio intelligatur uniuersaliter.

Dictiones quomodocunque, & qualitercunque, nō patiuntur restrictionem, etiā si materia sit odiosa ut ibi, ad finem.

Vniuersalia uerba geminata augent.

Geminatio, & reiteratio uerborum requirunt ueritatem, non fictionem.

Vniuersale signum comprehendit accessoria, & maiora expressis, & comprehendunt ea quæ alias non comprehenderentur, & omnem casum qui in genere cogitari potest.

Generalis cogitatio unius casus sufficit, quando adsunt uerba uniuersalia. ad fin.

27 Additio Carpensis, est pars antiquæ constitutionis, unde omnia posita in antiqua constitutione censeatur repetita in additione.

Pęna contenta in antiqua constitutione, an censeatur repetita in additione facta

per

per Cardinalem de Carpo.
Augmentum quando est eiusdem naturæ, qua est lex antiqua. ad finem.
Dos addita an sit idem quod dos antiqua.
28 Additum libello uel statuto quando sit species de per se, & facit concessionem esse nouam.
29 Dictio, per, significat actum perfectum, & perfectionem temporis.
Per aliquando significat causam instrumentalem, ut quando contraho per nuncium.
Per aliquando denotat causam efficientem, & causam secundum quid, & aliquando causam, & aliquam causam, ex variis figuris causarum. ad finem.
30 Dictio, dictos, quæ repetit præcedentia.
31 Dictio, &, aliquando, ponitur pro maximè, & non restringit, & implicat alias materias, de qua fit maior dubitatio, & auget.
32 Mercator maior xx. annorum potest contrahere non seruata forma istius constitutionis, & quare.
Minor industrius non præsumitur læsus.
Restitutio in integrum non conceditur minori industrio.
Industriosus, & diligens præsumitur pecunias in propriam utilitatem conuertisse ideo non restituitur nec iuuatur hac constitutione.
Doctor si allegat se læsum ob omissam allegationem non auditur. ad finem.
Mercator positus in matricula in actu mercantiæ, non potest petere restitutionem.
Restitutio in integrum non conceditur mercatori in concernentibus mercaturam.
Consanguineorum adminiculo non indigent mercatores in actu mercaturæ.
Nobiles uersantes Curiam censentur prudentiores cæteris.
Maiorem xxi. annorum a statuto potest fieri maior.
Statutum Romanum de minoribus declaratur.
Romani industrii præsumuntur, quia plus cognoscunt adolescentes quàm iuuenes in aliis Ciuitatibus.
Romani post xx. annum non egent prudentia consanguineorum.
Maiores xviij. annorum in Regno Neapolitano pro maioribus xxv. annorum habentur. in fine.
Minor habilitatus in uno loco, extra locum censetur etiam habilitatus. in fine.
33 Mercator maior xx. ann. requiritur quòd habeat apothecam mercium apertam.
Qualitas adiecta uerbo, debet probari adesse secundum tempus uerbi.
34 Mercaturæ qualitas debet probari per eum qui se fundat in mercatura.
Probandi onus incumbit affirmanti, non neganti.
35 Mercator contrahens si asserit in instrumento se mercaturam exercere si postea negat non auditur nisi probet.
Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi post biennium quando debitor assumit

assumit

assumit onus probandi pecuniam non numeratam.
Exceptio non numeratæ pecuniæ contra obligationem Cameralem iuratam non admittitur in Curia ante solutionem debiti.
36 Mercator minor potest contrahere sine istis solemnitatibus ratione mercaturæ non autem super aliis rebus non concernentibus mercaturam.
Minor xviii. annorum potest alienare bona mobilia. ad finem.
37 Mercator quis sit.
Mercis appellatione non continetur homo.
Mangones qui sint.
Artifices qui sint remissiuè. in fine.

ADSIT INDIVIDVA TRINITAS, ET BEATISS. MARIA DEI GENITRIX.

GLOSSA SEPTIMA.

Verba additionis Carpensis.



QVAM quidem constitutionem nos Rodulphus Cardinalis de Carpo Legatus obseruari mandamus in omnibus & quibuscunque instrumentis fiendis, quomodocunque & qualitercũque per dictos minores vigintiquinque annorum, etiam cum duplici iuramento superdictis instrumentis, & per dictos minores præstito declarantes locum non habere in maiore viginti annis, mercatore, & apothecas mercium habẽte.

1 ¶ Ista additio bo. me. Rodulphi Cardinalis de Carpo tunc Marchiæ Legati fuit ualde utilis: nam antiqua constitutio in sex casibus tantùm loqui uidebatur, uidelicet in tribus contractibus, & tribus, ut dictum est supra glo. j. num. 9. & 10. hæc uerò extendit ad omnia instrumenta fienda per minores quomodocunque, & qualitercunque, etiam cum duplici iuramento præstito superdictis instrumentis. Pro declaratione dicendorum uideamus quid est instrumentum, & uidetur dici posse, quod sit omnis scriptura publica à persona publica, uel Tabellione conscripta de conuentione partium, Bar. l. si quis legatum, col. ij. uers. aduerte, ff. ad l. Corn. de falsis. & ideo in definitione dicitur scriptura publica, quia in l. j. C. de iur. calum. fit differentia inter literas, & instrumenta ibi accipiuntur pro scripturis publicis, literæ pro scripturis priuatis, ut notant ibi glo. & Doctores.

2 ¶ Et ob id in statutis, in quibus uerba propriè interpretantur, instrumento-

mentorum appellatione intelligitur de publicis, non autem de scripturis priuatis, aut testibus:quia in illis non est recedendum à propria significatione uerborum, Imol.in rub.de fid. instru.uersic. & sic uideretur, ubi Feli.num.6.uersicu. iij. conclusio.dicit quòd appellatione instrumenti in statutis non uenit scriptura priuata propter communem usum loquendi, secundum Bart.Bal.& Salic.in d.l.j.C.de iur. calũniæ.& Deci.in dicta rubr.de fid.instru. num.2.& 4.dicit, quod propriè appellatione instrumenti non ueniunt testes, & scriptura priuata ex communi usu loquendi. Aegidius uerò in dicta rubrica, num. 3. dicit, quòd in tit.de fid.instr. appellatur instrumẽtum scriptura facta ad alicuius rei probationem imposterum faciendam, ut in l.contrahitur, ff. de pigno.ibi, fiunt enim de his scripturæ, ut quod actum est per eas facilius probari possit. & in l.iiij.ff.de fid.instr.& probatur per totum titulum de fid.instr.extra.

3 ¶ Et propterea instrumentum publicum dicitur ueritas apparens, & probatio probata, & disceptatione fori non indiget, & ideo ei standũ uidetur, l.cum precibus.C.de probationibus, ubi glo.& Doctores, Ias. consi.cxxiiij.col.j.uol.j.Soc.iun.consi.clxxxix.num.14.lib. ij. Cagnol.in l.si librarius, nu.81.ff.de reg.iur.

4 Et hæc secundum propriam significationem uerbi instrumenti, sed secundum latissimam significationem accipitur instrumentum secundum subiectam materiam, & ratione adiuncti, utputa quando dicimus instrumenta fundi, tunc continentur ea omnia quæ fructus quærendi cogendi, & conseruandi gratia parata sunt, ut in l.instrumenta, ff.de fun.instr. & instr.leg.& boues sunt instrumenta aratoria, Bal. in l. j.ff.de uerb.sign.& instrumenta Cauponiæ, semilenæ, & ancillæ continentur, l.palam, §.lenam, ff.de ritu nup.& de instrumento domus habetur in l.quæsitum, §.si domus, ff.de fund. instruct.de instrumento pictoris, piscatoris, Medici, Musices, & similium, ponit Dec.in d.rub. de fid. instr.num.2.& Aegid.in d.rub.num.1.dicit quòd ponitur pro quolibet uase domus. allegat l.j. de fund. instr. & pro uase muliebri in quo coitur, & concipitur, c.ex literis, & c.fraternitatis.de frig.& malefi.

5 ¶ Et in iudiciis appellatione instrumentorum continentur omnia ea, quæ faciunt probationem, & fidem iudici, & ipsius mentem instruunt, unde testes appellatione instrumentorum continentur, l.j. ff. de fide instr.l.notionem, §.instrumentorum, ff. de uerbo. signi.ubi glossa tenet quòd appellatione instrumentorum continentur chartæ, in quibus negotia sunt descripta quæ conficerentur à tabellionibus, unde testes nõ dicuntur propriè instrumenta, & secundum hæc diuersitas titulorum posita est in iure ciuili, & Canonico:nam primo posuit rubricã specialem de testibus, postea generalis, de fide instrumentorum subsequitur, quæ rubrica omnia comprehendit, & ideo Io.And. Ant. de But. in d.rub.de fide instr.dicunt, quod appellatione instrumentorum conti-

nentur omnia quibus causa instruitur, & sic testes.& est ratio secundũ ea quę dicit Bar.in d. §.notionem, quod significatio uocabuli sumitur ab allusione uocabuli, ut in l.ij.§.appellata, ff.si cert.pet. quę est ab instruo, instruis, quia instruit causam, quę fit per testes, & instrumenta, Lanfranc.de Oria.in c. quoniam contra, de instrumentorum productione, num.1.& 5.& sequen.de probat.item ueniunt acta appellatione instrumentorum, Bar.in l.in fraudem, §.neque, ad finem, ff.de iure fisci, & testamentum, l.si quidem, C.de iure fisc.Item, & scriptura appellatione instrumentorum continetur, Rom.cons.xxiij.num.2. quando ꝓfertur Instrumentum in lege, secus si in statutis, quę intelligunt secundum communem usum loquendi, qui communis usus loquendi aliquando intelligit instrumentum, idest contractum, & sic ponitur continens pro contento, l.si qua mulier, C.ad Vell. etiam hoc notat ibi Bal. in prin.& Afflic.super constit.Reg.Sicil.in constitutione, consuetudinem, colum.iij.uers. nec obstat euidentiale, ut latè declarat Tiraq. de retract.par.j.§.ij.glo. j.num.5.nihilominus differentia est inter instrumentum, & contractum, ut per Cassa. super consuet. Burg. dum tractat de gabellis, ad fi.operis, num.14.ubi dicit quod contractus est cõuentio partium, instrumentum est ipsa scriptura Notarii continens dictam conuentionem.allegat Bart.in l.si quis legatum, ff.de falsis. & quòd inter instrumentum, & contractum, est differentia talis quòd si Notarius falsificat instrumentũ, non propterea contractus erit fallus allegat Bald. in l. alia, C. de his, quibus ut indig. num. 2. ubi additio Barbat.multa congerit, Tiraq.de retract.par.j.§.ij.glos.j.num. 1. & sequent. de ista differentia contractus, & instrumenti, & quod uitiato instrumento non uitiatur contractus dummodo aliàs constet de contractu, Imola & Doctores, in l. seruum filij.§. eum qui chirographum, ff.de legat. j. & statutum loquens de instrumento non habet locum in contractu, ut dicit Bald.in l.fin.C. de falsa causa adiecta legato, num. 2.& quod multum refert utrum statutum dicat, quòd contra contractum dotium non possit opponi aliqua exceptio, quia hoc statutum ueram dotem significat: an uerò dicat quòd contra instrumenta dotalia non possit opponi exceptio, quia tunc non potest aliud opponi nisi contra tenorem instrumẽti, puta defectus solemnitatis instrumenti, diei scilicet, loci, consulis, & similium, & hoc etiam dicit Bart. in effectu, in l.j.§.& parui, nume.3.& 4.ff.quod ui, aut clam, Paul.de Castro consil.xliiij.nume.1.& sequen.lib.j.Deci.consil.xvij.num. 4. Tiraquel.ubi supra, nu.3.

7 ¶ Verum quia in hac constitutione dicitur, in omnibus, & quibuscunque instrumentis, quomodocunque, & qualitercunque per dictos minores fiendis.non credo propter illas dictiones, omnibus, & quibuscũque, restringi debere ad sola instrumenta confecta à publica persona, sed ad omnia quę possent instruere animum iudicis competentis, qui

habet interponere decretum in contractibus minorum, uidelicet in contractu facto scriptura priuata, siue illa subscripta sit à trino teste, iuxta l. scripturas, C, qui potiores in pignore habeātur. siue à partibus tantum subscripta, ut in l. contractus. C. de fid. instr. siue sine scriptura aliqua fiat contractus, & solis testibus probetur, ut in l. j. ff. de fid. inst. & supra num. 5. siue alias comprehendere omnem instructionem, siue instrumentum, & hoc demōstratur ex dictionibus uniuersalibus subsequentibus, quæ propter earum uniuersalitatem comprehēdunt ea, quæ aliàs de sui natura comprehendere non possent, ut mox dicam, pro quibus etiam uide Socin. in l. quidam relegatus, de rebus dubijs, num. 5. & seq. pro declaratione.

8 ¶ Dictio, omnis, est dictio uniuersalis, nihil excludens, sed includit ea, quę aliàs indefinitè loquendo non uenirent, l. Iulianus. ff. de leg. iij. ubi prædium Seianum omne, ubi glo. & Doctores notant, quod qui omne dicit, nihil excludit, l. à procuratore. C. mād. a. ibi, à procuratore dolum, & omnem culpam, c. ij. de obser. ieiun. Bart. in l. generali, §. uxori, ff. de usuf. lega. ubi loquitur de usufructu legato de omnibus talibus rebus, ut res etiam uenales includantur, Rom. consi. xliiij. nu. 5. uersi. attendēda sunt illa uerba, omni casu, uolentia per uerbum illud uniuersale, omne, includere lucrum dotis, siue existentibus filijs primi matrimonij, siue non, Dec. in auth. præterea, nu. 7. C. unde uir & uxor, Curt. iun. consi. xlviij. Boer. decis. cxiij. ad fi. Natta consi. cccxcj. nu. 8. & seq. plus enim cōtinet uniuersalis loquutio, quàm indefinita; nam si lego marmor indefinite, intelligitur de rudi materia: Si lego omne marmor, intelliguntur etiam statuæ legatæ. l. hęres meus. §. duæ statuæ ff. de leg. iij. ibi, item omne marmor, & sic statuam, & marmor legatum censetur, Nat. cons. 397. nu. 2. alijs quampluribus exemplis cōprobat, & est tantæ potentię ut tollat id quod à uere alias erat dispositum Bal. in c. in presentia, col. iiij. de prob. Natta consi. cliij. nu. 3. & cons. 160. nu. 29. & est dictio uniuersalis collectiua, Bar. in l. si pluribus, in fi. ff. de leg. ij.

9 ¶ Dictio (quicunque) est uniuersalis distributiua ita quod attribuit rē cuique insolidum, & opponitur dictioni, omnis, quæ est uniuersalis collectiua, Natta cons. 7. num. iij. & est dictio uniuersalis geminata, l. balista. ff. ad Trebell. ubi Bar. Io. Cephal. cons. 137. nu. 34. & Cor. cons. 236. num. 16. lib. iiij. dicit quòd dictio quicunque, & dictio, omnes, sunt uniuersales, quæ plus inportant quàm generalis oratio, quia in uniuersali ueniunt quandoq; ea, quæ nō ueniunt in generali dispositione, quia uirtus uniuersalis tollit illam cōiecturam, & uerisimilitudinem quod non esset in specie concessurus, allegat Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. ij. & illius natura est extendere uerbum cui adiungitur, ut omnia importet, quæ secundum propria significationē ueniūt, & quæ alias non uenirēt, Curt. Iun. cōs. xlviij. nu. 3. & 183. nu. 6. & propter cuius generalitatē ad casus improprios extēditur, Alc. in l. manentium, ff. de uerb. sig.

sig. & de abusiuis intelligi potest, ut hic dum dicit, omnibus, & quibuscunq; instrumentis, Hippolit. de Marsil. in l. unius, §. cogniturū, col. iiij. uersi. modo redeundo, ff. de quęst. Tiraq. de retract. par. j. §. j. glo. vij. nu. 20. & ibi multa ponit de hac dictione quicunque, uniuersali & qualiter restringatur ad habilia siue simus in dispositione legis, uel hominis. uide ibi, nu. 26. & comprehendit omnem actum, Probus in addit. ad Ioan. Mon. in c. quicunque, de hęret. in vj. & quando iungitur cū dictione, alia, ampliat dispositionē, & cōprehendit illegitimos, Gomes. in reg. de triennali, q. ij. col. ij. uers. tandē istis non obstantibus. multa ēt congeruntur per Io. Baptistam Asinium in praxi iudiciorum, c. vij. per totū, in princip. & uide quæ dixi supra glo. vj. nu. 2. & posita in inuestitura facit transire feudum ad extraneos, Iason inter consilia feudalia Bruni, consi. ix. nu. 7. & consi. x. nu. 2.

10 ¶ Dictio, quomodocunque, propter sui generalitatē facit comprehendi quę alias sui natura non comprehenduntur, Goza. cōsi. j. nu. 19. Cur. Iun. consi. j. nu. 2. & 3. distinguit aut profertur à lege uel statuto, aut ab homine. Si à lege, intelligitur generalitas eius secundum habilitatē. Si ab homine, generaliter intelligitur, & iūcta uerbo petitioni, intelligitur de petitione extraiudiciali, Balb. in tract. de pręscrip. in iij. part. vj. partis principalis. q. iiij. nu. 12. Cur. Seni. cōs. 50. col. ult. in principio. uersi. sicut etiam dictio, quomodocunque, & quoquomodo, quę sunt uerba geminata, & pręgnātia, & semper ampliant effectus, & plus operantur. Bal. in l. fructus. C. de acti. emp. & significant pręcisam intentionē disponentis, Bal. in c. eam te, col. ij. de rescrip. & Soc. consi. cclj. num. 17. lib. ij. dicit quod uerba quomodocunque, & qualitercunque, inducunt in testamento fideicommissum, ex quo de contentis in testamēto erat facta mentio. & facit quòd posita in clausula euictionis possit agi de euictione, quando res euincitur sententia arbitri uel alias, Alc. consi. iiij. num. 2. lib. iij. & consi. cij. num. 5. lib. vj. Bal. Imol. & alij in l. si domus. §. de euictione, ff. de leg. 1. & apud humanistas dictio, quomodocunque, pro quoquo pacto accipitur, & pro declaratione istarum dictionum uniuersalium uide Soc. in l. quidam relegatus, num. 5. & seq. de reb. dub. qui facit quinque conclusiones, quæ possunt deseruire in omni materia siue fauorabili, siue odiosa, ad quem recurre, quia magistraliter loquitur.

11 ¶ Dictio, qualitercunque, significat utrunq; uel quoquomodo, & est aduerbium, & de ea loquitur textus cum glossa in l. qui fundum, ff. quēadmodum seruitus amitt. ibi, fundus enim qualiter se habens. ubi gl. interpretatur qualitercunque possideatur, uel qualiter ei sit constituta seruitus, & Alex. dicto cons. iiij. nu. 2. lib. iij. & ferè omnes alii Doctores proxime citati.

12 ¶ Et propter huiusmodi dictiones uniuersales posset etiam interpretari constitutio prędicta inomnibus, & quibuscunq; instrumentis, idest

S 2 in

in omnibus,& quibuscunque contractibus, quia secundum communem usum loquendi in Prouincia Marchiæ instrumenta appellantur contractus,& ita fieri uidemus in pluribus prouincijs, ut dicit Tiraq. de retract.parte prima,§.ij.glo.j.num.5.& diximus supra, num.2.& 6. Et quomodocunque, & qualitercunque fiendis, idest, quocunque modo fiant, siue cum scriptura publica, siue priuata, aut sine scriptura, aut in actis Notarij,quia ćtractus pro omni obligatione accipitur, l. omnem,ff.de iudi. & Instit. de iure natu. gentium, & ciuili.§.ex hoc iure gentium penè omnes contractus introducti sunt,& in l.Labeo.ff. de uerbor.sign.habetur, quòd contractus est obligatio ultrò,citroq; , ut locatio,uenditio,emptio,cōductio,societas; & clarius definiri hoc modo potest, quòd contractus sit placitum, aut conuentio duorum pluriumve in idem ad dandum, faciendum, uel præstandum aliquid uni ab alio,& iste contractus potest probari scriptura, & testibus, ut in l.pen.ff.de fide instrum.& l.pactum.C.de transact.& l. cum in instrumentis.C.de fide instrum. & in auth. quomodo in instrumentis, quæ apud iudices insinuanda sunt.ad finem, uersi. nam si quis sine scripto qualemcunque contractum celebrare uoluerit, dubium non est, quin per testes,uel delatum iuramētum fidem accipiat.ubi habetur,ꝙ per iuramentum litis decisiuum, & per testes contractus probari potest, prout testamentum testibus probari potest,Ruin.consi.xv.nu.8.& per totum consilium ferè,lib.ij.nisi à principio cōuentum sit, ut instrm & scriptura fiat super cōtractu de quo agitur,ut in l.cōtractus.C.de fid. instr.& Instit .de emp.& uend.§.in his autē,ubi gl.& Doct.quia tūc nō pōt,nisi sola scriptura probari contractus,attenta dicta cōuentione.

13 ¶Nihilominus eandem fidem, & uim habent in iudicio testes, & instrumenta,ut l.in exercendis.C.de fide instr.ubi glo.Bar.& Doctores, Præposit.in c.sæpè,nu.1.4.q.iij. uerum,in auth.nouella 73.sub tit.quomodo in instrumētis,§.si quis igitur.ibi,tunc nos quidem,quæ uiua uoce,& iureiurādo proferuntur multò arbitramur fide digniora, quàm ipsam scripturam,nihilominus hæc iudicis arbitrio relinquitur,Inno. in ca.j,de except.

14 ¶Et ob id, quando reprobetur instrumentum per testes, tunc testes reprobatorij instrumēti debent esse omni exceptione maiores, Abb. in c.cum Ioannes,col.vj.uersi.ergo concordando,de fide instr.ubi Fel. col.xj.uers.quinto declara. dicit,ꝙ modicus defectus uitiat dictū similis testis,ideo patruus agentis contra instrumentum repellitur, Spec. in tit.de teste,§.j.uersi.generaliter ergo excipitur,Alex.cōsi.clxxx.nu. 4.lib.vj.& hæc est communis opinio,& sequuta à Dominis de Rota.

15 ¶Si uerò testes,qui reprobant instrumētum,sunt de necessarijs,tunc faciunt uacillare fidem instrumenti,l.ij.§. si quis neget.ff.quemadmodum testamen. aperia. Felin. in d. capit. cum Ioannes, numero 46. uersicu. secunda conclusio, & nume.50. uersicu. si est de necessarijs,

Soci.consf.ccxxix.lib.ij.& cons.xx.in fi.lib.iij.& Soci.iun. consi.clxxxix. nu.92.lib.ij. & Ruin. consi.viij.num.14.lib.iij.tenet idem, etiam quòd testis impugnans instrumentū pateretur aliquas exceptiones, Aym. consi.lvj.num.9.& 10.

¶ Sed quid si sunt appositi sex testes, de quibus tres contradicunt, alij tres deponunt pro instrumento,tunc ex tribus deponentibus pro instrumento sustinetur instrumentum,Ias.consi.cxxxvij.col.iij. lib.iij. uersi. sed præmissis. Socin.consi.ccxxix.col.ij.uersi.Secundò præmitto,lib.ij.Deci. consil.cij.col.iij.uersic.considerandum est, Marsil.sing. cclxxxv. & hæc est communis conclusio, & contra istam communem tenent Feli.in d.c.cum Ioannes,num.47.& Albert.Brun.consi.xlix.nu. 1.& 2.Ruin.consf.xv.nu.9.lib.ij.circa additionem factam a Notario sine uoluntate testatoris,uel contrahentis.

16 ¶An idem sit in reprobatione testium,uidelicet, quòd testes reprobatorij testium debeant esse omni exceptione maiores? & uidetur ꝙ sic, quando reprobantur testes, qui de iure debent esse omni exceptione maiores, quia tunc testes reprobatorij dictorum testium debent esse eiusdem qualitatis, arg.l.nihil tam naturale.ff.de reg. iur. & ut æqualitas in iudicijs seruetur.c.in iudicijs,de reg.iur.in vj.& multa similia congerit Cagnol. in reg.non debet actori.ff.de reg. iur. & Tiraq.in legibus connubia.glo.iij.nu.13.& seq. Esset enim absurdum, ut quis grauaretur per testes omni exceptione maiores probare,& pars aduersa posset reprobare per alios testes,non omni exceptione maiores.& pro ista conclusione facit Spec.in tit.de testibus reprobatorijs, in prin. & nu.3.ibi, tam dicta, quàm personas testiū possunt per alios testes legitimos reprobari.allegat ca.j.de except.ubi dicitur non esse credendum alicui contra alios, nisi prius se probauerit innocentem, ubi glo.in uer.Stephanus Papa, allegat concordantes, & in specie, ꝙ requirantur in reprobatione testes omni exceptione maiores. tenet Grammat.consi.xij.num.30.Boer.consi.xl. nu. 130. & hoc præsertim, quia materia reprobatoria testium est odiosa, Aegidius in c. licèt dilectus, de testi.Guid.Pap.decis.ccccc.in prin.Grammat.decis.xxxiiij. nu.14.facit etiam,quia infamia testium probari debet per testes legitimos,& legitimè,Rot.decis.xxij.de rescrip.in ant.& debet talis probatio esse in superlatiuo gradu,Prob.in addit.ad Io.Mon.in c.mediatores,nu.11.de testib.lib.vj.

17 ¶Quibus non obstat differentia, quæ fieri solet per Doctores, quòd quando per testes reprobantur dicta, tunc requirantur testes omni exceptione maiores,ut uidetur not.Speculat.in tit.de test. reprobat. in princ.& Abb.& alij Doctores,in c.licèt dilectus, num.2. de testibus. quia respondetur arguendo à maiori ad minus,quòd si ad reprobandum dicta requiruntur testes omni exceptione maiores, tanto magis ad reprobandum personas,quia reprobatio personæ testium difficilius

lius conceditur, quia nobilior est persona, quam dictum; & quia est eadem ratio in reprobatione dictorum, & personarum, ut dicit Abb. in d.c.licèt dilectus, num.2. Aegid. num.8. & Felin. col.j. uersi. sed contrarium, & ita ex præmissis rationibus iudicari uidi.

18 ¶Et hic potest adaptari quæstio ualde frequens, uidelicet, quis dicatur testis omni exceptione maior? & tex. in ca.j. de consanguinitate, & affinita. dicit, quòd si per testes circumspectos omni exceptione maiores inueneris. ubi glo. in uerbo, maiores, inquit illos testes dici omni exceptione maiores, qui repelli non possunt aliqua exceptione, quam sequitur Abb. ibi, num.5. Præpo. num.7. Barb. in rub. de. probat. num.29. Deci. consil. clxiij. nu.7. Bald. uerò in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipulat. nu.8. quòd testis omni exceptione maior est ille, contra quem non obstat exceptio opposita, quæ eum repellat: sed testis dictam exceptionem superat, quem sequitur Ruin. cons. lix. num.3. lib.iiij. Stephan. Aufrer. de reprobat. test. num.93. Socin. iun. consi. xxix. num.25. lib.ij. & sic quotiens testis uincit exceptionem, & ab ea non uincitur, dicitur omni exceptione maior, Alex. consil. xviij. col.iij. uersic. sicut etiam, lib.j. Prob. in addit. ad Io. Mon. in cap.j. num.10. de testibus, lib.vj. & idem est dicere, testis idoneus, & omni exceptione maior, glo. in §. item uerborum, Institut. de inutil. stipulat. ubi Christophorus Porc. colum. 1. Abb. in d.cap.1. de consanguin. & affin. num.3. & Milis. in uersic. testes omni exceptione maiores. Et aliquando testes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui possunt in causa haberi secundum subiectam materiam, Deci. cons. cccxlij. num.3. quia in occultis illi testes induci debent, qui haberi possunt, cũ uideamus in re quæ fit in familia, & in rebus Capitularibus testes de Capitulo admittuntur, quia ex natura facti alij testes haberi non possunt, l. cõsensu. C. de repud. cap. ueniens, il secondo, de testibus, in fine. Alexan. consi. lxiiij. colum. pen. lib.j. & hæc est communis opinio, ut dicit Decius ubi supra, consi. cccxlij. Ant. Gab. latè in tract. communium conclus. lib.j. in titu. de testibus. conclus. vij. firmat hanc conclusionem pro regula, quam limitat, & declarat egregiè more suo, & q. viij. ibi declarat quando in causa matrimoniali requirantur testes omni exceptione maiores, siue agatur de infringendo matrimonio iam contracto, uel de probando matrimonio clandestino.

¶Dicitur etiam testis omni exceptione maior, qui habet pro dicto suo adminicula, ut dicetur infra, glo. viij. nu.24. & 25.

19 ¶Redeundo itaque ad instrumenta uideamus, à quo cõficienda sint. & dicendum, quòd postquàm scriptura super conuentione, pacto, cõtractu, uel testamento absoluta est per partes contrahentes, & per tabellionem scripta, tabellio per seipsum accipiat mandatum à partibus conficiendi instrumentum, ut in Auth. de tabellionibus, in princ. uersi. uerũ nos toti. ubi glossa in uerbo, ipsis. per se dicit, quòd Notarius

rius

rius hæc debet audire, & scribere de mandato partium, & Ang. ibi, num.5. notat post glossam in uerbo, iniungatur tabellionem semper debere esse rogatum, ut posit instrumenta conficere, per uerbum, mando. uel rogo, uel delego, uel uolo, & notarius debet ab utraque parte rogari, uel ab una cuius interest. & si non apparet quòd Notarius sit rogatus, p̃sumit̃ rogitus ut in dicta glo. in fine, Bar. & Ale. in l. sciendũ. ff. de uerb. obl. & Ang. in d. Auth. de tabell. nu.11. Bal. in l.j. nu.18. & 19. C. de fide inst. lib.x. Quæ omnia declara, quando Notarius in scriptura apposuit, actum in tali loco præsentibus testibus, propter illam dictionem, &c. quæ importat rogitum, & tunc præsumitur Notarius rogatus, Alex. consi. xiiij. nu.32. & seq. lib.vi. & hæc est communis opinio, ut asserit apostilla ad Alex. consi. cliij. num.9. lib.ij. Aegid. decis. cclxvij. Soc. iun. in d.l. sciendum, num.66. ff. de uerb. oblig. & clausula, actum in tali loco, denotat instrumẽtum perfectum, Neuiz. consi. xxvj. num.42. Idem si dicitur, testibus uocatis & rogatis, inducit perfectionem actus, Neuiz. ibi, num.42. sed quando non apposuit, actum, in scriptura, nec dixit se esse rogatum, tunc forsan rogitus non præsumeretur, Alexan. consil. xlviij. colum. penult. uol.v. & d. consi. cliij. col.iij. in princ. uolu.ij. ubi pariter attestatur de communi, Rolan. consil. xxvj. num.12. & seq. lib.iij. & cons. xxxij. per totum, lib.ij. ubi declarat. & pro hac secundaopinione etiam, ubi adest, actum, in scriptura reperta in filzis Notarij, non præsumi rogitum, tenet Cagnolus in l. si librarius, num.36. de reg. iur. Paris. consil. xij. num.120. lib.ij. Verum ego teneo primã opinionem, quam Domini sequuti sunt in una Leodiensis hæreditatis.

20 ¶Et quia in dicta Auth. de tabell. dicitur, quòd Notarij per se instrumenta recipere teneantur, præter quam in regia ciuitate Constantinopolitana, & in urbe propter multitudinem negociorum, in quibus substituti admittuntur ad recipiendos rogitus instrumentorum, ergo in aliis ciuitatibus per se Notarij, & non per alios debent instrumenta recipere. & ad hoc, ut posint Iudicibus interrogantibus ueritatem rei gestæ narrare, & non profiteantur se ignorantes, ut ibi, uersic. & interrogatis, & in ista authent. fundatur stilus Romanæ Curiæ, in qua substituti ad rogan. admittuntur instrumenta, sicut ipsi Notarij, & instrumenta sic rogata ualent, sed isti substituti non possunt poni sine approbatione Magistri census in urbe, uel per defensores ciuitatum in prouinciis, ut in dicta authen. de tabell. §. ut tamen.

21 ¶Debet etiam Notarius præmittere in principio Instrumenti nomen Comitis, sacrarum largitionum, tempus, & ea quæ solent prænotari, ut in dicta Auth. de Tabellion. §. illud præterea. Ideo de consuetudine si nõ apponitur annus Domini, instrumentum non probat, Feli. in c.j. num.3. de fide instru. Aym. consi. cxcvij. in fin. Sed quid si annus

est inchartis, & instrumẽtis præcedentibus, an censeatur repetitus in instrumento subsequenti: Bal. in l. patris, & filij. ff. de uulg. & pupil. tenet quòd sic, quem sequitur ibi Alexan. num. 8. & Ias. num. 7. & non solum censetur repetitus annus, sed dies, Rom. sing. ccxxxviij. ubi additio Ias. in l. prætor ait, §. si initium, num. 5. & sequen. ff. de eden. ponit prædictam conclusionem pro regula, quam limitat quatuor modis, & Oldr. consi. cccxij. col. fi. uersicu. præterea. dicit, quòd in literis feudalibus Imperatoris, non requiritur dies, Menoch. de arb. Iud. lib. ij. cẽturia j. casu lxiiij. per totum.

22 ¶Et debent etiam apponi in instrumento testes, aliàs sine testibus non probat, Auth. quomodo instrumentis, quæ apud Iudices, §. si quis igitur, & l. fi. C. si cert. pet. Alexan. consi. xiij. num. 8. lib. j. & consi. clxvj. num. 11. lib. vj. ubi apostilla. Aym. consi. lvj. num. 1. Rolan. à Valle consi. xxxviij. num. 6. lib. j. & licèt testes non sint de comitantibus necessariis sed ualidantibus instrumentum, quia spectat ad officium Notarii testes apponere, Domin. in c. Abbate sanè, colum. fi. de re iud. lib. 6. Cagnol. in l si librarius, num. 27. ff. de reg. iur. tamen sine testibus non probat regulariter, ut in Authen. de Tabellio. in princ. & sic in pœnam Notarii, cum melius sit pauca agere cautè, quàm multa cum periculo, ut in authen. de Tabell. uersi. & non fingant. fallit tamen in actu facto in consilio publico, uel in capitulo, aut publico parlamento, quia tunc non requiruntur testes, Hip. sing. lvj. Secundo in actis iudicialibus quæ probant sine testibus, Alexan. d. consi. xiij. num. 8. lib. j. & Rolã. d. cõsi. xxxviij. nu. 6. lib. j. In Regno Neapolitano adest cõstitutio ꝙ debeat se subscribere una cũ iudice ad cõtractus duo testes omni exceptione maiores, quæ incipit, instrumentorum robur. c. lxxxj. lib. j. ubi glos. & Afflict. latè.

23 ¶Et ulterius Tabelliones non debẽt redigere in mundum instrumẽta in alia charta quàm protocolli ad hoc ut uideri possit an falsitas cõmissa sit, nam protocollum fieri debet ex aliqua charta sub aliquo signo facta: & si alia charta alio signo posita erit i dicto protocollo, tunc illius chartæ mutatio erit signum falsitatis instrumenti, Auth. de Tabell. §. fi. & ob id Iustinianus prohibet ibi, ut de protocollo non abscindantur chartę, nec aliæ ponantur illarum loco, & refert Cuiacius in Commentariis istius nouellæ xliiij. ad fin. Senatum Parisiensem habuisse chirographum de falso suspectum ex die in eo adscripto, quo nondum eius notæ charta ulla erat in rerũ natura, quia si illo die charta non erat facta sub illo signo, quomodo Notarius in ea instrumentũ scribere potuit. & Bal. in l. Cassius, ff. de Senator. dicit quando non reperitur protocollum, tunc instrumenta extracta redduntur suspecta, Cassan. consi. lxiij. uersi. etiam quòd requiratur suspecta. Verum Bald. consi. cccclxiiij. lib. iiij. tenet quòd instrumentum probet etiam quod non reperiatur protocollum: tamen quia Bal. est sibi contrarius, tene-
rem

rem quòd instrumentum esset suspectum si non reperiatur protocollum, Bertran. consi. ccxviij. num. 6. lib. j. in antiq. Milis in uerbo, instrumentum, item est suspectum si non concordat cum Protocollo, utputa quia instrumentum habet facti additionem, Bal. in l. contractus, nu. 4. C. de fid. instru. ubi Alber. col. ij. circa medium, quòd quando est uitiatum protocollum, non creditur ei, nec instrumento, Grammat. decis. cvj. num. 37. Boer. decis. xxxvij. num. 2. Abb. in c. cum P. Tabellio. de fid. instru. colum. ij. in fi. uersi. ulterius studet tradere certam concordiam opinionibus Doctorum, quando instrumentum discordat a protocollo: sed Feli. in c. ex literis, concl. ij. de fide instr. dicit quòd standũ est protocollo, Dec. in c. cum uenerabilis, de excep. num. 9. Corn. consi. xxvij. colum. v. lib. j. Afflict. super constitutionibus Regni Siciliæ, in constitutione. Baiulos. in fi. Bertran. consi. cclxj. lib. iij. in prima impressione, Fran. Mar. q. dcc. Milis in reper. in uerbo, protocollum. Ideoq; hæc ultima opinio uidetur communis.

24 ¶Et ad euitandas huiusmodi suspitiones, non esset malum si protocolla deponerentur penes ædem publicam, idest Archiuium, ut de iure ordinatum esse uidetur in l. v. C. communia utr. iud. & l. testamenta, C. de testam. quia Archiuium publicum habet testimonium publicũ, authen. ad hæc. C. de fide instr. ubi glos. & l. moris, §. solet & sic, ff. de pœnis. ubi glos. & c. ad audientiam, de præscrip. ubi glo. & Doctores, præsertim Feli. latè examinat materiam Archiuij publici per decem conclusiones, idest Archiuij confecti authoritate principis supremi: quia Archiuium propriè domus Principis dicitur, uidelicet cella in qua instrumenta publica quasi in custodia Principis reponuntur, ut in d. §. solet, & ponit latè Iaco. Cuiac. in commentariis lib. iiij. receptarum sententiarum Iulii Pauli, tit. vj. in interpretatione l. tabulæ testamentum, & quòd in eo deponuntur instrumenta etiam priuata, ut habeãt publicum testimonium, ubi ponit formam reponendi in Archiuio publico testamẽta apud Romanos, quæ talis erat, Anno illo sub die illa, Ciuitate illa, astante defensore, & omni Curia illius Ciuitatis Titius prosequutor dixit. Peto optime defensor, uosque laudabiles Curiales, atque municipes, ut mihi codices publicos patere iubeatis: quædam enim in manibus habeo, quæ gestorũ cupio allegatione roborari. Defensor, & Curiales dixerunt, patent tibi codices publici, prosequere quæ optas. Prosequutor dixit Caius uir Illustris mihi mandauit testamentum, ut mos est, gestis municipalibus insinuarem. Defensor dixit, Amanuensis mandatum accipiat, & recitet, post recitationem mãdati Defensor dicit, mandatum quidem recitatum est, sed testamentum, quod præ manibus te habere dicis, etiam nobis præsentibus recitetur, & ut postulas gestis publicis firmetur. post recitationem testamẽti Defensor, & Curiales dixerunt testamẽtum, quod recitatum est., gestis publicis inseratur. Prosecutor dixit, hoc amplius peto optime De-
fensor,

sensor,ut mihi gesta publica edantur. Defensor, & ordo Curię dixerunt,quia testamentum,& mandatum ritè condita, & bonorum uirorum subscriptionibus firmata cognouimus,æquum est ut gesta cum à nobis fuerint subscripta, & ab Amanuensi edita, tibi ex more tradantur, eademque in Archiuis publicis conseruentur ,& pari modo acta in donationum insinuatione conficiebantur. hæc forma deseruit pro declaratione multarũ legum loquentium de insinuatione, de quibus supra glo.v.num.xij. & de forma ipsius insinuationis horum temporũ de quibus supra dicta glo.v.num. 25. quare ea libuit hic inserere pro utilitate publica. Reliqua circa usum Archiuii alio loco aptiori forsan dicemus.

25 ¶ Præterea in instrumentis debet tempus literis claris, & notis, & uulgaribus scribi,non autem antiquis,& absoletis, quia paria sunt nõ apponere tempus,& obscurè apponere,Alexan. consi. xc. num.1.lib. vj.Speculat.de instr.editione,§.ostenso,uersi. quid si abbreuiatura. Et pro illius maiori declaratione nomen Imperatoris,& Consulis, & anni Imperii,& indictio ad euitandas falsitates poni debent, ut in auth. ut proponatur nomen Imperatoris,per totum.ubi glossa,Bart. Angel. & Doctores,& in terris Papæ nomen Papæ apponi debet, Alexan. cõs. lxxvj.num.11.lib.iij.Lanfranc.in c.quoniam contra. in uerbo,instrumẽtorum productiones,num.14. & propterea Datarius tempus datæ literarum Papæ literis per extensum ponit,& non cum notis, quæ possent de facili mutari, & falsificari.

¶Alia requisita ad publicum instrumentum ponunt Feli.Decius,& alij in c.j.de fide instrument.Afflict.super constit.Regni Siciliæ in constitutione,omnes baiulos,notabili x.Aym. consi. ccxvj.Roland. à Val. consi.xxxviij.num.4.& sequen.lib.j.quos uide.Hæc enim prænotari libuit modo præmisso ad declarationem infra dicendorum.

26 ¶Sed quia dicitur in additione Carpensi,in omnibus, & quibuscunque instrumentis fiendis quomodocunque, & qualitercunque per dictos minores, an comprehendat casum non comprehensum in antiqua constitutione,ut quando constitutio non comprehenderet laicos sed tantum spirituales; licèt falsum sit,quia textus constitutionis est corruptus,ut dictum est supra glo.vj.Tamen iste casus comprehenditur sub dispositione istius additionis propter generalitatẽ dictionũ, in omnibus,& quibuscunque instrumentis,quomodocunque,& qualitercunque fiendis,de quibus dictum est supra, num. 8.& seq. quæ sunt uerba uniuersalia. Quæ omnia comprehenduntur itaquòd nulla persona,uel nullus locus excipiatur,ut dicit Bald.consi.ccxxvj.col.iij.circa finem,lib.j.Aym.consi.ccxciiij.colum. iij. & uerba uniuersalia operantur,ut dispositio uniuersaliter intelligatur, & non potest restrictionem operari,Imol.& alii in c.j. de transac. Doctores in l.si decreta, C. de transaction.& propter dictiones,quomodocunque,& qualitercun-

que

que, quę similiter operantur, ut non recipiant interpretationem restrictiuam,ut per Salic.in l.si serui,colum.iij.C. de noxa.Alexan. consi. cxviij.colum.ij.uolum.v.Rolan.à Val. consi. v.num. 40. uolum.j. immo uerba uniuersalia geminata augent,l.Balista,ff.ad Trebel.Natta consi. ccccxxxv.num.15.& 16.& geminatio,& uerborum reiteratio,ueritatẽ requirit,& non fictionem, Bal.in prima constitutione fforum, Ripa in l.fœminæ, num.28. C.de secundis nuptiis, & sub signo uniuersali ueniunt etiam accessoria,Bar.in l.si cui, la.ij.§.si à filio.ff. de lega. j. & includunt maiora expressis,clem.j.in uerbo,quamuis,de re iud.Alexan. consi.clv.colum.j.lib.ij.Natta consi.ccxvj.num.13.ꝙ generalia, & ualde enixa comprehendunt ea,quæ aliàs non comprehenderentur.Alba consi.lxxiij.num.6. & dictiones uniuersales non possunt restringi etiã si materia sit odiosa,cum de sui propria significatione sint ampliatiuæ,& in materia restringibili nũquam excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate uerborum descendit,Soc.consi.ccxlvij. Rolan.cõsil.liiij.num.39.lib.iij. & per istas dictiones uniuersales uidetur de quocunque casu in genere cogitatum,qui accidere posset, & talis cogitatio in genere sufficit,Natta consi. dxxv. num. 23. & cuncta complectitur Iac.Philip.Port.consi.xxviij.nu.2.

27 ¶Præterea,bo.me.Rodulphus mandat obseruari dictam constitutionem in omnibus, & quibuscunque instrumentis fiendis per dictos minores quomodocunque, & qualitercunque, & sic uidetur repetitum idem ius eadem forma, & pœna in omnibus instrumentis minorum, quia uenit per modum addendi,& sic est facta pars constitutionis præfatæ,l.sed si manente,ff.de precario, Card. post Lapum in clem.statutum,col.ij.oppositio.iij.uersi.ex hac solutione, de elect. Corset. in singu.in uerb. additio,sequitur Lapum præterquàm respectu pœnæ quæ non censetur repetita in additione,nisi esset appositum aliquod uerbum repetitiuũ omnium existentium in Statuto,allegat c. de multa, de præben.& Boer.decis.clxxxiiij.num.4. Sed in constitutione addita sunt repetita omnia existentia in constitutione antiqua, quia Rodulphus mandat antiquam constitutionem obseruari in omnibus,& quibuscunque instrumentis minorum. facit quia augmentum est eiusdem naturæ,cuius est res cui augetur, Ias. consil.cxlvj. colum.ij.lib.j. Prob.in addit.ad Ioan.Monach.in c.quanquam,num.5.de elect. lib. 6. & idem iudicatur de additamento dotis,quod de ipsa dote.Tiraq.in l. si unquam, uers.donatione largitus,nume.226.C. de reuocan. donat. & in eisdem terminis intelligi debet Soci. Iun.consil.iiij. num. 13. lib. j.& secundum dispositionem antiqui Statuti debet intelligi Alex. cõs. lxxxij.num.2.lib.vj.& quando additio sit per modum additionis,dicitur pars Statuti cui additur,Goz.consi.lxx.nu.11.

28 ¶Et licèt Bar.in l.ius ciuile,not.ij.ff.de iust.& iure,dicat quòd si quid additur,uel detrahitur antiquo statuto,uel libello, quòd additum sit

species

ſpecies de per ſe,& Bal.ibi quod augetur uel minuitur effectus,tũc adدens nouam rem facit,& idem Bal.conſi.ccccxxxvj.colum.ij.uerſi.prætereа,lib.j.Alexan.conſi.cxix.num.12.lib.j.dicit quòd additio facit cõceſsionem eſſe nouam,& diuerſam,& dicitur noua lex, & nouum Statutum,Albert.Brun.in tract.de augmento.in concluſione tertia ſubalterna tertiæ q principalis,in principio.& addens,uel detrahens non dicitur declarare,ſed de nouo facere,Gozad.conſi.xlj.num. 17. allegat l.j.§.cui adiecit, ff.de uerbo. obligat. & quod ibi Doctores. tamen hæc additio non ſtat per ſe, ſed eſt pars antiquæ conſtitutionis ampliatæ ad omnia inſtrumenta minorum, & mulierum, ut dictum eſt numero proximo.

29 ¶Faciunt uerba textus ibi per dictos minores:Nam prępoſitio,per,ſignificat actum perfectum,ut in l.urbana,§.fi.de uerborum ſignifi. ibi, per enim totam noctem ſignificat, Bart.in l.Celſus, num.25.ff.de uſucap.dicit quòd ſignificat perfectionem temporis, Rebuff. ſuper concord. de collat. §.j. in glo. in uerbo,per decennium, & ſequen. dicit ex mente Io.And.in addit.ad Speculat. quòd ſignificat continuationem temporis,Soci.conſi.xlij.num.3.lib.j. & aliquando denotat cauſam inſtrumentalem ſiue organicam,ut contraho per nuncium, uel per epiſtolam, Bal.in l.exarat.num.3.C.de contrah. empt. in rub.C. de exercit.num.1.uerſi. quandoque. & aliquando denotat cauſam efficientẽ, ut in illo Ioan.c.j.omnia per ipſum facta ſunt Bald. in rub. C.de exercit.num.1.ubi dicit, quòd hoc modo obligatur hæres per defunctum extenſis indicibus obligationis defuncti & hęredis. quandoque denotat cauſam ſecundum quid, non ſimpliciter,ut quando paterfamilias obligatur per filium iuxta quantitatem peculij non inſolidum,l. quęſitum,in principio,ff.de pecul.Bal.in dicta rubri.colum.ij. uerſi. quandoque dictio,per,denotat cauſam. Aliquando etiam ſignificat aliquã cauſam ex uariis figuris cauſarum,quas adinuenit uoluntas hominũ, utputa quod pater obligetur per filiũ ad pœnam criminalem, uel per delinquentes in territorio communitas obligetur, & ſimilia exempla Bal.in dicta rubri.nume.1. in fine,ſecundum quam doctrinam in iſta conſtitutione dictio,per,ſignificat cauſam efficientem, quaſi dicat ꝙ ipſi minores facientes inſtrumenta cum quocunque obſeruent formã traditam in conſtitutione antiqua.

30 ¶Et facit dictio,dictos,quę repetit pręcedentia tantum cum ſuis qualitatibus, Bar.in l.ſi quis ſeruum,§.fi.num.5.ff.de legat.ij. Bero. conſil. cxxxij.num.7.lib.iij.Iacobus Philip.Portius conſi.viij. num. 14. Tiraq. de retraq.par.j.§.j.glo.viij.num. 14.& ſequen.& refert tantum pręcedentia,nec habet tractũ in futurum, Bar.in l.talis ſcriptura.§. ultimo, ff.de leg.ij.& ſequitur ibi in textu,ſuper dictis inſtrumentis, & per dictos minores:ideo ponitur ter dictio,dictus,quę ſemper repetit inſtrumenta,&minores

¶Sequitur

31 ¶Sequitur in textu,Etiam cum duplici iuramento: nam poterat eſſe dubium an conſtitutio haberet locum quando fuiſſet ſuper contractu appoſitum duplex iuramentum, ex quo antiqua conſtitutio loquitur de unico tantum,de uno iuramento, & non de pluribus, hic ampliat ad duplex iuramentum:nam dictio, etiam,ponitur aliquando pro maxime,& non reſtringit cum ſit naturæ ampliatiuæ,Bal. conſi. ccix. nu. 2.& 4.lib.iij.& implicat aliam materiam ad iura non ceſſa,dicit Corn. conſi.xiiij.num.3. lib.iij.quinimmo implicat rem de qua fit maior uel minor dubitatio,Alex.conſi.cxvj.nu.14.lib.ij. & implicat maiora & diuerſa ab expreſsis,& auget addendo & implicando,Pariſ.cõſi.xlvj. nu. 30.& 31.& conſi.cxliij.num.15.& ſequen.lib. iiij. & Bero. conſi.liij. nu. 49.& 50.lib.iij. Quare non ſolum ex ui dictionis, etiam, ſed ex uerbis expreſsis additionis auget antiquam conſtitutionem habere locum in contractibus in quibus duo iuramenta appoſita ſunt, de quibus iuramentis dictum eſt ſupra,glo.ij.num.65.& 66.ubi uide.

32 ¶Sequitur in textu additionis ibi,Declarantes locum non habere in maiore uiginti annorum, mercatore,& apothecam mercium habente.Hæc eſt prima declaratio,exceptio ſiue limitatio ſeu reſtrictio ad præcedentem concluſionem reſpectu ætatis ipſius minoris, cum declaret maiorem uiginti annorum mercatorẽ haberi pro maiore xxv. & poſt xx.annum completum in contractibus celebratis per eum, nõ requiruntur ſolemnitates ſuperius expreſſæ. & ratio poteſt eſſe quia mercator exercens apothecam mercium præſumitur induſtrius,l.j.C. qui,& aduerſus quos,ubi textus dicit, nam is, qui ſe minorem annis lęſum dicit diligens paterfamilias fuerit actibusſque publicis induſtrium ſe docuerit,ut lapſum eum per ætatem ueriſimile non ſit.& ibi gloſa in uerbo,docuerit,dicit quòd non actus publici, ſed induſtria p eos probata excludit à reſtitutione,& Bar.ibi,nu.2.quòd induſtrioſus & diligens præſumitur,pecunias in propriam utilitatem conuertiſſe, & ponit exemplum in Doctore,qui ſi allegaret ſe lęſum ob omiſſam allegationem,ſuam turpitudinem allegaret,l.ij.§.initium, ff. de orig.iuris ibi.Turpe eſt ius in quo uerſatur ignorare.quia examinatus fuit,& ſuper hoc approbatus ut induſtrius,& idem Bar.num.4. ponit exemplum in eo qui eſt approbatus in mercantia,utputa quia eſt poſitus in matricula, nam in actu mercantiæ non poteſt petere reſtitutionem, ut l.j.C.de his qui ueniam ętatis impetr.in textu ibi,ne qui cum eis cõtrahunt principali authoritate circunſcripti eſſe uideantur, & in his quæ artem concernunt iuris præſumptione prudens cenſetur, & induſtrioſus, igitur non indiget adminiculo prudentiæ conſanguineorum, Rom.conſi.cccxviij. num.2.& in ſimili dicimus de nobilibus qui frequenter in Curia uerſantur,ideo cæteris prudentiores, atque exercitatiores eſſe pręſumuntur,argu.l.j.C.qui & aduerſus quos,& in his malitia ſupplet ętatem,Tiraq.de nobilitate,c.xx.num.41. ideo poteſt ſtatutum

tutum minorem xxj.annorum facere maiorem,Bal.consi. ciij.lib. iiij.
Soc.consil.xxij.colum.vij.uersi.sed hic aduertendum,& consi. xx.num.
11.uol.j.Tiraq.in dicto c. xx. de nobilitate , num.42.& hæc deseruient
pro declaratione statuti Romani, c.xix.positi in nouis reformationi-
bus, in quo cauetur,quòd pacta de non petendo refutationes, quieta
tiones,donationes à quibuscunque mulieribus, seu minoribus uigin-
ti annorum,nullius sint roboris,uel momenti nisi duobus consangui-
neis proximioribus adhibitis,quorum non intersit &c.uel non existẽt
cum curatoris authoritate , & semper cum iudicis decreto contrahe-
re possint,per quod statutum maior uiginti annorum ex eo, quia Ro
mani in curia uersati industrij,& prudentiores præsumuntur, ut expe
riẽtia docet,quia plus cogno sunt adolescentes in hac ciuitate , quàm
iuuenes in aliis ciuitatibusi:deo Romani post xx.annũ non egent pru
dentia consanguineorum in eorum contractibus , & in constitutione
Regni Siciliæ,lib.ij.c.xlij.incip. Minorum iura.uers.minores autem tã
masculos quàm fœminas intelligimus,qui uel quæ nondum ætatis suæ
xviij.annum excesserint,quo completo ipsos tam in contractibus,quã
in iudiciis,& in omnibus perfectę ætatis uolumus reputari.Quare iste
minor xxv.annorum maior xviij. habilitatus à constitutione,est habi-
litatus etiã extra territorium,Bal.in l.j.q.xxiij.C.de summa Trin. ma-
ximè si agitur inter subditos,& pro rebus existentibus in loco consti-
tutionis,Caccialup.in d.l.j.num.152.uersi.sed quid dicetur.C. de sacro
san.eccle.Put.decis.ccclxv.lib.iij.
33 ¶Præterea requiritur quòd iste mercator maior xx.minor xxv.anno
rum habeat apothecam mercium , ut dicitur ibi in textu , & apothe-
cas mercium habente.& sic ista qualitas debet probari adesse de tem
pore contractus , quia qualitas adiecta uerbo debet intelligi secun-
dum tempus uerbi.l.in delictis.§.si extraneus, ff.de noxa. Rom. consil.
cccxviij.nu.1.Paris.consi.ix.lib.ij.Rolan.consi.100.num.27.lib. ij. & di-
ctum est supra.
34 ¶Et debet ista qualitas mercaturæ probari per eum, qui se fundat in
mercatura, & sic per eum qui contraxit cum minore xxv. maiore xx.
annorum,& pro ualiditate contractus dicit minorem de illo tempore
fuisse mercatorem , & sic affirmanti non negantis, l. ij.ff. de prob. & l.
eũ qui.dicto tit.& l.j.C.de probat.& alleganti solutionem incumbit o-
nus probandi solutionem,l.ultima,C.de solutio.& alleganti dolum in
cumbit doli probationem,l.xviij.§. qui dolo, ff. de probat. & qui alle-
gat fraudem,illam manifestè probare debet,l.patronus, ff.dicto titu-
lo,& emptorem probare debet eum seruum,de quo agitur antequàm
emeret fugisse.l.Paulus respondit,ff.dicto titulo,quę lex multum facit
pro decisione huius quæsiti una cũ l.j. & l.cum de lege,ff.eodem , Put.
decis.cccxlviij.lib.iij.
35 ¶Secus uerò si asseruit in instrumento uenditionis quòd ipse exer ce
bat

bat mercaturam si postea neget,ei incumbit onus probandi , qđ non
soléniter,uel per errorẽ confessus fuerit,l.ij.§.fi.C.de quadrien.pręscri
ptio.& l.generaliter,C.de non numerata pęcunia. & ratio est, quia ha
bet præsumptionem resultantem ex eius confessione contra se,& Ias.
in l.qui pecuniam, num 7.uers.ultra istas,ff.si cert.pet. dicit quòd ex-
ceptio non numeratæ pæcuniæ potest opponi post biennium quando
debitor assumit onus probandi non numerationem pęcunię,& Dinus
in regula,locupletari.ad finem,de regulis iuris. lib. vj. dicit ꝙ per mil
le annos de æquitate Canonica potest opponi dicta exceptio,Rebuff.
super constitutionibus regiis,parte prima,in tract.de chirographo, in
pfatione, nu. 15. ponit praxim , quæ seruatur in Regno Franciæ , sed
exceptio non numeratæ pecuniæ contra obligationem Cameralem,
& iuratam in Curia non admittitur ante solutionem debiti,ex eo, qa
contra talem obligationem Cameralem non admittitur aliqua exce
ptio nisi solutionis, falsitatis,& pacti denon petendo, ut latè declarat
Ant.Massa,olim collega, in tractatu huius obligationis Cameralis.se-
cus uerò si contrahens cũ minore uocaret eum mercatorem,quia tũc
non statur huic assertioni nisi probetur, Bart. in l.si donatione , nu. 3.
C.de collatio.ubi Alex.& Iason.
36 ¶Quid si iste minor mercaturam exercens contrahat non tamen ra-
tione mercaturæ,an contractus ualeat?& Bal.in l.fi.nu.6.C.ad Maced.
dicit quòd minori à statuto non est concessa facultas contrahendi re-
spectu personæ,sed respectu causæ:ergo cessante causa, cessat permis-
sio.sed inquit ipse Bald.si constat quòd contraxit in aliam causam nõ
tenet contractus,quia non est contractum tanquam cum mercatore.
allegat l.fi.C.de iurisd. om.iud. si uero nõ constat, tunc pręsumitur in
dubio quòd tanquam cum mercatore contraxerit , & quod sit uersa-
tus in mercantiis,Rom.consi.cccxviij.num.2.Facit Tiraq.in tract.ces-
sante causa,par.j.nu.125.& sequen.ubi plura allegat,& ita uidetur de-
bere intelligi nostra constitutio quòd loquatur in minore contrahen
te occasione mercaturæ,quia dicitur in ea ꝙ sit mercator , & habeat
apothecam mercium.Stephanus de Federicis in tracta.de interpreta
tione iuris,parte iij.num.24.& Io.Bapt Asinius in praxi iudiciorũ,car.
34.c.j.nu.24.dicit ꝙ ætas xviij.annorũ completorũ est legitima xxv.an
norũ cõpletorũ solũ ad alienationẽ rerum suarũ mobiliũ, non aũt im-
mobiliũ.Allegat Pau.de Cast.in l.eos,nu.1.C.de his qui ueniã ętat. im-
pet.& cons.cvj.nu.2.uol.ij.Benuenut.Stracha in tract.de mercatura,in
tit.quomodo in causa merca. proceden. sit , nume. 41. Id comprobat
multis authoritatibus , & rationibus Cassan. super consuet. Burgin.
rub.iiij.§.j.glo. quel num. 1.car. 131.& hæc uidetur esse communis opi
nio Doctorum.
37 ¶Mercator quis sit,ut procedat hęc constitutio , & dicas ꝙ omnis q
negociationis exercẽdę quęstusque faciendi causa merces uẽdit, & e-
mit

mit, Beneuent. Stracha in tract. de mercat. par. j. num. 4. ubi etiam ponit, aliam definitionem, satis ampliorem quem uide, & mercis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet, l. mercis. lxvj. ff. de uerbor. signifi. & non contineri homines dicitur in alia, l. mercis appellatione ccvij. eodem titu. & ob eam rem ait textus, mangones non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait, & rectè, quã legem ccvij. egregiè declarat And. Alciat. uir nunquam satis laudatus, ubi dicit quod uenalitiarij sunt qui quęstus causa uenalitiarum rerum negociationem exercent: sunt autem uenalitię res, quę in usum indigentium prępositę sunt; Mangones sunt uenalitiarij, quoniam seruos uenales expositos ipsi emere pręoccupant, ut carius uendãt, & dicuntur Mangones q̃ homines agant in manus, idest potestatem, & ibi ponit qui sint artifices, & sunt illi ad quos non pertinẽt merces, & ibi multa de aliis exercentibus uarias artes, & an inter mercatores, uel artifices, uel ignobiles connumerentur, & an mercatura deroget nobilitati, uide multa per And. Tiraq. De nobilitate, cap. xxxiij.

Laus Sanctissimę Trinitati, & gloriosissimę Virgini.

SVMMARIA GLOSSAE OCTAVAE.

1 *MInoris appellatione masculus, & fęmina continetur.*
Additio Carpensis pro mulieribus minoribus xxv. annorum non fuit necessaria, sed pro mulieribus maiorib. ibi.
2 *Mulieres, etiam maiores xxv. annorum non possunt contrahere non seruata solemnitate istius constitutionis.*
Mulieres imbecilles & fragiles sunt, cum plerumque aduersus propria cōmoda laborare inueniantur.
Calliditas fęminarum non meruit auxilium, sed imbecillitas.
3 *Reipublicæ interest mulieres dotes saluas habere.*
Dotes saluas habere mulieres reipubl. interest.
Mulieres consuetudine totius Italiæ sunt interdictæ contrahere sine mundualdo, & consanguineis.
Constitutio fauorabilis latè interpretan. odiosa strictè.
4 *Interpretari qualiter debeat constitutio fauorabilis uel odiosa.*
Statuta æquissima sunt quæ in contractibus mulierum exigunt consensum consanguineorum.
Statutum consulens indemnitati mulierum contra dolosos fraudatores, dicitur fauorabile.
Fauorabile statutum dicitur consulens indemnitati mulierum.

Interpre

Interpretari debet statutum consulens indemnitati mulierum latè, tanquam fauorabile.
5 *Statutum quòd mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, an cōprehendat hermafroditum.*
Hermafroditus an comprehendatur sub statuto loquente de muliere.
Statutum tollens mulieri facultatem testandi sine consensu mariti, uel proximiorum est odiosum & strictè interpretandum.
Statutum continens fauorem priuatum seu publicum, quòd principaliter attendi debet.
6 *Tutores finita tutela extorquent liberationes a minoribus.*
Constitutio addita procedit in quietationibus, & sic in distractibus.
7 *Itẽ procedit constitutio in quasi cōtractibus, ut puta in aditione hæreditatis.*
8 *Quasi contrahitur pluribus modis, primo quasi contrahit negotiorum gestor.*
Item tutores & curatores tenentur ex quasi contractu.
Item diuidentes bona donata, legata, uel aliàs.
Item in actione familiæ erciscundæ quasi contrahitur, ibi.
Item ex quasi contractu tenetur hæres legatario, ibi.
Item ex quasi contractu agit soluens indebitum, ibi.
9 *Distractus est obligatio proueniens ab uno ex contrahentibus, & ibi ponuntur exempla.*
10 *Contractus qui finguntur a lege sunt, quod uxor fingatur secundo nupta cum eadem dote, qua fuit empta primo loco.*
Sponsa an censcatur dare in dotem omnia bona uiro suo.
11 *Donatio præsumpta est confessio de recepto.*
Confessio de recepto est donatio præsumpta.
12 *Confessio facta in contractu inutili non probat.*
13 *Obligationes, quæ ex delicto, uel quasi nascuntur, quæ.*
14 *Peremptio rei uenditæ, per minorem an pereat minori, uel emptori.*
15 *Ficti actus sunt, qui fiunt per procuratorem minoris, & in istis procedit constitutio. nu. 10. & 15.*
Minor potest constituere procuratorem ad alienandũ, sine solemnitatibus, & an ad lites, nu. 16.
Solemnitas requisita in alienatione requiritur in actu, in quo potest alienatio sequi.
Procurator constitutus per minorem ad alienandum cum solemnitate, potest facere alienationem sine solemnitate.
16 *Procurator ad lites sine solemnitate constitutionis, non potest constitui per minorem, uel mulierem.*
Procurator non potest minor constitui.
Minor non potest constitui procurator.
Litigare est alienare, uel perdere, aut ponere se in maximo periculo, ad finem.

T Lites

Lites reducunt familias ad maximam paupertatem. in fine.

17 Minor potest in iudicio possessorio procuratorem cōstituere sine solemnitatibus istius constitutionibus.

18 Minor in beneficialibus potest constituere procuratorem sine solemnitatibus.

Procurator sine solemnitatibus per minorem in duobus casibus constitui potest

19 Renunciantes mulieres tenentur seruare formam constitutionis.

Mulier renuncians in fauorem extranei tenentur seruare formam huius constitutionis.

20 Pacto de non petendo debet mulier, & minor seruare formam constitutionis.

21 Repudians donationem, uel hæreditatem, siue iura, sibi absenti relictam.

Iura quæsita mulieri & minori renunciari non possunt sine solemnitate.

22 Minor remota constitutione potest iura sibi delata renunciare.

23 Donare non potest mulier sine solemnitate.

24 Donare non potest mulier præsumptiuè.

Confessio de recepto habet uim donationis præsumptæ, quæ sine solemnitatibus cum adminiculis sustinetur.

Adminicula prosunt in confessione de recepto, in confessione mariti, in confessione procuratoris.

Confessio mariti confessio procuratoris adminiculis adiuuatur, ad finem.

25 Adminicula supplent defectum testium, qui patiuntur exceptiones, etiam ad effectum l. fin. C. de 2. nupt.

Testium defectu suppletur ex numero testium, quando testis non repellitur in totum.

Adminicula qualia sint, ut suppleant testem.

Probatio indubitata ex indicijs, & præsumptionibus perficitur.

Probatio uerisimilis quæ.

26 Donatione causa mortis seruanda est constitutio.

27 Testari an sint prohibiti mulier, & minor a constitutione, & dic quod non.

28 Testamento si contrahere uolunt minores sine solemnitate non possunt.

29 Pignorare non possunt minores sine solemnitate.

30 Fideiubere non poterunt minores.

31 Consentire uenditioni non possunt minores, mulier sine solemnitatibus.

32 Maior 20. annorum homicida uigore harum constitutionum punitur, ut homicida.

Minor in iudicio criminali, an confitendo non seruata solemnitate constitutionis sibi præiudicauerit.

Impubes proximus pubertati an obligetur ex delicto, in fine.

33 Dominium non transfertur ex contractu minoris, sine solemnitatibus.

Dominium transfertur, quando minor alienat cum solemnitate constitutionis, quia tunc est habilitatus ad transferendum dominium.

34 Forensis minor contrahens in prouincia tenetur seruare formam contractus.

35 Item circa bona alibi sita, quando statutum dirigit uerba contra personam minoris.

36 Item idem dicendum in muliere forensi nupta in prouincia.

37 Item procedit si mulier transfert possessionem per constitutum.

Possessio facti non transfertur, per minorem, uel mulierem non seruantem formam istius constitutionis.

Possessio perditur solo animo.

Decretum irritans operatur, quod inferior nihil possit facere contra eius dispositionem, ad medium.

Decretum inficit titulum, & possessionem & operatur quod actus usque ab initio non ualeat, ad medium.

Possessio ciuilis & naturalis, etiam per traditionem facti non transfertur propter decretum, & alia, ad finem.

Spolio agere potest minor, uel mulier quæ transtulit possessionem in alium uigore contractus nullius, & inualidi ob non seruatam formam constitutionis, in fine.

Minor potest agere spolio contra eum, qui tenet rem suam alienatam, non seruata forma, in fine, & num. 40.

38 Minor priuatus dolo sua possessione, est priuatus ex iniusta causa.

Dolus est exceptus in omni contractu, in fine.

39 Mala fide est cont rahens cum minore sine dicta solemnitate.

40 Officium iudicis quod conceditur minori ad peten. restitutionem durat quatuor annis quantum durat tempus restitutionis.

Prælatus ecclesiæ si alienat rem sine solemnitate, potest ipse eandem rem repetere.

Minor maior factus an ratificet contractum, ut non possit agere spolio, in fine. & num. 308.

41 Compromisso facto per minorem procedit constitutio.

Fallit quando minor ex necessitate compromitteret. ibi.

42 In Ludo procedit constitutio, licèt non seruetur.

Minor non potest ludere non seruata forma constitutionis.

43 Transigere non potest minor, uel mulier, sine solemnitate.

Mulier quæ facere non possit sine solemnitate.

44 Pacto redimendi requiruntur solemnitates constitutionis.

45 Simulatus contractus si fuerit factus non seruatis solemnitatibus cum minore, an ualeat.

46 Minor uendens rem emphyteuticam sine solemnitatibus, non cadit a iure suo, & consensu domini.

47 Minor & mulier possunt nomine alieno contrahere, non seruata forma constitutionis.

48 Minor contrahens cum eccleſia, non tenetur ſeruare ſolemnitates huius conſtitutionis, ſed tamen hoc dictum eſt dubium, ut ibi.

49 Minor poteſt contrahere ſine ſolemnitatibus, quando facit contractum ſibi utilem.

Contrahens cum minore eſt obligatus pupillo, ſed non econtra pupillus maiori.

Minor de iure non poteſt alienare fundum ſterilem ſine decreto, ad finem.

Sterilis fundus non poteſt per minorem alienari ſine decreto, ad finem.

Vtilis contractus an poſſit fieri per minorem ſine decreto, per totum.

50 Actus utilis ualet parte non opponente, ſecus ſi oppoſuit.

51 Vtilitas minoris, debet eſſe patens, ſecus ſi eſt dubia.

52 Minor tunc fit locupletior, quando numi ei ſoluti ſalui ſint, uel aliquid utile fecerit de illis.

Debitor ſi ſoluit pupillo, non eſt liberatus.

Solutio facta per debitorem pupillo non liberat debitorem.

Pupillo non eſt ſoluendum ſine curatore, uel tutore.

53 Patre uel cum matre contrahens minor, an debeat ſolemnitates ſeruare.

Minor contrahens cum patre uel matre, an debeat ſolemnitates ſeruare.

54 Iuramentum appoſitum in contractu, an ualidet contractum, ita ut ſolemnitates ſeruandæ non ſint.

56 Dote promittenda per minorem an ſint ſeruandæ ſolemnitates multi tenẽt quòd ſic, ſed determinatur contrarium.

Decretum exigitur, quando minor dat res in dotem.

57 Donatione propter nuptias requiruntur ſolemnitates.

58 Donatione ob benemerita ſunt ſeruandæ ſolemnitates.

59 Donatione facta ei, qui prius rem donauerat, an requirantur ſolemnitates.

60 Alienatione neceſſaria an requirantur ſolemnitates.

61 Alienans bona ſua pro redemptione captiuorum, poteſt ſine ſolemnitate alienare.

62 Pax fieri poteſt per minorem ſine ſolemnitate.

63 Ratificatio conſecutiua fieri poteſt ſine ſolemnitate, intellige ſi non ſentit damnum.

64 Pignoratione facta iudicis auctoritate non requiruntur ſolemnitates.

65 Alienare poteſt minor rem, quam pater alienauerat ſine ſolemnitate, declara ut ibi.

Minor ſuccedens patri in eo, quod pater alienauit, poteſt ſine ſolemnitate rem alienare.

66 Præſcriptione non requiruntur ſolemnitates.

Alienatio quæ fit præſcriptione non requirit ſolemnitates.

67 Pater alienare bona filij in caſu a iure permiſſo non requiruntur ſolemnitates.

68 Hermafrodito non ſeruantur ſolemnitates.

69 Fiſco uel cum principe contrahens minor non ſeruat ſolemnitates.

70 Simulato contractu non ſeruantur ſolemnitates.

71 Præſentatione, quæ fit ad beneficium, non requiruntur ſolemnitates.

72 Promiſſione facta pupillo non requiruntur ſolemnitates.

73 Solutio facta minori de mandato Iudicis non requirit ſolemnitates.

74 Minor maior declaratus ex aſpectu a prætore contrahit ſine ſolemnitate.

75 Mulier poteſt facere teſtamentum ſine ſolemnitate.

76 Confiſcatione bonorum non requiruntur ſolemnitates.

77 Ratificatio contractus facti per minorem in maiori ætate, non requirit ſolemnitatem.

78 Mortuo facto inter uirum & uxorem.

79 Minor iurans ſe maiorem non tenetur ſeruare formam ſtatuti.

80 Minor quando communi opinione pro maiore habetur.

81 Minor donans res Titij, de conſenſu Titij, non ſeruat ſolemnitates.

82 Minor contrahens extra territorium non tenetur ſeruare ſtatutum.

83 Mulier nupta in alia prouincia non tenetur ſeruare ſtatutum.

84 Mulier habens uirum putatiuum an poſſit contrahere ſine talis uiri.

85 Minor læſus in contractu ualido ſuccurritur per reſtitutionem in integrum.

Reſtitutione in integrum ſuccurritur minor læſus in contractu ualido.

86 Læſio minoris qualiter conſideretur.

Minoris læſio qualiter conſideretur.

Reſtitutio in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.

87 Reſtituitur in integrum minor læſus in uenditione facta per curatorem.

Mutuum factum minori qui pecunias diſſipauit, præbet cauſam reſtitutionis in integrum.

88 Reſtituitur in integrum minor in rebus uenditis maiorum, ſi probat ſua intereſſe.

89 Reſtituitur minor, qui dedit inſolutum inconſideratè bona propria.

Minor dans inſolutum inconſideratè bona propria reſtituitur in integrum.

90 Reſtituitur minor ſoluens indebitum, etiam quando non datur repetitio.

Minoris perſona quando faciat cauſam reſtitutionis.

91 Reſtituitur in integrum minor ſi elegit rem deteriorem.

92 Reſtitutio in integrum conceditur minori, qui propter moram incidit in pœnam legis commiſſoriæ.

Minor aduerſus moram legis comiſſoriæ reſtituitur in integrum.

Præſcriptio temporis quando impediat minorem reſtitui in integrum.

93 Minori malè conſumenti pecuniam, vel perdenti, conceditur reſtitutio in integrum.

Reſtitutio in integrum conceditur minori malè conſumenti, uel perdenti pecuniam.

Solutio facienda minori qualiter caute fieri debet.

Renunciatione beneficij facta per minorem, non reſtituitur in integrũ, quia minor in iſtis ſpiritualibus pro maiore habetur.

Minor restituitur in integrum, in beneficialibus.

94 Solutio facta curatori, uel tutori, qui non habet saluam pecuniam pupilli, præbet causam restitutionis minori.

Restitutio in integrum conceditur minori aduersus debitorem, qui soluit curatori, qui non saluam fecit pecuniam pupilli.

Debitor ut recipiat liberationem a minore, soluere debet cum decreto Iudicis.

Restitutio in integrum non conceditur in solutione facta curatori, de pensione domus & similium, in fine.

95 Restitutio in integrum causa cognita, datur quando fit solutio curatori uel cum eius auctoritate.

Restitutio in integrum minori non conceditur, quando solutio est facta in minori ætate, sed factus maior perdidit pecuniam.

Restitutio in integrum non conceditur minori, cui facta fuit solutio pecuniarum, & minor dicebat pecunias amisisse, debitor vero pecuniam saluam esse probauit, & propterea fuit absolutus, si postea minor perdat pecuniam, non restituitur, ad finem.

96 Restituitur in integrum minor, agendo vel defendendo, captus in iudicio.

Minor aduersus omissas allegationes, in causa restituitur.

Item restituitur minor aduersus omissas probationes.

Item aduersus omissam litis contestationem. ibi.

97 Restituitur minor, aduersus rem iudicatam.

Restitutio in integrum tantum operatur in minore, quantum appellatio in maiore, in fine.

98 Minor aduersus sententiam non restituitur in integrum ex eo solo quòd probauit se minorem, sed quia læsus, uel quia doceat quòd in causa appellationis reportabit uictoriam.

Minor reus si non appellat debet restitui, secus si est actor, nisi doceat de bono iure, circa medium.

Minor in possessorio non restituitur, ad finem.

Falsitas commissa contra minorem operatur, quòd ea detecta sententia nulla sit, ad finem.

Falsis probationibus lata indiget restitutione, in fine.

Sententia lata ex falsis probationibus, uel allegationibus, contra minorem an sit nulla, uel retractanda per restitutionem, in fine.

99 Minor antequàm audiatur in causa restitutionis in integrum, aduersus omissam appellationem, sententiam & rem iudicatam, debet docere de læsione, & causa propter quam debet restitui.

Restitutio in integrum non conceditur minori aduersus sententiam, non docto de læsione.

Probationes faciendæ per minorem ante obtentam restitutionem, qualiter fieri debeant.

Probari bis debet summariè, & plenariè minor pro obtinenda restitutione.

Læsione non probata non debetur restitutio minori.

Restitutionem petens debet docere de iure suo, non autem de iure tertii claro, in fine.

Probationes læsionis debent esse clariores luce meridiana.

100 Restitutio in integrum minori duobus concedi debet, primo quia non probauit in primo iudicio, & non fecit quæ diligens pater familias fecisset.

101 Restitutio in integrum aduersus sententiam petitur, quando acta sunt benefacta, & iudex debebat ferre sententiam, in fauorem minoris, & tulit illam contra minorem.

Forma sententiæ in causa restitutionis in integrum.

Commissio restitutionis in integrum, qualiter formanda.

Restitutio in integrum, censetur facta ipso facto per processum ad ulteriora de stilo DD. de Rota, ad medium.

Restitutio in integrum petitur duobus, primo modo implorando officium Iudicis, secundo modo incidenter per uiam exceptionis.

Iudices qui possunt in integrum restituere.

Restituere in integrum, qui Iudices possint.

Restitutione in integrum qualiter procedendũ sit, quando non petitur aduersus contractum sed omissas probationes, in fine.

102 Restitutio quæ conceditur sententiam passis a solo Principe conceditur.

103 Restitutio quæ conceditur sententiam passis, quæ sit.

104 Restitutus ad honores, & non ad bona, non potest a creditoribus antiquis molestari.

105 Creditoribus antiquis est obligatus, qui est restitutus ad aliquam partem bonorum.

106 Seruus damnatus restitutus ex gratia Principis, redit in potestatem domini.

107 Infamia an remittatur ex gratia generali Principis.

108 Militiæ restitutus non recipit stipendia medij temporis.

109 Minor non restituitur aduersus sententiam Principis, uide nu. 167.

Restitutio non datur minori aduersus sententiam Principis.

110 Item nec aduersus sententiam præfecti prætorio.

111 Item nec is, qui minorem sua sponte defendit.

112 Item nec in causa libertatis restituitur.

113 Nulla est sententia lata contra minorem, non habentem tutorem uel curatorem. & num. 144.

114 Executionem sententiæ regulariter retardat restitutio in integrum petita.

Restitutio in integrum petita regulariter retardat executionem sententiæ.

Restitutio in integrum, quæ competit minori, & ecclesiæ de iure communi, retardat exequutionem.

Clausula, prout de iure, in commissione restitutionis in integrum, quid operetur, in fine.

115 Restitutio in integrum requirens altiorem indaginem, non retardat exequutionem.
116 Exequutio non retardatur, quando imminet præsumptio calumniæ, contra impetrantem.
Calumnia committentis causam restitutionis in integrum, detegitur ex termini præfixione.
Bono iuri renunciatur ex non prosequutione appellationis, in fine.
Restitutio in integrum, quæ conceditur ex gratia, non impedit exequutionem, in fine.
117 Restitutio in integ. petita uigore rescripti non retardat exequutionem.
Clausula, constito de bono iure, seu de narratis facit rescriptum conditionale.
Clausula, placet de restitutione constito de bono iure, quid operetur.
118 Executio prius commissa, quàm causa restitutionis in integrum operatur, quòd prius fiat executio.
Executio non retardatur, quando petitur ex capite paupertatis procuratoris, in fine.
119 Restitutio in beneficialibus cum non competat de iure communi, non retardat executionem.
Clausula, constito de bono iure, in commissione causæ beneficialis, quid operetur.
Restitutio in integrum, in beneficialibus gratiosè conceditur.
Executioni mandatur sententia data cautione contra minorem, & ecclesiam.
Cautio quæ præstatur pro executione sententiæ, an præstetur pro expensis, in fine.
Commissio restitutionis in integrum, in profanis debet esse cõmissaria non gratiosa, & cum clausula, parito iudicato.
Clausula, parito iudicato, & prout de iure in profanis poni debet in beneficialibus clausula, constito de bono iure, & parito iudicato, in fine.
120 Restitutio gratiosa, est illa, quæ datur ex rescripto Principis propter iura nouiter reperta.
Res iudicata non retractatur ex iuribus nouiter repertis, in fine.
Iura nouiter reperta, non probant causam restitutionis in integrum, nisi ex gratia Principis, per totum.
Gratiosa restitutio dicitur illa, quæ fit ex iuribus nouiter productis.
121 Narratiua comissionis ad appellandum, debet probari saltem semiplenè.
Clausula in commissione, ad appellan. si & prout de iure, quid operetur.
Restitutionem petens ad appellan. debet docere de bono iure, ad finem.
Sententiæ latæ per contradictas executio retardatur ex commissione restitutionis cum clausula, constito de bono iure.
122 Executio retardatur ex æquitate Rotæ, quando procurator propter infirmitatem fuit detentus per octo menses, & remissoria interim de partibus reportata.
Clausula, si qua mihi iusta causa, operatur vt detur restitutio in integrum.
Quadrien-

123 Quadriennio lapso non datur restitutio.
124 Causa restitutionis est si minor non appellauit infra x. dies.
Tutores & curatores qui non appellarunt, tenentur minoribus ad damna.
Præscriptio currens minori est causa restitutionis.
125 Minor non restituitur in integrum aduersus accusationes omissas.
126 Minor restituitur aduersus lapsum instantiæ.
Absenti ex causa reipublicæ datur restitutio ad appellandum.
Minori datur restitutio ad totam causam.
Fatalium lapsu minor restituitur, in fine.
Clausula parito iudicato, quid operetur, in fine.
127 Minor restituitur aduersus sententiam latam in contumaciam.
Contumax uerus, quando restituatur, & quando non.
Sententia lata per contradictas, an sit exequenda, non obstante commissione restitutionis in integrum.
Verus contumax apparenter, & existenter non appellat, quod tamen fallit in minore, muliere, & rustico.
Appellare non potest verus contumax apparenter & existenter, nec ille qui per biennium non comparuit.
128 Renuncians minor tacitæ querelæ inofficiosi testamenti restituitur.
Minor renuncians tacitè restituitur.
129 Minor restituitur aduersus compromissum.
Compromittens minor restituitur.
130 Minor adiens damnosam hæreditatem restituitur.
Hæreditatis aditio facta sine curatore pro minore est nulla.
Minor hæres necessarius restituitur.
Restitutus semel minor aduersus aditionem, iterum restituitur, vers. secundo ampliatur.
131 Minor qui adiuit opulentam hæreditatem, quæ casu facta est damnosa, non restituitur, quia non est læsus.
Minor an dicatur læsus eo solo quòd adiuit hæreditatem, ad finem.
Minor emens molendinum prope Tiberim, an dicatur læsus.
Minor adeundo cum beneficio legis, & inuentarij hæreditatem, an sit læsus ut debeat restitui.
132 Minor restituitur, ut possit adire hæreditatem auitam, & repudiare paternam.
Læsio ex aditione hæreditatis qualiter probetur.
133 Minor restitutus aduersus aditionem hæreditatis, si uult repudiare debet citare omnes creditores.
Minor non debet, quando bona hæreditaria distraxit.
135 Minor petit restitutionem aducrsus lapsum temporis.
136 Minor restituitur, quando consensit, vt pater alienaret spem legati, sibi facti post mortem patris, & similiter si consensit alienationi militiæ ei relictæ.
Militia

136 Militia ex casu, quæ & an salaria reciperent a Principe.
Officia Ro. Curiæ militiis æquiparantur.
Officia Ro. Curiæ, emuntur, quæ sunt redacta ad collegia, accipiunt stipendia, & salaria a Principe, non obligantur creditoribus.
Officia Ro. Cur. empta a parentibus de propriis, pecuniis computantur in legitima, in fine.

137 Minor mutuam pecuniam accipiens, si illam consumpsit & dissipauit aduersus creditorem petentem pecuniam mutuatam in integrum restituitur.
Mutuans non ita subuenitur, sicut soluens minori.
Minor qui pecuniã mutuatam alteri credidit, tenetur cedere actiones mutuanti.
Iudex debet creditori actionem denegare, contra minorem præcedente restitutione in integrum ex sententia, in fine.
Minor qui emit prædium ex pecunia mutuata, si mutuans petat pecuniam, quo modo subueniatur a prætore.

138 Minor donans res suas, uel consentiens, quòd per patrem donetur, restituitur.
Pater non potest donare etiam de consensu filii res donatas filio.

139 Minor nouando creditum suum cum alio, non æque succurritur restitutione.
Nouatio facta per minorem de credito suo cum alio non æque idoneo, succurritur restitutione.
Minor habens rem iudicatam quam nouauit stipulatio restituitur, quia est læsus in executione.
Executionem habens minor propter rem iudicatam, quam nouauit stipulatione, restitutione in integrum succurritur.
Læsio est minori amittere paratam executionem.

140 Mulier dans in dotem ultra uires patrimonij, uel circumuenta, totum patrimonium, succurritur restitutione.

141 Mulier restituitur in integrum aduersus pactum factum in constitutione dotis.
Restitutio in integrum conceditur minori aduersus pactum appositum in instrumento dotali.
Pactum appositum in contractu dotis præbet causam restitutionis in integrum.

142 Creditores uendentes bona minoris, ex quo detrimento minor afficitur, præbẽt causam restitutionis.
Minor restituitur aduersus uenditionem factam per creditores, in qua maximũ damnum passus est.
Restitutio an detur minori in pignore prætorio.
Pignora prætoria uel conuentionalia minor restitutione quando possit reuocare.
Minor qui non potest restitui aduersus sententiam diffinitiuam, restituitur aduersus certum articulum.

143 Minor petit restitutionem aduersus usucapionem pro eo tempore, quo erat in uentre.
Ventri currit usucapio, & nato datur restitutio pro eo tempore, quo erat in uentre.

Præscriptio

Præscriptio currit uentri, non autem nato.
Præscriptio incœpta cum defuncto, finitur contra nondum natum.
Minor non restituitur aduersus præscriptionem legalem currentem ad corroborationem contractus celebrati cum defuncto, in fine.

144 Minor restituitur aduersus curatorem, qui se excusauerat uacare non posse administrationi minoris, & prætor illum liberauerat.
Curator excusatus auctoritate prætoris ab administratione minoris reducitur per uiam restitutionis minoris.

145 Fideiubens minor probans se circumuentum restituitur.
Minor fideiubens circumuentus restituitur.
Læsus semper præsumitur minor pro alio fideiubens, num. 145. & 147. uide num. 151.

146 Minor fideiubens cum iuramento, non est restituendus, nu. 146. & 147. nisi obtenta absolutione, ibi. nu. 150.

148 Donatio ualidatur iuramento, & restitutio contra donationem iuratam non datur, & sequen.
Restitutio in integrum uidetur contra donationem iuratam, & seq.

149 Minor iurans obseruare contractum per eum factum, habetur pro maiore.

150 Absolutione a iuramento obtenta per minorem aduersus fideiussionem iuratam minor in integrum restituitur.
Læsio probanda per minorem, quando petit restitutionem aduersus fideiussionẽ, qualis sit, nu. 150. ad finem, & 153.
Læsio quæ casu superuenit, non iurat ad restitutionem, in fine.

151 Iuramenti uirtus, quæ ualidat contractum, non tollitur absolutione ad effectum excipiendi.
Minor an sui facilitate læsus præsumatur ex sola fideiussione.
Fragilitas minoris tollitur iuramento.
Iuramentum minoris tollit fragilitatem ipsius minoris.

152 Minor fideiubens seruata forma constitutionis, non debet restitui non probatá circumuentione.

153 Læsio minoris in fideiussione debet considerari, quòd si fideiussit pro 200. & ipse habebat 1000. non est læsio ultra dimidium bonorum minoris, & ibi uide qualis debet esse læsio.
Clausula, sciens se non teneri, tollit enormem læsionem.
Fideiussor datur quotiens dubitatur de facultatibus principalis debitoris, ad finem.

154 Læsione modica minor non restituitur.
Minor & ecclesia non restituuntur pro modica læsione.

155 Restitutionis in integrum exceptio non potest opponi contra obligationem in forma Cameræ.
Obligat. in forma Cameræ executio non retardatur restitutione in integrum.

Minor

156 Minor petit restitutionem contra fideiussorem suum, & eum per quo est obligatus.
Fideiussor minoris quando in integrum restituatur.
Restitutio quæ conceditur minori lapso, non prodest fideiussori, ad finem. & nume.198.
157 Mulier quādo restituitur aduersus minorem & ecōtra minor aduersus mulierē.
Minor an restituatur aduersus mulierem.
Priuilegiatus an utatur priuilegio suo contra priuilegiatum, num.157. & 179
Minor quare potius subueniatur, quàm mulieri, in fine.
158 Minor qui dedit ad arrogandum, & allegat se circumuentum, restituitur.
159 Mulier minor xxv. annorum, si non petijt tutorem filijs, restituitur.
160 Filij minores qui non ulciscuntur mortem parentum, ne ab eis auferantur bona in integrum restituuntur.
Minor qui non ulciscitur mortem parentis restituitur in integrum.
161 Minor qui patitur in seruitutem redigi, in integrum restituitur.
162 Minor restituitur quando non egit, uel excepit intra legitima tempora.
Præscriptio non currit minori, nisi in iudicialibus.
163 Minor promittens, uel cauens, sub conditione ex qua læditur, restituitur.
164 Ecclesia locans pro modica summa rem ecclesiæ, & cum authoritate episcopi, restituitur.
165 Ecclesia læsa intra quadriennium, a die læsionis restituitur.
Quadriennium datur ecclesiæ ad petendam restitutionem, a die læsionis.
Ecclesia restituitur ex negligentia procuratoris.
166 Ecclesiæ conceditur restitutio aduersus omissas probationes non obstante lapsu termini, & quòd sit contra ecclesiam.
167 Restitutio in integrum conceditur aduersus sententiam Papæ in primo mense sui Pontificatus.
Causa restitutionis est quando sententia datur a Iudice in principio sui officij.
Falsitas causæ in sententia, expresè præbet causam restitutionis.
Sententia Papæ data in primo mense sui Pontificatus, datur restitutio.
168 Restitutio datur, quando petitur probatio præscriptionis contra sententiam Papæ, sed non retardatur executio, data cautione.
Restitutio gratiosa quæ sit.
169 Ecclesia restituitur aduersus confessionem a se factam, & aduersus lapsum temporis, ubi læsa est.
170 Vniuersitas æquiparatur minori, cui datur restitutio sicut datur minori, & Ecclesiæ.
Castrum, uilla, fiscus, restituuntur in integrum.
171 Minor non restituitur in delictis.
Minor non excusatur propter malos mores.
Mali mores non excusant minorem.
172 Minor non restituitur aduersus manumissionem, uel libertatem.

Minor

173 Minor non restituitur quando impetrat ueniam ætatis.
174 Minor qui se maiorem dixerit, in integrum restitui non debet.
175 Minor qui iurauit se maiorem, non debet in integrum restitui.
176 Minor qui res suas bene administrat, non debet in integrum restitui.
177 Minor non restituitur quando iussu patris obligatur.
Item nec in mutuo capto iussu patris restituitur.
Quod secus est in peculio, & in dote, ibi.
178 Seruo minori contrahenti de mandato domini, non datur restitutio.
179 Minor aduersus minorem non restituitur, nisi in certis casibus.
180 Minori denegatur restitutio aduersus personam patris, uel patroni, quia de dolo contra eos agere non potest.
181 Minor non restituitur, quando sobrie gessit negotium, in quo non est læsus, & ibi quando restituatur.
182 Minor non restituitur quando usus est iure communi.
183 Minor non restituitur aduersus contractum factum a suo procuratore maiore.
Tutore mitius agitur quàm cum procuratore.
Minori restitutio datur aduersus contractum tutoris, uel curatoris, & quare.
Minor probata læsione semper restituitur, in fine.
184 Minor qui cępit iudicium in minori ætate, & fuit data sententia contra eū, quando erat maior, non restituitur.
Restitutione attenditur tempus sententiæ.
185 Minor non restituitur, quando ei competit alia actio.
Restitutio in integrum non conceditur minori, quando competit alia actio.
Restitutio in integrum non datur aduersus lapsum quinquennij, quer. inofficiosi testamenti.
Querela inofficiosi testamenti quinquennio præscribitur, aduersus quam minor non restituitur, in fine.
Inofficiosi testamenti querela, uide infra querela.
186 Minor restituitur in eo, quod maior factus ratificauit, fallit in aditione hæreditatis.
187 Minor maior factus non restituitur aduersus lapsum iudicij restitutionis.
188 Minor non restituitur post quatuor annos elapsos post 25. annum si non sit restitutus intra dictos quatuor annos, etiam constito de bono iure ex probationibus nouis.
Instantia restitutionis in integrum, quadriennio deseritur.
Quadriennio lapso minori facto maiori non conceditur restitutio, nisi doceat de paupertate, propter quam non potuit prosequi causam, in fine.
Restitutio non datur maiori bis, nisi minori, & ecclesiæ.
189 Bis restitutio in integrum, non datur maiori, sed solum minori & Ecclesiæ, nu. 188. & nu. 189.
Minori & ecclesiæ datur restitutio bis, nu.188. & 189.
Minor si petens restitutionem in integrum succubuit, & non appellauit, restituitur

tuitur ad appellandum.

Restitutio ad appellandũ conceditur minori, qui succubuit in causa restitutionis in integrum, & non appellauit.

Restitutio in integrum bis conceditur factis probationibus super ætate, & læsione.

Restitutio in integrum non datur post rem iudicatam super restitutione in integrum.

L.fin.C.si sæpius restit. postuletur, declaratur in fine.

Decisio Put.26.lib.1.reprobata ex alijs decisionibus Putei.

190 Minor non restituitur, quando de mandato patris, res patris administrat, nisi ipse damnificatus sit.

Restitutio in integrum non conceditur administranti negotia aliena.

Administratori rerum alienarum non datur restitutio.

191 Minor non restituitur, si iurauit emptori, de cætero nullam controuersiam facturum: quia particeps periurij, & perfidiæ non est.

Minor licèt non restituatur si iurauit, tamen potest dicere contractum nullum.

Iuramentum cum promissione de non molestando, tollit restitutionem in integrum.

Clausula, promitens non mouere controuersiam cum iuramento, tollit restitutionem in integrum.

Restitutio in integrum non conceditur minori, qui promisit emptori cum iuramento de cætero, nullam molestiam facturum.

192 Restitutio in integrum bis super eadem re non datur.

193 Minor non restituitur contra seruum, quem emptor manumisit.

194 Minor non restituitur post sex annos, quando rem uendidit in qua emptor fecit multa melioramenta, non restitutis melioramentis.

Melioramenta utilia & necessaria restituere debet minor, non uoluptuosa.

195 Iudicium restitutionis in integrum morte rei non finitur.

196 Restitutio in integrum non solum competit filio, sed patri.

Patri competit restitutio in integrum, etiam uti hæredi.

Agnatis minoris non competit restitutio in integrum, nisi minori sit interdicta administratio, & num.200.

197 Patrono competit restitutio in integrum, & facultas abstinendi, & nu.202.

198 Fideiussori minoris regulariter restitutio non competit, quæ non prodest reo principali.

199 Procuratori speciali minoris conceditur restitutio, non autem generali.

200 Curatori non conceditur restitutio in integrum.

201 Minori non conceditur restitutio in integrum aduersus eum, qui emit bona fide ab ipso minore, si emptor a minore est idoneus.

202 Minor restituitur contra dominũ uel patrẽ, quando contraxit cũ seruo, uel filio.

203 Restitutio in integrum petenda est coram iudice, præsente aduersario.

Creditores citandi quando minor restituitur, ut abstineat ab hæreditate.

Bona

Bona hæreditatis iacentis per iudicem conseruari debent.

204 Minor in restitutione in integrum debet ius suum recipere, idest si alienauit fundum debet fundum cum fructibus recipere.

Restitutione in integrum minor recuperat rem cum fructibus & usuris.

205 Minor qui quietauit debitorem per acceptilationem sine causa.

Fructus & usuras recuperat restitutus aduersus rem iudicatam.

206 Pignora recuperat minor restitutus aduersus rem iudicatam.

Minor restitutus aduersus rem iudicatam, recuperat pignora.

207 Minor restitutus aduersus repudiationem hæreditatis, tenetur habere rata ea quæ alienata sunt per curatorem.

Rata & grata debet minor habere ea, quæ alienata sunt per curatorem.

Curator bonis potest alienare bona, & minor restitutus aduersus repudiationem, tenetur alienationem habere ratam.

208 Minor restitutus in integrum, quid tenetur restituere aduersario suo, & nu. sequenti.

Precium existens penes minorem, uel ex necessitate solutum, minor aduersario suo restituere tenetur.

209 Precium minoris quod non est uersum in eius utilitatem, restituere nõ tenetur.

Precium non tenetur minor restituere, quando non agit iudicio restitutionis in integrum.

210 Minor & curator uendentes rem communem, si minor petit restitui an uenditio in totum reuocanda, uel pro parte.

Maior & minor uendentes rem communem, an minore restituto maior iuuetur dicta restitutione.

Restitutio concessa minori in re communi, an prosit maiori.

Emptor emens rem communem minoris & maioris, si minor restituitur potest partem, & totum arbitrio suo restituere.

Priuilegium concessum minori, an prosit maiori in re communi.

211 Sententia per restitutionem in integrum concessa minori quando in totum, uel in parte rescindatur.

212 Tutor non est restituendus contra minorem.

213 Minor restitutus contractionem, aduersario a quoque pristina actio restituenda.

Actio restituenda est aduersario minoris, qui transactionem rescindere fecit.

214 Possessori cui est ablata possessio a minore, datur regressus contra authorem.

215 Tempus ademptũ minori ex nouatione, uel alio actu, est restituendũ, et non plus.

Restitutio concessa minori ad tempus ablatum, debet esse ad illud tempus tantũ non ad plus.

Restitutio debet fieri in eo statu, in quo erat tempore nouationis.

Mulieri statim currit tempus, secus minori.in fine.

Tempus quatuor annorum ad petendam restitutionem in integr. non currit militi facto maiori in militia.

Tempus

Tempus quatuor annorum ad petendam reſtitutionem in integrum datum eſt ſubrogatum loco anni utilis.

217 *Militi effecto maiori in militia, non currit tempus.*

Circuitus uitandi ſunt in petenda in integrum reſtitutione.

Tempus petendæ reſtitutionis in integrum non currit durante minori ætate, & abſentia cauſæ reipublicæ, uel militiæ, & finita minori ætate, & illo reuerſo currit.

Tempus currere impedit noua cauſa ſuperueniens.

218 *Minor qui ſucceſſit minori reſtituitur ad illud tempus, quod defuncto remãſerat.*

Tempus ultra quadriennium datur minori, qui ſucceſſit minori, & reſtituit ad illud tempus, quod defuncto remanſerat.

219 *Tempus hæreditatis iacentis non computatur minori intra quadrienniũ, ſed incipit currere a die, adite hæreditatis.*

Hæreditatis iacentis tempus non computatur minori intra quadriennium, ſed incipit currere a die aditę hæreditatis.

Tempus non currit hæreditati iacenti.

220 *Tempus non currit appellatione pendente ei, qui propoſuit iudicium reſtitutionis in integrum, & probata minori ætate ſuper ætate data eſt ſententia, a qua fuit appellatum.*

Deciſiones Dominorum de Rota habentur loco ſententiæ interlocutoriæ.

Aetate probanda non eſt ferenda ſententia.

Circuitus uitãdus in reſtitutione in integrum circa incidentia, & dependentia.

Attentatorum cauſa pendente an currant fatalia.

Fatalia an currant pendente cauſa attentatorum.

Impedito non currit tempus quadriennij, ad finem.

Quadriennij tempus non currit impedito.

221 *Impedimentum debet tollere totum tempus fatalium, ſecus ſi tollit partem.*

222 *Impedito facto iudicis non currit tempus.*

223 *Impedito à parte non currit tempus.*

Impedito datur ex gratia reſtitutio ad poſſeſſionem beneficij.

Regula de triennali non dat ius, ſed poſſeſſionem.

224 *Tempus quatuor annorum non currit minori, cui competit alia uia ad annullandum contractum.*

Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.

225 *Tempus non currit minori 25. annorum ante impetratam ueniam a Principe.*

Minori 25. annorum nunquam denegatur remedium reſtitutionis in integrum ante impetratam ueniam ætatis.

Aetatis uenia impetratur per minorem 25. annorum à Principe, ad effectum ut poſſit libere contrahere ante 25. annum.

Formula impetrationis ueniæ ætatis qualis ſit.

Reſtitutionis beneficium denegatur minoribus impetrantibus ueniam ætatis.

Veniæ ætatis reſcripti exequutio quæ ſit. in fine.

226 *Reſtitutio in integrum poteſt impetrari de his quæ facta ſunt in minori ætate & ante xxv. annum.*

227 *Aetatem ſuam minor probare debet coram præſide quando petit reſtitutionẽ.*

228 *Reſtitutionem iudex competens concedere non debet niſi cauſa cognita.*

Cauſa cognita iudex debet reſtitutionem concedere.

229 *Cauere de iudicato ſoluendo debet litigans cum minore in cauſa reſtitutionis in integrum.*

Reus in cauſa reſtitutionis in integrum cauere debet de iudicato ſoluendo.

230 *Maioribus reſtitutio in integrum non denegatur, quando ſunt circunuenti metu, calliditate, abſentia, uel per iuſtum errorem.*

231 *Metu illato maiori in contractu præbet cauſam reſtitutionis in integrum.*

Reſtituitur maior propter metum.

Dolus ubi eſt, nullus eſt metus.

232 *Dolus malus, ſeu calliditas eſt cauſa reſtitutionis maioris.*

233 *Aetas eſt cauſa reſtitutionis in integrum.*

234 *Status mutatio eſt cauſa reſtitutionis in integrum.*

235 *Maiores ex quibus cauſis reſtituũtur in integrũ, & primo abſentes ex cã reipub.*

Abeſſe ex cauſa reipublicæ qui dicantur.

Conſules legati, & procuratores principum abeſſe dicuntur cauſa reipublicæ.

Tribuni, & præfecti militum dicuntur abeſſe cauſa reipublicæ.

Legati ad principes dicuntur abeſſe ex cauſa reipublicæ.

Miſſi ut milites ducant, & reducant, abſunt cauſa reipublicæ.

Procurator Cæſaris dicitur abeſſe cauſa reipublicæ, & quàm plures alii.

Reipublicæ cauſa qui abeſſe dicantur.

Miles abeſt cauſa reipublicæ.

Militibus pugnantibus contra Turchas datum eſt priuilegium abſentię. ad finẽ.

Vxores militum dicuntur abeſſe cauſa reipublicæ.

Milites qui Romæ militant dicuntur abeſſe cauſa reipublicæ. ad finem.

Medici uidentur abeſſe cauſa reipublicæ.

236 *Miles qui commeatu abeſt, uidetur abeſſe cauſa reip.*

237 *Commeatus quid ſit.*

Reipublicæ cauſa abeſſe dicuntur ij qui coacti & ex neceſſitate abſunt.

238 *Abſentibus cauſa reipub. prætor pollicetur auxilium.*

239 *Militi abſenti ex cauſa militiæ non currit tempus.*

Tempus non currit militi abſenti ex cauſa militiæ.

240 *Reſtõ conceditur militi, uel alii abſenti cã reipub. contra quem eſt pronũciatũ.*

Præſcriptio non currit contra abſentem ex cauſa reipub.

Venditio bonorum illius qui non fuit arbitratu boni uiri defenſus reuocatur ſtatim quòd deſiit abeſſe cauſa reip.

Etiam ſi uenditio ſit facta a fiſco, & lapſum ſit quadriennium. ibi.

Etiam quòd ſint bona militis uendita per creditores. ibid.

Præscriptio inchoata cum absente, tunc tollitur quando absens redit, & inchoat iudicium. in fine.

241 *Absens restituitur, qui non potuit hæreditatem adire, & exigere rem promissam soluere quolibet anno.*

242 *Absens contra absentes restituitur.*

243 *Notarii, qui scribunt acta præsidum, non absunt causa reipub.*

Conductores uectigalium non absunt causa reipub.

244 *Abesse causa reipub. dicitur quandiu durat, eius officium.*

Infirmitatis tempus computatur in absentia causa republicæ.

245 *Dolo malo absentes, non dicuntur abesse causa reipub.*

Abesse dolo malo dicitur ille, qui potuit reuerti, & non reuertitur.

Reipublicæ causa non abesse qui dicatur.

246 *Absens qui passurus fuisset damnum, etiam quòd non abesset restituitur.*

247 *Absens non restituitur ad lucrum.*

Ad lucrum non restituitur absens, secus si quis amisit, uel lucratus non sit.

Restitutio in integrum aduersus contractum patris non conceditur, si defunctus non est conquestus.

Hæres non habet restitutionem aduersus contractum patris, si non est conquestus pater.

Hæres non infringit factum defuncti, quia durum, & amarum est, quod defunctus fecit, hæredem infringere.

248 *Restitutio in integrum non conceditur aduersus præscriptionem inchoatam antequàm reipublicæ causa abesset, si distulit statim quòd rediit, causam committere, & expedire.*

249 *Legati Ciuitatum, & terrarum an dicantur abesse causa reipublicæ.*

250 *Absens pro sua voluntate, & commoditate non coactè, non dicitur abesse causa reipub.*

251 *Carcere seu vinculis detineri dicitur, qui in publica custodia detinetur, & qui à latronibus detinetur, & inclusus in latumiis.*

251 *Latumiæ significant locos in quibus sunt incisi lapides.*

Carceratus læsus ex sententia arbitri restituitur.

Carcere detineri dicitur etiam ille, qui non potest in publico sine dedecore apparere. in fine.

Item ille qui dedit fideiussores de non discedendo de tali loco. ibidem.

252 *Restitutio non conceditur carcerato defenso.*

253 *Seruo non conceditur restitutio, quandiu est in seruitute.*

Seruitus durat quandiu non litigat super statu suo.

Libero homini existenti in seruitute conceditur restitutio.

254 *Tertio læso propter captiuitatem alterius conceditur restitutio.*

255 *Postliminio reuersi læsi restituuntur.*

Capti ab hostibus restituuntur.

Nati apud hostes restituuntur.

Ad vsucapionem non restituitur postliminio reuersus.

Transfugis non datur hæc restitutio, & qui sint transfugi.

256 *Præsens qui non potuit agere contra carceratum, uel absentem, restituitur.*

Iudicium potest cum procuratore inchoari. in fine.

Lucrum absentes in præiudicium præsentium facere non debent. ad finem.

257 *Præscriptio currit contra præsentem, quando absens erat in vrbe, qui poterat in vrbe, vel in Prouincia conuenire.*

158 *Præsens succurritur aduersus præscriptionẽ, seu vsucapionẽ hæredis absentis.*

259 *Præsens contra absentem restituitur, quando fecit aliquam diligentiam absentem requirendo amicos, & notos protestan.*

Defensio plena, quando fieri dicatur.

Detrectare iudicium, quid sit.

Defensor absentis, quid facere debeat in iudicio.

Coniunctus uel amicus, non admittitur nisi cum cautione rati.

Defensor alienæ litis, nullus est idoneus sine satisdatione.

260 *Furiosi, & infantes restituuntur in integrum.*

261 *Qui non habent facultatem agendi restituuntur.*

262 *Qui non possunt aduersarium inuitum ad iudicium euocare restituuntur.*

Consules, Magistratus, & similes authoritate ordinaria conueniri inuiti non possunt.

Auditores, & alii vrbis Magistratus inuiti conueniri non possunt authoritate ordinaria delegata possunt.

263 *Impeditus à Magistratu restituitur in integrum.*

Iudex qui differt causam expedire præbet causam restitutionis.

Protestatio contra iudicem recusantem causam expedire conseruat ius partis.

264 *Iudex si non expediuit cãm dolo malo agentis, non facit ꝙ agens restituatur.*

Restitutio non conceditur ei, qui dolo malo impediuit iudicem.

265 *Feriarũ extraordinariarũ cã ꝑbet cãm restitutionis, secus in feriis ordinariis.*

Tempus feriarum demitur, quando restitutio fit propter ferias.

266 *Fiscus læsus restituitur in integrum ex clausula generali, in causa vero criminali non datur.*

Clausula generali, si qua mihi iusta causa inesse videbitur, datur restitutio fisco læso.

267 *Clausula generali, si qua mihi iusta causa inesse videbitur, datur restitutio in multis casibus enumeratis.*

Restitutio ex capite ignorantiæ, quibus, & quando detur.

Ignorantia præbet iustam causam restitutionis.

268 *Hæredibus militis cõpetit hæc restitutio, qui decessit in militia, antequàm possessionem acciperet aliorum, qui poterant in integrum restitui.*

269 *Procurator potest causam restitutionis in integrum tractare.*

Tutor, Curator, & Prælati possunt causam restitutionis in integrũ tractare.

Procurator generalis põt ꝓsequi cãm restitutionis ĩ integrũ si incidẽter petitur.

270 *Restitutio in integrum, quando dicitur incidenter peti.*

271 *Causa restitutionis in integrum, aduersus transactionem coram præside cognosci debet, & aliis iudicibus, etiam compromissariis.*

Iudex competẽs in causa restitutionis aduersus transactionem in prouincia est psẽses iudex ordinarius, compromissarius, & delegatus.

Princeps solus restituit aduersus sentenciam procuratoris Cesaris. in fine.

272 *Tempus restitutionis in integrum hodie est quadriennium, primò erat annus.*

273 *Quadriennium non currit minori post xxv. annum, sed postea.*

Minori ante xxv. annum non currit tempus quadriennij.

274 *Ecclesiæ quadriẽnii tempus, incipit currere a die celebrati contractus, vel mortis prælati.*

Prelati morte currit quadriennium ecclesie.

Tempus quadriennii in sententia incipit currere a die sentẽtie contra presentẽ, contra absentem à die intimationis.

275 *Error calculi potest retractari post x. & xx. annos, nisi sint expunctæ calculationes.*

Error calculi post sententiam, & rem indicatam, super calculo faciendo allegari non potest. ad finem.

Item, nec post transactionem super calculo. ibidem.

276 *Minor maior factus tacens per quinq; annos, an sit amplius audien. respectu solemnitatis omisse.*

Ratificatio tacita an trahatur retro ad diem contractus.

Solemnitas decreti an presumatur si minor maior factus non contradixit.

Decretum an presumatur si minor maior factus quinque annos tacuit.

Ampliatio textus quid sit. ad finem.

Actum nullum homo ualidare non potest. ad finem.

Homo non ualidat actum a prin. nullum.

Nullitas a prin. non ualidatur ab homine tractu temporis.

277 *Donatio a minore cum decreto fieri non põt, & propterea non habet firmitatem nisi elapsis x. annis inter presentes, & xx. inter absentes.*

278 *Donatio propter nuptias facta per minorem ualet a prin.*

279 *Successor singularis qui emit bona fide a donatario, potest exceptiones prescriptionis x. & xx. annorum opponere.*

280 *Emẽs a tutore bona fide põt exceptionẽ prescriptionis opponere x. & xx. ann.*

281 *Præsumptio solemnitatum ex cursu temporis quinque annorũ, non procedit ubi adest dolus.*

Dolus facit cessare præsumptionem resultatem ex cursu temporis quinque annorum.

282 *Dolus uerus, vel presumptus quomodo probetur.*

Dolus indiciis, & coniecturis probari debet.

283 *Dolus uerus qui consistit in animo probatur indiciis, & coniecturis perspicuis ubi probatio directè fieri non potest.*

Dolus directe probari non potest.

Inditia perspicua ad probandum dolum uerum, quæ sint.

Dolus reipsa probatus censetur, probata enormissima læsione. ad finem.

Dolus probatur per testes singulares. ad finem.

Testes singulares probant dolum. ad finem.

284 *Dolus præsumptus, quomodo probetur.*

Dolosus præsumitur regulariter, quod fallit in certis casibus.

Dolus præsumitur ex nimia festinantia, ex nimia diligentia.

Dolus præsumitur contra taten, & non certioran. ad finem.

Dolus præsumptus, ex quibus actibus probetur.

Tutor alienans bona pupilli sine causa, præsumitur dolosus. ad finem.

Item, quando non scribit pecunias minoris in libro. ibidem.

Alienans lite pendente, præsumitur in dolo. ad finem.

Dolus præsumitur contra eum, qui legem non seruat, et qui facit contra pacta, & solemnitatem statuti, non seruat. in fine.

285 *Dolus uerus, & præsumptus in pluribus differunt.*

Minor à dolo vero non excusatur, à dolo præsumpto sic.

Dolus verus requiritur in criminalibus.

Dolus præsumptus sufficit, ubi agitur ad rescindendum contractum.

286 *Dolus uerus, & præsumptus, ubi agitur ad rescindendũ contractũ, æquiparatur.*

Dolus præsumptus, reipsa proprius dolus est. in fine.

287 *Dolo est contrahens sine solemnitate.*

288 *Dolus præsumptus, proueniens ex hac constitutione ob formam non seruatam, an remittatur lapsu quinquennii, q̃ sic secundum opinionẽ Paris. & aliorũ.*

289 *Dolus præsumptus ob formam nõ seruatam, non remittitur ex lapsu quinquennii, per l. fi. contra Paris. & sequaces, pro Curtio, & sequacibus.*

L. fin. C. si maior factus, non habet locum, ubi est dolus uerus, uel præsumptus, & sequen.

290 *Nec vbi adest mala fides. ibidem.*

Nec in alienatione facta à pupillo. ibidem.

291 *Indicium duplex est, plenum, & indubitatum, & quod plenum, & quod indubitatum existat.*

292 *Coniecturæ ex quibus indiciis probentur.*

Testes duo requiruntur ad probandam coniecturam.

Indicium dubitatum sufficit, quòd probetur per vnum testem.

293

294 *Adminiculum duplex; uehemens, quod supplet defectum probationis, per se solum non operans, sed cum alia probatione cooperans.*

Testis de auditu, facit adminiculum.

295 *Adminiculum non uehemens est aliqualis confirmatio veri, tendens ad aliquid supplendum de defectu probationis.*

Supplentur uitia testium, per iuramentum.

Adminicula libri rationum, quomodo probentur.

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO.

GLOSSA OCTAVA.

Eandem formam seruari uolumus, & mandamus in contractibus mulierum etiam maiorum.

1 
Ostquàm bo. me. Cardinalis de Carpo in hac additione ampliauit constitutionem præcedentem antiquam ad omnia instrumenta, & contractus minorum, & limitauit illam respectu ætatis in mercatore, in maiore uiginti annorum dictam antiquam constitutionem ampliauit ad mulieres etiam maiores xxv. annorum, & hæc est secunda ampliatio antiquæ constitutionis. Et primo uidendũ est, An fuerit necessaria, & uidebatur quod non esset necessaria quia mulier minor xxv. annorũ comprehendebatur in antiqua constitutione: nam minoris appellatione masculus & fœmina comprehenditur, l. iusta interpretatione, & l. filij appellatione, ff. de uerb. sig. quare mulieres usque ad xxv. annum, in eorum contractibus tenebantur formã traditam in antiqua constitutione seruare, prout seruabatur: ideo uidetur abundare in constitutione addita illa dictio, etiam. quia satis erat dicere, eandem formam seruari uolumus, & mandamus in contractibus mulierum minorum xxv. annorũ: quia ut diximus de minoribus mulieribus iã erat in priori constitutione dispositũ, quare hæc lectio mihi magis placet, & respectu mulierum minorum xxv. annorum, utique additio, & ampliatio huiusmodi non fuit necessaria.

2 ¶Sed reſpectu mulierum maiorum xxv. annorũ hæc additio fuit neceſſaria,& utilis Reipublicę.neceſſaria,quia ſuccurritur imbecillitati, & fragilitati ſexus fœminei,cum plerumque aduerſus commoda propria mulieris conſilium laborare inueniatur,l.ſi pater,in fi.C. de ſponſalibus. glo.in l. j.C.de confirm.tut.dicit eorum conſilium eſſe fragile, & in l.ſi mulier,la ij.C.ad Senat.Conſult. Velleian. ubi loquitur in muliere perfectæ ætatis, & dicit cautionem mulieri non præiudicare, qđ adhuc in conſequentiam ſuæ fragilitatis in ſecundam iacturam inciderit,& in l.ij.§.uerba,ff.ad Senat.Conſult.Velleian.dicitur,uerba Senatus Conſulti diſcutiamus prius prouidentia ampliſsimi ordinis laudati quia opem tulit mulieribus propter ſexus inbecillitatẽ multis huiuſmodi caſibus ſuppoſitis atque obiectis,ſed ita demum ei ſubuenit,ſi non callide ſint uerſatę,nã deceptis, non decipientibus iura ſubueniunt:infirmitas enim fœminarum non calliditas auxilium meruit, & c.Adam,xxxiij.q.v.ibi iuſtum eſt, ut eam ingubernatione aſſumat, ne iterũ fœminea facilitate labatur, & ſic uocatur facilis, & maritus ipſius curam habere debet.multa de imbecillitate,infirmitate,& facillitate mulierum congerit Tiraquel.ſuper legibus connub.in l.j. gloſ.j. num.69.& ſequen.

3 ¶Vtilitas iſtius additionis colligitur ex his quæ dicit Iuriſconſult. in l.j.ff.ſol.matr.& l.ij.ff.de iure dot.ubi quòd Reipublicæ intereſt mulieres dotes ſaluas habere,propter quas nubere poſsint, filios alere,ſe ipſas in ſeruitute nutrire,& ne facile decipiantur, & ſeducantur à iuris, ut in §.j.in Auth.ut immobil.ante nuptiales don.& in §. his conſequens in Auth.de equalitat.dot. & propter infirmitatem, & imbecillitatẽ cõſilii mulierum dicit Ang.conſi.cxcj.in princ. Inoleuit per totam Italiã conſuetudo, per quam interdicitur mulieribus poteſtas contrahendi ſine mundualdo uel conſenſu proximiorum,& Bal conſi.ccccvij.lib.ii. Tiraq.ſuper leg.connub.in primam legem gloſſe primæ par.j.nu. 77.& ſequen.igitur ad integrandum conſilium mulierum infirmum, & imbecille, Cardinalis de Carpo uir conſultiſsimus, uoluit hanc formam ſeruari in earum contractibus, quæ Aegidius ſeruari mandauerat in contractibus minorum,de quibus dictum eſt ſupra,gl.iij.nu. 7. & ſeq.

4 ¶Si utilis eſt additio mulieribus, uideamus,an ſit fauorabilis, uel odioſa æqua uel iniqua: quia ſi eſt fauorabilis debet latè interpretari,ſi eſt odioſa,ſtrictè,& Bar.in l.qui exceptionem,nu.4.ff.de cond.indebiti dicit Statutum diſponens quod mulier,uel minor, non poſsit contrahere ſine conſenſu conſanguineorum,producere exceptionem fauorabilem,quia ſtatutum uult tollere materiam, & facultatem cõmittendi dolum,uel delictum,de quo lex ſuſpicatur,uel propter fragilitatem perſonæ,uel aliàs.Aret.conſi.ij.nu.14.Bal.in l.ij. C. de reſcind. uend. q. ix.num. 12.ad medium,dicit quòd huiuſmodi ſtatuta ſunt æquiſsima, Iaſ.in l.tranſactionem,num.3.C.de tranſact.dicit quod minores,& mulieres

lieres facilè ſeducuntur,quandoque minis quandoque blanditiis:ideo æquiſsima ſunt ſtatuta quæ in eorum contractibus exigunt conſenſum coniunctorum,& quia ſunt excluſiua doli, & metus, Tiraquel. ſuper leg.connub.glo.viij.num. 214. quam plures allegat, & Aym. ſuper Statuto Ferrarienſi,num. 8.dicit quòd dictum ſtatutum conſulens, in indemnitati mulierum contra doloſos,& fraudatores, ne mulieres imbecillioris conſilij decipiantur, eſt fauorabile,& latè debet interpretari.& num.9.dicit quòd ſtatutum factum ad obuiandum fraudibus dicitur bonum,& æquum,& fauorabile.allegat Aret.conſi.ij. colum.pen. uerſ.ad ſecundum reſpondeo.& ideo concludit ꝙ latè debet interpretari.& Tiraq.in glo.vj.ſuper dictis legibus cõnub.nu.37. dicit huiuſmodi ſtatuta eſſe facta in fauorem mulierum, & ad integrandum earum perſonas,ubi multa allegat.Caſſan.ſup cõſue.Burg.rub.iiij.§.j.gl. contraulx,car.127.nu.2. ubi dicit ꝙ talis conſuetudo eſt fauorabilis propter imbecillitatẽ mulieris,Fulg. conſ.xxxix. col.ult.& iſta additio ad iſtam conſtitutionẽ facta fuit pp imbecillitatẽ, & infirmitatẽ mulieris,ideo iſta ratio pro expreſſa habetur in hac cõſtitutione,cũ non poſſit alia ratio aſsignari, & hæc uidetur communis opinio pro qua uide quę dicta ſunt ſupra,gl.iij.nu.9.Reuerẽdiſſ.Cardin.Alb.In Incubrat.ad Bar.in l.qui exceptionẽ,nu.5.ff.de cond.indeb.dicit ꝙ eſt fauorabile ſi mile ſtatutum concernens fauorẽ publicũ,& priuatũ, & propterea obligat mulierem ad ſeruandam hanc ſolemnitatẽ extra territorium.

5 ¶Licet Bal.in d.l.omnes populi,ff.de iuſt.& iure, col.viij.in prin. uerſi. item ſi ſtatutum dicat, quòd mulier non poſsit teſtari ſine conſenſu propinquorum, non trahitur ad hermafroditum,quia propriè non eſt mulier, ſed homo mixtus. & poſſunt aſsignari plures rationes quòd ſtatutum ſit potius iniquum quàm iuſtum, & Corn. conſil. ccxlj.num. 6. lib. ij. dicit ſtatutum huiuſmodi prohibens teſtari mulierem ſine conſenſu propinquorum tanquam corrigens ius commune dicitur iniquum, & odioſum, ex quo impedit liberam teſtandi facultatem, & quia conſanguinei nunquam conſentient niſi ipſos inſtituat hæredes, & Pariſ. conſil. xcix. nume. 51. lib. j. dicit, ſtatutum prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu conſanguineorum eſſe exorbitans, & ualde reſtringens ius commune, quod diſponit mulierem poſſe contrahere per ſe, etiam ſi maritum habeat, & abſente marito dummodo ſit maior, l. uelles, C. de reuocan. donatio, & propterea non extendendum de caſu ad caſum, Tiraquel. ſuper legibus connub. gloſ.viij. nume. 215. & Aym.in tractatu Statuti Ferrarienſis, nume. 50. & 51. dicit huiuſmodi ſtatutum annullans iuramentum per indirectum, eſſe odioſum, & ſtrictè interpretandum: tamen ſequere priorem opinionem, quæ eſt communis reſpectu contractuum, non autem reſpectu prohibitionis teſtandi, quia in hoc ſtatutum eſt contra leges, & etiam reſpectu iuramenti in

in statuto laicorum, ut dicit Aym. ubi supra, num. 50. & seq. quia iuramentum est fauorabile: ideo minor iurans seruare tenetur, Barr. in auth. Sacramenta puberum, nu. 18. & 19. Iason num. 72. C. si aduersus uenditionem. & est communis, & in dubio statutum intelligendũ esse fauorabile: ideo si statutum contineret duos fauores, unum publicum, & alterum priuatum, & dubitetur quem eorũ principaliter contineat, & dicendum, ꝙ si contineat fauorem priuatum personæ principaliter continebit fauorem priuatum, Aret. d. consi. ij. col. pen. num. 14. & dispositio inducens insinuationem est inducta ad fauorem publicum principaliter, dicit Bar. in l. Modestinus, de donat. sed reprehenditur ab Aret. in d. consil. ij. nu. 17. quòd constitutio similis non sit inducta principaliter ad fauorem publicum, sed in consequentiam, & propterea illi potest iuramento renunciari: ea propter nostra constitutio cõtinet fauorem publicum, sicut priuatum, quia inducit solemnitates, ne decipiantur mulieres, & insinuationem propter fauorem publicum principaliter, uel in consequentiam, Aret. consi. ij. num. 18. Bart. in l. 2. ff. ad muni.

6 ¶Postquàm est conclusum hanc additionem fuisse fauorabilem mulieribus, ideo est latè interpretanda, & extendenda non solum ad cõtractus de quibus loquitur additio Carpẽsis, sed ad distractus de quibus loquitur antiqua constitutio, utputa in liberatione, quam extorquent tutores à minoribus finita tutela cum iuramento, quæ ualet si non est facta in fraudem, glo. in l. iij. §. contrarium. ff. de contraria. & uti. act. tut. quam dicit unicam Bald. in rubr. de iureiur. extra. Bart. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus uend. nu. 18. & 19. Bal. num. 13. & 14. quærit an dicta authentica sit odiosa, uel fauorabilis. quia si est fauorabilis comprehendit distractus, & alias liberationes factas tutoribus per mulieres, & minores cum iuramento, Ias. num. 72. & 73. Cassan. super consuet. Burg. rub. iiij. §. j. glossa contraulx, nu. 2. car. 227. & Tiraq. latè declarat super legibus connub. glo. v. à num. 1. usque ad num. 31. ubi respondet etiam ad contraria, & sic procedet constitutio addita, etiam in omnibus casibus positis in antiqua constitutione.

7 ¶Secundo potest extendi ad quasi contractus ex identitate rationis, utputa in aditione hæreditatis, Ias. in d. auth. sacramenta puberum, num. 73. uersic. adde quintam extensionem. C. si aduersus uend. Tiraq. super leg. connub. glo. v. nu. 119. & seq. & nu. 125. & glo. viij. nu. 58. 59. & seq. Rom. consi. cccxciiij. ubi additio, Ias. de act. §. omnium, num. 41. & seq. Cassan. super dictis consuetud. rubr. iiij. §. j. glo. contraulx, num. 3. car. 227. & ideo habebit locum in iudicijs, in quibus quasi cõtrahitur, l. iij. §. idem scribit, ff. de pecul. & statuta propriè intelligẽda sunt, Bar. in l. Iulianus. ff. ex quibus cau. in possess. eatur. tamen mulier nõ potest actiones exercere sine dicta solemnitate, Tiraq. super leg. connub. glo. v. nu. 202. & seq. allegat tex. in l. ait prætor, §. j. ff. de iure delib. ubi Bart. notat,

notat, ꝙ qui est prohibitus alienare, est prohibitus actiones exercere, Deci. consi. cccclxv. nu. 24. & seq.

8 ¶Præterea pluribus modis quis quasi contrahere uidetur, & primo negotiorum gestor, ut Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur, §. j. ibi, si quis sine mandato alienis negotijs se ingerit, & l. iiij. §. j. ff. de actio. & obligat.

¶Secundo tenentur ex quasi contractu tutores, & curatores, de obligat. quæ ex quasi contract. nasc. §. tutores, & l. iiij. §. tutelæ. ff. de act. & obligat.

¶Tertio tenentur ex quasi contractu, si qui communia bona donata, legata, uel alias, non tamen ex societate communia diuiserunt, §. item si inter, Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur. Ideo mulier non potest diuidere sine solemnitate statuti, Tiraq. super leg. connub. glo. v. num. 216.

¶Quarto in actione familiæ ercisundæ, quis ex quasi contractu tenetur, Instit. dicto tit. de obligat. quæ ex quasi contr. nasc. §. idem iuris.

¶Quinto tenetur hæres legatario pro re legata ex quasi contractu. §. hæres quoque Instit. dicto titu. de obligat. quæ ex quasi, & l. iiij. §. hæres quoque, ff. de act. & oblig.

¶Sexto ex quasi contractu agit soluens indebitum contra eum, qui indebitum exegit, Institu. d. titu. §. item is cui, & l. iiij. §. is quoque, ff. de actio. & oblig. quos casus uolui hic inserere pro maiori dilucidatione istius materiæ, & ad hoc, ut quis ad oculum cognoscere possit quando quasi contrahat.

9 ¶Diximus supra, ꝙ constitutio habet etiam locum in distractu, uidendum est quid sit distractus. & dicas, quòd est obligatio proueniens ab uno ex contrahentibus tantum, glo. in l. iij. §. cõtrariũ, ff. de contra. & uti. act. tut. & ponitur exemplũ in remissione, quietatione, & cessione, Tiraq. super legibus connub. glo. v. nu. 7. & seq. & distractus est quoddam accidentale ad contractum, & præambulum, Lanfranc. de Oriano, in tract. de arbit. membro 5. nu. 42.

¶Et datio in solutum, seu ob causam, dicitur distractus, Bero. consil. lvj. num. 18. lib. j.

¶Item renunciatio est distractus, Bal. in l. pactum. C. de collat. q. xxj.

10 ¶Contractus qui finguntur à lege, licèt uerè nõ fiant, est quando mulier quæ primo uiro dotem constituit, & illo mortuo alteri nubit, nulla dote constituta: tamen fingit lex, ꝙ eadem dos, quæ primo uiro fuit constituta, censeatur secundo uiro constituta, & promissa per mulierem, l. dotem, quæ in prius, l. quod si nõ diuortium, l. diuus Seuerus, ff. de iure dotium, Cin. in auth. sed quamuis, C. de rei uxoriæ actione, Tiraq. super leg. connub. glo. v. nu. 223. & seq. nec idem dicendum est de sponsa, quæ non censetur dare uiro bona sua, sicuti mulier quæ matrimonium contrahit cum secundo uiro, ut dicit Couarr. super quarto

to decretal.par. j. cap.v. num.5. & asserit hanc esse communem opinionem.

11 ¶Donatio præsumpta est confessio de recepto, l. Campanus.ff.de ope.lib.l. quidam in iure,ff.de donat. Tiraq.super leg. connub. glo.v. nu.114.& seq.

12 ¶Et nota, quòd confessio facta in contractu inutili non probat,Ias. in l. certi condic. §. si marito, num. 34. ff. si certum pet. Remittere creditum liquidum,est species donationis.idem Ias. in l. contra iuris. §.si filius,num.2.ff.de pact.secus,si non est liquidum,ut ibi.num.17.

13 ¶Obligationes uero,quæ ex delicto,uel quasi nascuntur, enumerantur Instit.de oblig.quæ ex delicto nascuntur,per totum.ubi etiam impubes proximus pubertati ex delicto obligatur, si intelligit se delinquere,§.in summa,d.titu.& l.impuberem.ff. de furt.

14 ¶Sed quia uendi potest aliqua res sine solemnitatibus constitutionis,& ipsa res sic uendita perire potest,quæritur an pereat minori, & mulieri,uel emptori?& Tiraq.super legib.connub.glos.viij.nu.277.uidetur dubius in decisione dictę quęstionis,& multa allegat hinc inde.

15 ¶Tertio extenditur ad actum fictum, uidelicet, in contractu facto per procuratorem mulieris, cum eadem solemnitas debet seruari in constitutione procuratoris ad contrahendum pro muliere, quæ seruatur in contractu facto per minorem,uel mulierem,aliàs fieret fraus legi.

¶Et potest esse ratio;nã cũ aliquid prohibetur, & id per quod ad illud peruenitur prohibitũ est,l.oratio.ff.de spõsalib.ubi nuptiæ prohibitæ Senatori,& spõsalia prohibita sunt,c.nã concupiscentiã,extra de constit.l.codicillis.§.matre,ubi Bar.ff.de leg.ij.& Bar.in l.si ad resoluendã. C.de præd.mino.dicit,ꝙ si minor nõ põt alienare, nec minus promittere aliquid immobile,ubi ẽt Sali.Tiraq.de retract.tit.j.§.j.glo.ij.nu.5. & super legibus connub.glo.v.nu.186.Quare Soci.cons.ccxxxix.col.ij. uers.sed difficultas oritur, & cons.ccliiij.col.j.lib.ij. dicit,quòd sicut minor per se alienare non potest, ita procuratorem ad alienandum constituere nequit,l.neque tutores.C.de procur.nam sicut in alienatione requiritur solemnitas,ita in actu,ex quo sequi potest alienatio, allegat Bal.in l.pręses.C.de transact.& qui non potest per se actum gerere, non potest per alium,Bart.in l.Aristo,in fi.ff.quæ res pign.oblig. poss. & est ratio,quia dicitur contrahi cum eo cuius nomine geritur, & sic patet,quòd si pupillus per se non potest obligari,minus per procuratorem, Tiraq. super legibus connub.glo.v.num.clxxxiij.& seq.& ultra eum Soci.cons.lij.lib.iiij.Paris.cons.xcviij.num.3.& seq.lib.j.Rebuff.super compendio alienat.rerum Eccles.num.23.etiam,quòd constituatur procurator ad faciẽdum cõpromissum,Lanfranc.in tract.de arbit.col.xvij. uersi.iiij.quæro, Tiraq. super leg. connub. glo.v.q.xix. num.202.& seq.& ad transigendum.Deci.cons.532.Idem Tiraq.ubi supra,

pra,num.205.& postquàm est constitutus procurator cum solemnitate constitutionis non requiritur in contractu alia solemnitas,Tiraq. ubi supra,q.xvij.nu.186.& seq.latè examinat.

16 ¶Sed quia diximus supra,num.7.quòd mulier non potest quasi contrahere non seruata solemnitate præsentis constitutionis, per text.in l.ait prætor,ff.de iure delib. & notata per Tiraq. super dictis legibus connub.glo.v.num.207.uideamus, an possit constituere procuratorẽ ad lites sine dicta solemnitate,ita ut procurator possit ualidè procedere?& uidetur dicendum, quod non possit cõstituere procuratorem ad agendum,uel defendendum sine dicta solemnitate,quia prohibetur alienare,& consequenter actiones exercere,ut dicit Bar. in d.l.ait prætor,& probat Tiraq.multis rationibus ibi.contra facit, quòd mulier & minor possint constituere procuratorem sine solemnitate,quia constitutio loquitur in contractibus, in quibus mulieres, & minores facilitate eorum à contrahentibus decipi possunt, sed in iudicio in locis maiorum agitato coram prætore,& ubi nihil fit nisi causa cognita,uidetur cessare fraus,machinatio, & dolus, cum iudicis decretum hæc omnia faciat cessare, quia Imperator de eo confidit,l.j.ff.de reb. eorum,& dictum est supra,glo.iiij.nu.1.& multis seq. Secundo consideratur in constitutione damnum minoris,& mulieris:sed constituere procuratorem ad lites non est damnum,quia si procurator reportat in lite uictoriam,facit rem utilem domino, unde constituere procuratorem non est actus læsiuus,ideo filiusfamilias constituit procuratorem,l.filiusfamilias.ff.de procurat.& hanc opinionem uidetur tenere Put.decis.clv.lib.j.ego uerò teneo priorem opinionem,quia minor non potest procuratorem constituere, nisi cum authoritate tutoris, uel curatoris,l.neque tutores,§.j.C. de procuratori. uel nisi postquàm pubes factus est constituat procuratorem cum authoritate, & decreto iudicis,Bar.Bal.& alij,in d.l.neque tutores.C.de procur.

Præterea, non solum minor non potest procuratorem constituere, sed nec potest constitui procurator usque ad uigesimũquintũ annum,& acta facta nulla sunt,Aegid. decis.cxliij. per totũ. vbi disputat ad partem, & tandem dicit Dominos sequutos fuisse partem negatiuam,quæ mihi etiam placet.

¶Si ergo non potest de iure minor constituere procuratorem sine tutore uel curatore, minus poterit sine consensu propinquorum,& iudicis decreto,ut in constitutione. & ratio esse potest, quæ dicitur in l. xxx.§.quanquàm.ff.de nego.gest. uidelicet, quanquàm mater filij negocia secundum patris uoluntatem pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo suo litium causa constituendi non habebit, quia nec ipsa filij nomine rectè agit,aut res bonorum eius alienat, uel debitorem impuberis accipiendo pecunias liberat, quia litigare est alienare,& perdere,uel ponere se in maximo periculo fortunarum, tam respectu

spectu rei in iudicio deductæ, quàm expensarum in lite fiendarum, quarum in Romana Curia non est numerus, ideo constituere procuratorem est actus læsiuus, cum dubius sit euentus litium, & impensa certa, quæ in dies lædit, & reducit familias in maximas necessitates, & paupertates, & multotiens sub spe lucri aliorũ bonorũ in lite faciẽdi, quis uendidit propria, & acquisita à maioribus, ut sępè uidemus. Ideo dicere, ꝙ constituere procuratorem ad lites, non est actus læsiuus, non uidetur bona ratio, nec probata in iure, cum ex præmissis cõtrarium apertè uideamus, & experientia rerum magistra docet, & intersit minorum litibus, & sumptibus non uexari, l. minoribus. ff. de iniu.

17 ¶ Limitantur tamen prædicta, quando in iudicio possessorio minor uel mulier constituerit procuratorem, quia tunc minor habet legitimã personam standi in iudicio. l. fi. C. qui legit. personam. Franc. in c. qui generaliter. §. j. de procura. in 6. Capell. Tolos. q. 106. Put. dicta decis. 155. in fi. lib. j.

18 ¶ Secundo limitatur in beneficialibus, in quibus minor xxv. & maior xiiij. annorum potest esse in iudicio, c. si annum, de iudi. in 6. Aegid. decis. cxliij. in fi. ubi dicit, quòd minor est legitimus defensor in omnibus casibus, in quibus non habet restitutionem: propterea dubito de hoc dicto Aegidij, quia minor in beneficialibus læsus restituitur, Didac. lib. j. Var. Resolut. c. v. num. 8. ut dicetur infra, num. 93. ad finem.

19 ¶ Quarto extende in renunciatione facienda per mulierem in fauorem extranei de bonis suis, quia extranei ut plurimum solent capere malũ consilium pro puellis renunciantibus, ut dicit Bal. in l. pactum, q. xxj. C. de colla. secus uero si renunciat in fauorem patris, qui solet bonum consilium capere pro filia, de cuius ueritate, uide supra gl. iij. num. 133. & seq. pro j. conclusione. uide Cassan. super cõsuet. Burgund. rub. iiij. §. j. car. cxxviij. num. 17. & Tiraq. super leg. connub. glo. v. nu. 33. & seq.

20 ¶ Quinto extenditur, ad pactum de non petendo in quietatione, & liberatione. Bartol. in l. si unus, §. pactus, ne peteret. ff. de pact. ubi Ias. Cassan. super consuetu. Burgund. rubr. iiij. §. 1. in glo. contraulx, num. 15.

21 ¶ Sexto amplia in muliere repudiante donationem, uel aliud sibi absenti relictum ante illius acceptationem, cum hoc facere non possit stante nostra constitutione quæ prohibet mulieres contrahere, & distrahere quæcunque res, actiones, & iura, quæ omnia latissime interpretantur, ut diximus supra glo. j. num. xj. & seq. & gl. vj. num. 9. & seq. & sic non solum prohibetur alienatio, & uenditio eorum quę possidet, & quæsiuit, sed etiam non quæsitorum, uidelicet iurium, & actionum quas habet ad aliquam rem, ut dictum est supra glo. iiij. & quia etiam uidetur per constitutionem minori & mulieri prohibita administratio rerum suarum, ut dictum est supra, glo. v. ideo mulier æquipara-

tur

tur minori habenti tutorem, uel curatorem, qui non habeat bonorũ suorum legitimam administrationem. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. & propterea non solũ non possunt facere actus sapientes alienationem, sed nec pręiudiciales, l. iusiurandum & ad pecunias. §. j. ff. de iureiu. Paul. de Cast. consi. clxxj. col. ij. uersi. item ideo dixi. lib. ij. Tiraq. super leg. connub. glo. v. num. 32.

22 ¶ Sed remota constitutione nostra in statuto simpliciter loquente, & ubi non ademitur minori administratio bonorum suorum, teneo communem opinionem Pauli de Cast. cons. clxxj. lib. ij. quem refert, & sequitur Tiraq. super leg. connub. d. glo. v. num. 31. Cassan. super consuet. Burg. rub. iiij. §. j. in glossa contraulx, num. 13 & Iacob. Menoch. de arb. iud. lib. ij. cent. 2. casu lxxxv. num. 33. quòd mulier, & minor possint sine solemnitatibus repudiare, & non acquirere donationem ipsis ab sentibus factam de aliqua re.

23 ¶ Sed Tiraq. in d. glo. v. num. 43. usque ad num. 57. discutit in casu sui statuti in quo mulier erat prohibita contrahere simpliciter, an ob id esset prohibita donare sine consensu mariti. & recitatis opinionibus tenet, quòd non possit donare, & adducit in specie multos quos uidere poteris à num. 48. usque ad num. 57. Sed in nostra constitutione nõ solum minoribus hoc est expresse prohibitum, sed etiam maioribus, ut ex lectura constitutionis uideri potest, ideo in claris membranæ inutilibus allegationibus implendæ non sunt.

24 ¶ Et non solum in donatione expressa procedit hęc constitutio, ut dictum est, sed etiam in præsumpta uel tacita, Deci. cons. cxxxij. Crescẽ. decis. cxcix. quia nõ põt reddi ratio quòd magis ualeat donatio præsumpta, quàm expressa, Corn. cons. clxxxv. col. iiij. uersi. his tamen non obstantibus, lib. 2. Tiraq. super dictis legib. connub. glo. 5. nu. 57. & seq. in iij. quęst. & non solum habet locum in dicta donatione præsumpta, sed in confessione facta per mulierem sine istis solemnitatibus, ut ipse late firmat in x. quæstione, num. 112. & multis sequ. quem uide. & confessio de recepto sapit donationem, & subiacet statuto Vrbis de pactis, & donationibus non ualituris, ut attestatur Put. fuisse resolutũ per Dominos de Rota deci. vii. & 55. lib. 3. quas decisiones Achilles in decis. j. in uerbo, confessio, declarat habere locum nisi pro confessione de recepto facta à muliere nõ seruata forma statuti prædicti adessent adminicula, & uerisimilitudines, & præsumptiones, quia præsumptio fragilitatis sexus mulieris tollitur per alias præsumptiones potentiores. c. literas, de restitut. spoliat. & l. diuus, de restitutione in integrum. & inter præsumptiones adducebatur illa, quia testes in illa causa probabant mulierem recepisse pecunias mediantibus suis factoribus, argu. nor. per Bar. in l. si quis uxori. §. apud Labeonem, de furt. Alexan. in l. excusantur, de excusat. tuto. ubi quod iudex ex uarijs animi motibus se informat, prout etiam cõfessio ma-

riti

riti ualet concurrentibus coniecturis pro confessione, Ant. Gab.lib. iij.in titu.de iure dot.concl.iiij.num.4.& Mohed.decis.ccij. & idem in confessione procuratoris, quæ probat concurrentibus coniecturis pro confessione, Put.decis.ccccxvj.lib.3. quæ aliàs non probaret, quia procurator non potest uoluntariè confiteri. Ant.Feli. & alij, in ca.j.ut lite non conte. & quia procurator non potest facere dominum incidere in pœnam sine speciali mandato, Alex.consi.lxxiij.num.8. lib.vj. Rol.consi.lxxj.in fi.lib.ij.& ita seruari uidi per Dominos.

25 ¶Nec quis miretur, quia coniecturæ, & adminicula faciunt, ut probatio perfecta probata per testes patientes exceptiones suppleatur ēt quoad defectum testium adminiculis, & coniecturis, etiam ad effectum l.finalis,C.de secundis nupt. uidelicet, in testibus probantibus ingratitudinem filiæ exheredatę à patre in testamento, in quo nouercam instituit, per ea quæ notat Deci.consi.clxiij.num.8.& Aym.consi. vj.num.66.& Soci. iun.consil.xxix.num.26. lib.ij.Aret.consil.xiij.col.v. Caccialup.in l.admonendi, de iureiur.num.153.Grat. consi.lviij. in fi. lib.ij.& facit regula, quòd defectus testium suppletur ex testium numero, quando testis non repelleretur in totum, Aym. de ant. temp. part.j.nume.257.Gabriell.lib.j.conclus.communium in titu. de testi. conc. u.vj.num.8.& coniecturæ,& adminicula, quę adducebantur erāt rixæ inter patrem,& filiam probatæ per alios testes licèt non in specie, conquestus patris contra filiam de iniuria, denegatio loquelæ, & accessus ad domum patris. Secundæ nuptiæ contractæ per filiā contra patris uoluntatem contra l.ij.ff.de ritu nup. Datio in dotem facta per filiam de bonis patris uiuentis contra l.ij.§.fi.ff.de his quib. ut indig.l.quidam,§.fi.ff.de donat.& quia appellauit patrem dolosum contra l.non debet.ff.de dolo,& patrem iniquitatis,& ulterius pater coegit filiam, ut renunciaret bonis paternis uigore statuti, mouit illi litē super iactationibus, & fecit quamplura alia, quæ faciunt indicia, & præsumptiones, ex quibus indicijs indubitata probatio efficiebatur. Iacob.Menoch.de arb.iud.lib.ij.cent.3.casu 279.num.2.& seq. & ex illis pariter uerisimilis probatio ingratitudinis reddebatur, quia uerò omnia consonant falsa citò dissonant, Socin.consi.cxlix. num.8. lib.ij. & uerisimilitudo est cognata naturæ, Bal.consi.clxxx.num.3. lib.iij. & propterea probationes uerisimiles cęteris præferuntur,& pro lege habentur. Oldrad.consi.xiij.in fi.Aym.consi.lxj.num.9.& unum uerisimile additum pluribus uerisimilibus facit plenam probationem, Reuerendissimus Albanus in lucubrat.ad Bar.in l.non est uerisimile, num. 2.& 4.ff.quod met.cau.& quia plura delicta licèt parua, reiterata inducunt augmentationem pœnę, ut in iure. Feli.in ca. at si clerici, nu.18. de iud.Iul.Clar.in pract.crim.§.fi.q.lxxxiiij.uersi. sed hic incidenter,& ad probandū uerisimilitudinē sufficiunt leues probationes, Dec.cōsi. 596.nu.7.Fel.in c.auditis,nu.23.de præscrip. & ita etiam seruari uidi.

¶Ampliari

26 ¶Ampliari potest etiam ista constitutio in donatione causa mortis, propter generalitatem uerborum positorum in constitutione, tam antiqua, quàm etiam addita: nam in antiqua dicitur, donationes,& c. sub quacunque forma contractuum, uel uerborum,& in additione dicitur, in omnibus, & quibuscunque instrumentis quomodocunque, & qualitercunque fiendis. Quę uerba sunt adeo generalia, quòd comprehendunt donationes simplices,& mixtas, sub quacunque forma fiant. & pro hac opinione faciunt congesta per Tiraq. super legib. connub. glo.v.num.75.& seq.qui loquitur in statuto prohibente mulierem simpliciter contrahere sine consensu uiri: sed nostra constitutio prohibet donationem sub quacunque forma contractus, & sic comprehendit donationem causa mortis.

27 ¶Et quia in constitutione mulier,& minor sunt prohibiti uendere, & alienare sub quacunque forma contractuum, an sint prohibiti testari sine solemnitatibus istius constitutionis,& uidetur quòd non, quia prohibetur alienatio sub forma contractuum, & contractus appellatione continetur actus ultro, citroq; obligatorius, l. Labeo, 19.§.contractum.ff.de uerb.sign.imò uerba, contraxerunt, non pertinēt ad ius testandi, l.xx.ff.dicto titu.de uerb.sign.& ibi glo.& Aluar.& glo.in l.testamentum.C.de testamentis, in uerbo, contractus dicit, quòd testamentum non est contractus.& Bald. ibi dicit, quod statuta loquentia de contractibus, non habent locum in testamentis, Tiraq.super legib. connub.glo.v.nu.93.& ita seruatur, uidelicet quòd mulier,& minor testantur passim sine solemnitatibus huius constitutionis.

28 ¶Sed si uellent in testamento contrahere parte præsente, non possent sine solemnitate, Tiraq.ubi supra, Io.dilectus de arte testandi, tit. j.caut.2.nu.7.& Hipp.Rimin.Instit.de donat.in princ.num.588. & seq. & nisi statutum tolleret facultatem testandi sine dicta solemnitate, Tiraq.ibi, num.97.

29 ¶Et propter dictam prohibitionem alienationis non poterunt mulier, & minor pignorare, quia prohibita alienatione, & pignoratio prohibita censetur, l. fin.C. de reb. alien. non alienan. ibi, uel hypothecam, uel pignoris nexum penitus prohiberi. ubi Bald.pariter hoc notat, Felin. in cap. ultimo, numero 9. de accusat. ubi additio, Tiraquell. super legib. connub. glossa quinta, numero 109. & sequen. Ideo non uidetur uera limitatio, quam ponit Cassan.super consuetu. Burgund. rubr.quarta, §.j. numero 19. car. 128. ibi allegat Bartol. in l. in quorum.ff. de pigno. qui loquitur in prohibitione facta à iudice, nos sumus in prohibitione facta à lege, quo casu Bart.tenet nostram opinionem.

30 ¶Et simili ratione mulier, & minor non poterunt fideiubere, ex quo sunt prohibiti alienare, & fideiubendo male utuntur substantia sua, Angel. in l. in personam. §. primo. uersicu. in textu. ibi, non poterit

X fideiu-

fideiubere pro alio.ff.de pactis. Cassan.super consuetu. Burgund. rub. iiij.§.ij.glo.ult.car.208. & fideiubere non licet, quia generaliter nullus in homine debet confidere, quare in dotibus fideiussores non dantur, l.j.& ij. C.ne fideiuss. dot. dentur . & minori fideiubenti datur restitutio in integrum , l.ait prætor, §.non solum.ff.de mino.ubi etiam scribentes, l.j.C.de filiofam.min.& seruus fideiubens sine consensu domini dicitur donare, Bart.in l.inter personam.§.qui pecuniam.ff.de pact. quem §.legit Ias. cum l. contra iuris.ff.dicto titu. ubi dicit , num.1.& seq. quòd talis fideiussio continet donationem quæ est aliena à seruo , per tex.in l.iij.§.seruus.ff.de pecul.& ob id , ut refert Hermolaus Barbar.in Plinium, cap.32. lib.7. quòd ab oraculo Apollinis fuit prohibitum fideiubere , & propterea Tiraq. super legib. connub. glo.v. num.104.& seq.tenet,, quòd statutum de quo ipse loquitur habeat locum in muliere fideiubente , ita & in casu præsentis constitutionis dicendum , quæ est magis generalis statuto, de quo loquitur Tiraq. ut sæpe dictum est superius .

31 ¶Et quia , ut diximus supra , minor & mulier prohibentur uendere , an prohibeantur consentire uenditioni de rebus eorum factis per alios sine dictis solemnitatibus.& uidetur quòd sic, l.iij.§.nõ tantum, ff.de donat inter uir.& uxor.l.creditor, & ibi Bal.C.eodem tit. Dec.in l.ult.col.iiij.uersic.in glo. in uerbo, accommodauerit.C.de pactis.Tiraq.super legib.connub. glo.v.num.143.& seq. ubi respondet ad contraria per eum adducta, nu.136.& seq.

32 ¶Minor vigintiquinque, & maior uiginti annorum committens homicidium punitur ut homicida, etiam quoad confiscationem bonorum uigore harum constitutionum, quia reputatur pro maiore, ut supra, cap.15.num.10.lib.iiij. Et Pius Quartus in sua constitutione , sub data xxij. Maij 1565. disponit , quod maior quatuordecim annorum in delictis pro maiore habeatur, sed de iure communi maior infante, & minor viginti annorum punitur pœna extraordinaria , Carrer. in pract.crim.§. homicidium, nu.2.& seq. Iul.Clar.in pract. crim. quæst.vj.col.j.& ij. Tiraq. super legib. connub.glo.v.num.154. ubi tenet , quòd minor obligatur ex delicto , & hoc ne delicta remaneant impunita, Cassan. super consuetu.Burgun.rub.iiij.§.j.num.35. car.129. Et prædicta intellige quando minor conuictus est testibus, & alijs legitimis probationibus. sed si solum sua confessione conuinceretur , etiam quòd confessio esset facta cum iuramento , tunc ex quo minori datur restitutio in integrum aduersus suam confessionem factam sine solemnitatibus , aduersus illam restitueretur Bald. in l.j.num.60. C.de confess. Ant.Gomes.in cap.j.delictorum, num.60.& Iul.Clar.in d. q.6.col.ij.uersi. proderit etiam . & in isto casu teneo quod non ualet confessio sine solemnitatibus iuris, quia ex confessione delicti minoris incipit oriri obligatio, Institu.de obliga. quæ ex delict.nascuntur,

Ant.Gabr.lib.ij.de min.conclu.iij. num.2. & ad hoc ut obligatio descẽdens ex delicto ualeat , requiritur quòd confessio delicti minoris sit facta cum solemnitatibus, iuris uel statutorum, idest cum auctoritate curatoris uel consensu propinquorum, ut supra.l.clarum. C. de aucto. præstan.Rol.consil.xxxj.num.1.lib.j.Iul.Clar.in pract. crimi. q.50.col.j ita uidetur dicendum in casu præsentis constitutionis , quando bona minoris uigintiquinque annorum ex delicto confessato per minorem confiscarentur , quòd si confessio delicti facta est per minorem sine solemnitate, de qua in constitutione, tunc esset locus constitutioni prohibenti alienationem , nam prohibita alienatione prohibetur confiscatio, Bart. in l.si finita.§.si de uectigalibus.colum.ij.uers.quærit glossa an idem, & ibi Alex.col.ix.uersic.& iuxta prædicta .ff. de damno infecto, Tiraq.super dictis leg.connub. gloss.v. nume.157. Ias. de actio. §.omnium. num.46. & ista confessio sibi non præiudicat, Rolan.consil. 51.nu.xxxviij. lib. j. sed si delictum fuisset confessatum per minorem cum auctoritate curatoris, uel consensu propinquorum, & iudicis decreto , ex tali confessato delicto oriretur obligatio valida ad confiscationem bonorum, licèt minor posit petere restitutionem aduersus hanc delicti confessionem, Ias. consil. cxxxiij. num. 1.lib.j.Rui.consil. cxxxv. nume.8. lib.j. Paris.consil.xcvj.nume.9.& 85.lib.j.Meno.de arb. iud. lib. secundo , cent.iij. casu 268. nume.4. uel aliàs de delicto constaret legitimis probationibus , quia tunc pariter esset locus confiscationi, ac delicta remanerent impunita : nihilominus cogita si casus ueniat .

Præterea impubes proximus pubertati , & doli capax obligatur ex delicto, si furtum committit, & intelligat se delinquere, §.in summa, Instit.de obligat. quæ ex delict.nascun.& l.impuberem, cum sequen.ff.de furt.& ideo lege Aquilia tenetur, quando impubes est capax culpa dicta l.impuberem, in fi.& l.v.§.& ideo..ff.ad l.Aquil. Angel. de maleficijs in uerb.scienter, & dolosè.num.12.Iul. Clar.in pract.crimi. §.fi.q.lx. in princ.Pet.à Placa lib.j.c.xxxij.car.560.

33 ¶ Præterea, ex contractu minoris facto sine solemnitate huius constitutionis non transfertur dominium, ex tex.in l.siquidem.C.de prçd. mino.& l.iij.§.si stipulanti. ff.de donatio. inter virum & vxo. Tiraquel. de constituto part.iij.limit.vij.num.23.& 50.& Bero. consil.48. nume. 14. lib. iij. maximè quia hæc constitutio resistit contractui à principio , cum dicatur in constitutione , fieri non valeant, nec aliquatenus celebrari, & propterea nulla oritur obligatio, neque ciuilis, neque naturalis, ut dictum est supra, gloss.vj. nume.94. & sequen. faciunt Pedemont. decis.163. num.23. prout dicimus in eo , cui est interdicta administratio, qui si uendit , non transfert dominium ementi , qui scit minori interdictam administrationem , l. si sciens , ff. de contrahen. emptio. ibi , dominus non ero . & simili modo si emero à debitore ,

quem ſuo fraudare: creditores ſecus ſi minor alienat ſeruata forma conſtitutionis, quia uidetur habilitatus ad transferēdum dominium, Bal.in l.mater tua,in fi.C.de rei uxo.actio.Tiraq. ſuper leg. connub.gl. 8.num.177.q. 20. licet conſenſus propinquorum non transferat dominium.

34 ¶Item ampliatur in minore forenſe contrahente in prouincia Marchiæ, quia minor & mulier reſpectu ſolemnitatis contractus tenetur ſeruare ſtatuta loci,in quo contrahit Tiraq.ſuper legib.connub. glo.8. nu.225.& idem dicas in procuratore,qui pro minore contrahit Tiraq. ibi num.231.& ſeq.

35 ¶ Ampliatur circa bona alibi ſita, quādo ſtatutum dirigit uerba ſua contra minorem,ſecus ſi contra bona Tiraq. ſuper dictis legi.connub. gloſ.8.num.227.& ſeq.

36 ¶Idem dicendum in muliere forenſe nupta in prouincia Marchiæ, quia mulier ſequitur domicilium uiri, Tiraquell. ubi ſupra, numero 229.

37 ¶Procedit etiam conſtitutio in minore uel muliere transferente poſſeſsionem ex conſtituto appoſito in contractu facto in alienatione rei ſuæ immobilis, in quo non interuenerunt ſolemnitates conſtitutionis.Alex.in l.1.§.ſi uir.ff.de acq.poſſ.Tiraq. de conſtituto par.iij. limit. 7.per totum,tenent non transferri, quia conſtitutum ſine titulo contineri non poteſt, ſed titulus uenditionis uel alterius contractus eſt nullus propter decretum appoſitum in conſtitutione noſtra ibi,nullius ſint roboris, & momenti,quæ cōſtitutio eſt confirmata à Papa cū decreto irritanti, quod decretum non poteſt pactis priuatorum tolli ut eſt dictum ſupra gloſ. vj. imò non ſolum nullus eſt contractus, ſed omnes clauſulæ in eo appoſitę nullæ ſunt,cum ſequatur naturam principalis contractus,gloſ.in l.ſi patronus.§.patronum.in uerbo Fauiana. ff.ſi quid in fraudem patroni,quem refert,& comprobat Tiraq.de cōſtituto,limit.7.num. 28. & ſeq. & quia concluſimus ſupra gloſ.vj.per iſtam conſtitutionem,ꝙ minori ſit ſublata adminiſtratio rerum ſuarum,& propterea nihil poteſt agere ſine conſcientia propinquorum, & iudicis decreto,ut concluſimus ſupra hac gloſſa, ampliatione ſexta, quòd propterea non poſsint minor, & mulier ſine ſolemnitate huius cōſtitutionis transferre poſſeſsionem facti,& in hac opinione uidetur rendere Tiraq.ſuper dictis leg. connub.glo.v.nume.160.& ſeq.ubi recitat opinionem omnium, & ego reſideo in iſta opinione etiam quod facto,& re aliter tradatur peripſum minorem poſſeſsio, quia tunc omnes in dicto §. ſi uir, concludere uidentur quod ſit tranſlata poſſeſsio, maxime quando animus trāſferentis demonſtratur, quod non habuit amplius animum poſsidendi: quia cum poſſeſsio ſolo animo retineatur, perdi uidetur ſolo animo, l.iij. §. in amittenda.ff.de acq. poſſ. Paul.de Caſt.conſ.cl.nu.4.lib.2.Ruin.conſ.cxxxvij.num.11. lib.j.etiam

reſpectu illius aſininæ poſſeſsionis, ſeu detentationis,ut per Imo. in l. is cui bonis,in prin.de acq.poſſ. quia per illam aſininam detentationē transfertur poſſeſsio. gloſſa, Bar.& Doct.in l.poſſeſsionem.ff.dicto tit. tamen pro dicta mea opinione faciunt,ꝙ quando à lege propter formam non ſeruatam annullatur contractus, & inſtrumentum alio modo, quàm in lege cauetur factum, partes non poſſunt conſentire, ut fiat alio modo,Bal.in l.j.num.46.C.qui admitti, Barbat. in clem.1.nu. 23. de electio. maximè,quia natura decreti irritantis, tam conſtitutionis,quàm confirmationis eſt, ut inferior nihil poſsit facere contra legem ſuperioris,Io.And.& Domi.in ca.cum de beneficio, de præb.in 6.Alex.conſi.lxxxj.num. 11.lib.iij.Rebuff. ſuper concord.de firma cōcord.ſtabilit.glo.j.in fi.Pedemont.deciſ.clxxij.num.18.& quia decretū irritans inficit titulum,& poſſeſsionem,ut eſt dictum ſupra, glo.vj. & operatur quòd actus ab initio non ualeat, & non oritur, neque ciuilis,neque naturalis obligatio,Soci.conſi.xciij.col.pen.& conſi.cxij.lib. j.Tiraq. ſuper dictis leg.connub.glo.iiij.num.2.12.& ſeq.& quia uidetur ſublata adminiſtratio rerum ſuarum, ut de illis non contrahat ſine ſolemnitate prædicta,Bal.in ca.j.num.6.& 7.de conſuet. rect. feud. & quando alicui eſt interdicta adminiſtratio ex eius contractu non transfertur poſſeſsio ciuilis,aut naturalis,etiam per traditionem facti in alium,Ang.in d.l.is cui bonis,col.ij.uerſic.noto,quòd contrahendo. Pau.de Caſt.ibi,col.j.uerſic.in textu ibi, tradere.Iaſ. col ij.ſub num.5. Ripa num.52.ff.de uerb.oblig.& Tiraq.ſuper leg.connu. glo.v. nu.164. & Rot.deciſ.j.de conſuetud.in ant.dicit, quòd ſi nō ualet contractus, nec minus ualet translatio poſſeſsionis,quam refert Aret.in d.§.ſi uir. col.iij.in prin.Rolan.conſi.xlj.num.35.lib.iij.Iaſ.in §.ſic itaque, nu.38. de actionib. dicit, quòd ſi minor, eccleſia, uel alia perſona transfert in alium poſſeſsionem uigore contractus inualidi, quòd poteſt illam repetere condictione indebiti:& dicit,ꝙ eſt caſus in d.§.ſi uir. & allegat Bart.in l.ſi aliena,num.3.& 4.ff.ſolu.mat.Socin. iun. conſi.lij. lib.2. & Soci.in l.rem quæ nobis,num.9.ff.de acquir.poſſeſſ.Quibus non obſtat,quòd ex actu nullo transferatur poſſeſsio,quoniam hoc intelligitur, & procedit ubicunque perſona eſt habilis ad transferendum, & actus ipſe aliundè non eſt nullus,& ita procedunt ea,quæ habentur in l.j.§.ſi uir.ff.de acq.poſſ.

38 ¶Coadiuuatur,quia conſtitutio præſumit dolū in contractu celebrato ſine dicta forma, & ſolēnitate, quo caſu minor ex iniuſta cauſa fuit priuatus ſua poſſeſsione, unde ex ſimili contractu non transfert poſſeſsionem etiam per traditionem facti,Alex.conſi.j.in fi.lib.iiij. Aym. conſi.ccxlviij.col.fi.lib.ij.Socin.in l.iij.§.ex pluribus, num.12.ff.de acq. poſſ.facit Rom.conſi.liiij.nu.5.ubi additio,Barb.conſil.lxx.col.iij. uol. iij.Curt.iun.conſi.50.quibus non aduerſatur Pariſ. conſi.xlix.lib.j.maximè, quia idem concluditur in dolo præſumpto propter enormiſsi-

mam læsionem, per Barbat.consi.xlij.nu.16.lib.j.& d. consil.lxx. col.3. uol.iij. & quia de iure in omni contractu dolus est exceptus, l. creditor.§.Lucius.ff.manda.

39 ¶Accedat, quia contrahens sine dicta solemnitate cum minore, uel muliere, est in mala fide c.qui contra, de reg.iur.in vj.glossa, in l.mala fides.C.de fide instrru.& iu. hast.fisca.lib.x.ubi Bart.consil.xlv.num.4. Neuiz.consi.lxxxv.num.14.Vnde retinens rem emptam sine dicta solemnitate à minore, uel muliere, non est tutus in foro conscientiæ, Tiraq.super leg.connub.glo.iiij.nu.20.imò retinet rem contra domini propriam uoluntatem P. R. d. Franciscus Sarmento, olim Rotæ Auditor in tract. de reddit. Ecclesiasticis, par.1.cap.ij.num.4. & seq. & ex his mihi concludendũ uidetur, ꝙ non transferatur ualida possessio ex contractu facto per minorem, uel mulierem, non seruata forma præsentis constitutionis.

40 ¶Quare talis minor, uel mulier, poterit contra emptorem agere spolio, quia cecidit à possessione ex causa iniusta, & ex contractu inutili, si tamen minor factus maior non ratificauerit, utputa lapsu quatriennij post perfectam ætatem, quia tunc non restituetur ex eo, quia officium iudicis, quod conceditur minori pro restitutione obtinenda durat quatuor annis, quantum durat tempus datum ad petẽdum restitutionem in integrum.& ad hoc faciunt Innoc.in ca.sæpè, de restit. spol.& ibi, Rip.num.14.& Deci.consil.449.num.31.Alex. consil.xcij.nu. 5.lib.1.& facit, quia prælatus Ecclesiæ; quando sine solemnitate alienat rem Ecclesiæ, potest ipse prælatus eandem rem repetere. text. & glossa, in c.si quis presbiter, de reb.ecclesi.non alien. Deci. consil.cxlij. col.ij.uersi.& secundum istam regulam, & in l. qui dolo.ff.de regu.iur. sed si solemnitates sint seruatæ, uel minor maior factus ratificauit, tunc non restituitur, Socin.in l.rem quæ nobis, num.9.uersic.prædicta tamen limita.ff.de acq.poss.& cons.cclxvj.col.ix.uersi.sed contra hoc, uol.2.& Alex.d.consi.xcij. num.5. lib.j. Iacob.Menoch. de reintegran. remedio 17.num.16.& seq. de ista declaratione dubito, per ea quæ dicentur infra, num.308.& seq.

41 ¶Præterea constitutio procederet etiam, quando minor, uel mulier compromitteret, ex quo compromissum est cõtractus transactionis, & ultro citroq; obligatorius, circa ea quæ laudabantur per arbitros, Bar.in l.si societatem.§.arbitrorũ.ff.pro socio. Paul. de Cast. cons.465. col.j.lib.j.& Lanfranc.in tracta.de arbitr. in v. q.quintæ q.principalis, præsertim, quia non solum prohibentur contrahere minor, & mulier in hac constitutione, sed alienare, & qui compromittit, alienare uidetur, ca.peruenit. ubi glossa, & Abb. de arbit.Tiraq.super leg.connub. glo.v.num.202.& seq.istam conclusionem limitat Io.Paul.Tholom. ex mente Rotæ, decis.iij. in fi. quando minor, uel mulier ex necessitate compromitterent, quia tunc non requiritur solemnitas statutaria,

l.j.§.sed & si patri.ff.de reb.eorum, Aret. in l.si tibi pecuniam, in 4.not. ff.si cert.pet.& propter alias rationes, & authoritates, quas alias forsan recensebimus, facit Tiraq. super legib.connub.glo.viij.num.200. & sequen.

42 ¶Sed quia idem Tiraq.in d.glo.v.super leg.connub.num.200. tenet, quod non possit ludere mulier ad ludos non prohibitos sine consensu mariti, iuxta formam sui statuti, quia ludere est alienare, & ego pertranseo cum eo. Sed in hoc non seruatur hæc constitutio, & si minor uel mulier ludendo perdunt pecunias, eis non datur repetitio pecuniarum amissarum: sed melius esset, ut in hoc seruaretur constitutio, quia multi minores propter fragilitatem ætatis cõsumunt omnia bona, quæ non consumerent si seruaretur constitutio, & daretur illis repetitio, & complices cogerẽtur ad restitutionem, qui propter huiusmodi timorem restitutionis cum minoribus non luderent. ideo non esset malum, ut Præsides, uel Principes remotis prauis consuetudinibus, super hoc specialiter ad fauorem minorum, & mulierum prouiderent, quos propterea omnes homines, tanquàm incapaces, prodigos, & furiosos fugerent. Vnde ipsi minores retraherentur à malo, & bonis artibus uacarent, pro quibus facit l. quòd si minor.§.restitutio, & l.pacti.§.si pecuniam.ff.de mino.

43 ¶Et ex quo supra conclusum est, non posse minorem, & mulierem cõpromittere, quia compromissum est species transactionis, fortius dicendum est, quòd non possint transigere, l. non solum.C.de præd. mino.nam transactio est species alienationis, l.j.ff.si quid in fraudẽ patr. Tiraq.in d.glo.quinta, super leg.connub. num.205. & num.216.tenet, quod non possint pariter diuidere sine dictis solemnitatibus, & num. 218.dubitat, an possit facere eleemosinam.& num.220.dubitat si potest promittere facere contractum super aliqua re. Ant.Gab.lib.j.cõmun.concl.in tit.de probat.concl.vij.nu.3.dicit, quòd prohibita uenditione per statutum censetur prohibita promissio de uendendo. & num.221. an possit minor præsentare sine solemnitate statuti. & nume. 223. dubitat an debeat interuenire hæc solemnitas in contractu tacito, utputa, in uidua quæ nubit non constituta alia dote secundo uiro, quàm quæ primo uiro constituerat, tamen lex fingit eandem dotem secundo uiro assignasse, l. dotem, & lege diuus .ff. de iure dot. cum multis alijs congestis ad hoc propositum per eum ibi.

44 ¶Amplia etiam in pacto redimendi rem emptam ab ipso minore, uel muliere facto post emptionem, quia tunc requiruntur solemnitates constitutionis, secus si incontinenti, Tiraq. super dictis leg.connub. glo.viij.num.90.& in tractatu de retract.titu.ij.ad fi.in princip. usque ad num.16.

45 ¶Sed quid si seruatæ sunt solemnitates constitutionis, sed consan-

guinei,& iudex,non intellexerunt quid ageretur, quia cōtractus erat simulatus: nam donabat,& fingebat uendere,& tunc contractus non ualet, quia consanguinei, & iudex,consentientes uenditioni,non con senserunt donationi, & propterea contractus remanet nullus, Tiraq. super leg.connub.glo.viij.nu.177.& seq.

46 ¶Et similiter si mulier, uel minor uendit rem emphiteuticam sine consensu domini, & solemnitatibus constitutionis, non cadit à iure suo,neque res alienata in commissum,quia l.iij.C.de iure emphit. loquens de empt. intelligitur de ualida, non autem de inualida, Tiraq. super dictis leg.connub.glo.viij.nu.205.& seq.

47 ¶Limita primo,ꝙ mulier & minor possunt nomine alieno uti procuratores, & tutores, & curatores,contrahere sine ista solemnitate ad commodum aliorum,& sine eorum damno,Ang.in l.quamuis,in prin. ubi Rom.Alex.Aret. & alij,ff.de acq.poss. & Rom.Alex.Soci. & Ias.in l. quæsitum,ff.de in ius uoc.& latè Tiraq.de leg.connub.glo.5. num.172. & seq.Cassan.super consuet.Burgund.rub.iiij.§.j.in glo. contraulx, nu. 21.& 24.car.128.Hipp.Rimin.Instit.quibus alien.licet, uel non,§.ij.nu. 3. declara tamen tribus modis,ut per Tiraq.ibi,num.180.& seq.& Cassan.ibi,nu.24.uers. intellige, ubi concludit, quòd tutor & tutrix sine solemnitatibus contraheret,ubi ex contractu tutor se obligaret saltem in reddenda administratione,l.fin.C.de legit. tuto.l.non solum,§. si libertus,ff.de excusat.tut. super quibus dicit ipse cogitandū, & ego idem dico.

48 ¶Secundo limita, quando minor & mulier contraherent cum ecclesia,uel Monasterio, quia statutis laicorum non subiacent Ecclesia, & Monasteria,Paul.de Cast. consi.432.col.ij.uersic.iij.principaliter,lib.j. Bal.Pau.de Cast.Alc. & alij, in l.generali,in prima,& ij. quæst.C.de sacrosan.eccl.Tiraq.multos cumulans in dictis legib. connub. gl.viij.nu. 162.usque ad nu.165.Cassan.super consuet.Burgun.rub.iiij.§.j.in glossa contraulx,num.22.qui loquitur in contrahente cum pia causa. Tiraq.de pia causa,priuil.113.

¶Contrarium tamen tenet Alberic.in 2.parte statutorum, q.2. quòd minor contrahens cum Ecclesia teneatur seruare formam Statuti, & Tiraq.qui alios infinitos allegat,in d.glo.viij.super leg.connub.nu.165. usque ad num. 172.& num.173.dicit, ꝙ ista limitatio est ualde dubia, & tamen in casu suo ipse tenet, quod non habeat locum dicta limitatio,sed quòd sit seruandum statutum suum,& propter uerba generalia istius constitutionis teneo, quòd ista limitatio non possit adaptari ad illam, quia minores prohibentur contrahere cum quibuscunque uniuersitatibus,& collegijs,quæ possunt esse pia, ut dictum est supra, glo.vj. & cum quibuscunque personis spiritualibus secundum unam lecturam,ut in d.glo.vj.& ultra Tiraq.in d.glo.viij.num.165.& 173.facit Barbat.consi.xlj.col.ij.& iij.lib.iiij.& Deci.in l.pactum, in fin.C.de collat.

collat.præsertim,quia hæc non est constitutio laicorum, sed legati de latere cōfirmata in Concilio Lateranensi,& à Papa, unde uidetur lex Papæ,utsupra sæpè dictum est. quare concludendum comprehendere personas Ecclesiasticas,Ecclesias, & loca pia: nam ideo in præmissis dubitant Doctores,quia statuentes erant laici, & non poterant in clericos,pia loca,& Ecclesias aliquid statuere, sed nos sumus in lege facta à Legato,& confirmata à Papa,qui possunt super clericis,& Ecclesijs statuere.propterea cum ratio sit diuersa, aliud dicendum est,& dico,ꝙ hæc limitatio non adaptatur constitutioni.

49 ¶Tertio limita in contractibus utilibus ipsi minori, & mulieri, quia huiusmodi contractus in fauorem minoris,& mulieris ualent, l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de action.emp. cuius uerba sunt hæc. Si quis à pupillo sine tutoris authoritate emerit ex uno latere constat contractus; nam qui emit obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat.qui textus nō allegatur ab aliquo quod uiderim, & ex eo tota ista materia deciditur, nihilominus Doctores uario modo loquuntur. & facit l.iiij. si quis pupillo.ff.de doli mali excep. Bal.in l.neque.C.de cōtrahen.& committen.stipul.Ang.& Imo.in l.multum.§.fi.ff.de acq.hæred.Socin.consi.lxxx.lib.iiij.Tiraq. super legib. connub.glo.viij.num. 62.usque ad num.87.Cassan.super consuetu.Burgund. rubr.iiij.§.j.glo. contraulx,num.25.car.128.& seq.ibi nescit firmare pedes,Franc.Sarmento de redditibus Ecclesiasticis,par.j.ca.ij.num.11.

¶Verùm multi sunt,qui tenent contrarium,uidelicet, ꝙ actus etiam utilis,non ualeat factus fauore minoris,uel mulieris, aut Ecclesiæ,sine solemnitate,ut annotarunt omnes relati per Tiraq. super leg. cōnub. d.glo.viij.num.56. usque ad num.62. & propterea minor etiam fundū sterilem de iure sine decreto alienare non potest,l.magis puto,§.si æs, & l.pen.in prin.ff.de reb.eorum. etiam quòd alienaretur in euidētem pupilli utilitatem,Afflict.decis.87.& Capic.decis.113.Iacob.Menoch. de arb.iud.lib.ij.cent.ij.casu 171.num.60.& seq.Bar.in l.cum hi.§.causam autem,ff.de transact.per tex.in l. si fundus,ff.de reb.eorum, & c.j. de reb.eccle. non alien.

50 ¶Præmissa conclusio,quòd ualet contractus sine solemnitate ad cōmodum,& utilitatem minoris intelligitur, quando tempore contractus,uel litis,nihil fuit oppositum: sed si fuit oppositum, quòd mulier uel minor non potest contrahere,uel agere sine solemnitate, tūc non ualet actus,Tiraq.in d.glo.viij.num.88.Cassan. super consuet. Burgun. d.rubr.iiij.§.j.glo.contraulx,num. 27.

51 ¶Secundo declaratur si constat euidenter de utilitate, & commodo minoris:nam in dubio deficiente solemnitate contractus non præsumitur utilis, Bald. in l. quicunque, uersic. scias tamen.C.de bon. quæ lib. Deci. consil. cccxxxij. colum. ij. uersicu. & in dubio, Tiraq. in d. glo.viij.num.89.

Non

52 ¶Non erit inutile uidere quando minor,uel mulier fiat locupletior,
& tunc fit locupletior, si nummi ei soluti penes eum salui sint,quos si
petat,doli mali exceptione repellet pupillũ in l.pupillo.ff.de solut. uel
si debitor iubente pupillo soluerit creditori pupilli, uel soluerit mer-
cedem præceptoribus, aut domum suffulsit, aut fundos excultiores
reddidit, & quid simile, licèt debitor non sit liberatus, cum requi-
ratur Doctoris authoritas, uel decretum iudicis, tamen submouebi-
tur exceptione pupillus.§.ex contrario,Insti.quib. alien. licet uel non
secus uerò, si pecuniam acceptam luserit,uel sibi furto subtracta,tũc
pupillus non est effectus locupletior, ideo debitor non est liberatus,
d.§.ex contrario,in fin. & propterea an ex solutione facta pupillo sit,
uel non sit factus locupletior pupillus, tempus quo agitur, inspicien-
dum est, uidelicet, an in eius utilitatem pecunia conuersa sit, & ma-
neat,de illo tempore uidendum est: & tunc si remanet pecunia exce-
ptione doli submouebitur, l.in pupillo.ff.de solut.& l.iiij ff.de excep.
& ideo si perierit res ante litem contestatam pupillus factus est locu-
pletior,& exceptione submouebitur.d.l.in pupillo.§.planè.ff.de solut.
& hæc nota pro declaratione præmissæ limitationis.

53 ¶Quarto,pro limitatione Doctores ponũt, quãdo minor, uel mulier
contrahit cum patre,uel matre,quia tunc non sunt seruandæ solemni
tates,Cassan.super consuet.Burgund.rub.iiij.§.j.glo.contraulx, nu.37.
car.129.Tiraq. super leg. connub. glo.viij. nume.210. Sed in præsenti
constitutione tenet contrarium, supra glo. iij. ideo pro declaratione
istius limitationis uide quæ ibi dixi, & in quocunque propinquo con-
trahente cum minore, & muliere, idem dicas propter easdem ra-
tiones.

54 ¶Quinto, pro limitatione constitutionis adducitur iuramentum ap
positum in contractu,propter quod mulier tenetur seruare iuramen-
tum, etiam quòd non seruauerit formam statuti, Cassan. super con-
suetud. Burgund. rubr.iiij.§.j.glossa contraulx, num.38. & sequen.car.
129. Sed de ueritate istius limitationis nide supra in glo.2. per to-
tum, & præsertim num. 42. & multis sequen. Alexan. consi.125.num.
3. & 8. libro primo, dicit quòd minor licèt sit prohibitus à iure do-
nare, transigere, & similia, ut in l.iiij.C.de præd. min. tamen potest
cum iuramento donare. Et non credo quòd possit applicari huic con
stitutioni, quæ disponit super iuramento,& est facta à Legato de la-
tere, & confirmata à Papa. uel dicas, quòd minor tenetur seruare
iuramentum, quousque petat absolutionem, vt dictum est supra,
glossa 2.

55 ¶Sexto,pro limitatione ponunt Doctores non procedere simile sta-
tutum in donatione causa mortis,Cassan.super consuet. Burgun.rub.
iiij.§.j.in glo. contraulx, num.44. sed istam limitationem non credo
posse accommodari huic constitutioni, ut latè dixi supra hac glo.nu.
26.

26. licèt aliàs in statuto simpliciter loquente uera esse posset: alias li-
mitationes positas per Cassan. ibi, per te uideas, quia non uidentur
accommodari posse ad earum nostræ constitutionis,& ego non inten
do superfluis membranas implere.

56 ¶Septimo limitãt Doctores in casum dotis,quia lex,uel statutum ge
neraliter loquens non comprehendit casum dotis, Socin.consil.lxxx.
col.penult.lib.iiij. Ruin.consi.lxj.col.iij.lib.iij.Catelianus Cotta in me
morialibus,in uersic.statutum, requirens consensum, uersi. an autem
statutum,tenet non habere locum in promissione facta per mulierẽ
ex causa dotis filiæ. allegat Felin.in ca.Ecclesia Sanctæ Mariæ, de con
stitu.col.23.& Negusant.in tract.de pigno.& hypothecis,in prima par
te,octauæ partis principalis,num.31.& dicit, ita uidisse seruari & pro
ista parte facit Tiraq.de retract, parte 1. §.j.glo.xiiij. nu.91. usque ad
num.96. & super leg. connub. glo.viij.num.197. Ego enim dubito de
ista limitatione propter generalitatem istius constitutionis,quę uult,
quòd in omnibus & quibuscunque instrumentis per ipsos minores,&
mulieres faciendis, quomodocunque, & qualitercunque debeat for-
ma hic tradita seruari, de quibus uerbis generalibus diximus supra
glo.vij.num.8. & sequen. ubi conclusimus comprehendere quemcun-
que actum, & ampliare dispositionem ad ea, quæ de sui natura non
uenirent, maximè quia ista solemnitas requisita in huiusmodi con-
tractibus non est contra dotem, sed pro dote,quia minor, & mulier
cum solemnitatibus prædictis magis efficaciter obligantur, quàm
obligarentur sine solemnitate,& quia dubium futuræ litis super uali-
ditate contractus uitatur. & pro ista opinione faciunt cumulata per
Tiraq.de retract.parte prima,§.j.glossa xiiij. num.96. & seq. ubi con-
cludit retractum habere locum in dote.& respondet ad contraria, de
quibus supra,& habemus textum expressum in l.mulier.C.de iur.dot.
in quo habetur,quod mulier minor vigintiquinque annis cum curato
re generali,uel speciali, rectè dare,& constituere potest dotem, & do
nationem propter nuptias.ubi Bald.num.1.dicit,non esse uerũ, quòd
in dote minor repręsentetur maior.& Alber.notat,quod minor con-
stituit dotem authoritate curatoris.& Salicet.idem dicit, & addit ex
mente Cini, quòd si dantur res immobiles,uel mobiles, quæ seruan-
tur seruando,quod debet decretum iudicis interuenire, ut l.lex, quæ
tutores .C. de administrat. tutor. et Cinus dicit, quòd ubi datur res
in dotem, in qua exigitur iudicis decretum, quòd illud debet inter-
uenire, et Augel. dicit. et sic à contrario uidetur, quod sine curatore
non possit,Bald.consil.cviij.colum.j.lib.j. adeo, quòd communis in-
tellectus dictæ legis est, quod mulier minor non possit sine consensu
curatoris,et sine decreto dare uiro suo bona in dotem.Si ergo mulier
de iure hoc non potest,et tenetur formam iuris seruare, multo magis
tenetur seruare formã statuti facti ad similitudinẽ legis,et ad uitãdas
fraudes,

fraudes, & idem dicendum est de muliere, cui per constitutionem est interdicta administratio, & equiparatur minori, quòd non possit sine ista solemnitate dotem filiæ constituere, & Tiraq. super leg. connub. glo. viij. num. 49. loquens in statuto prohibente mulierem contrahere sine consensu uiri, ponit exemplum in muliere minore contrahente, & dicit, quòd ultra consensum uiri requiritur solemnitas iuris, quia statutum suppletur à iure.

57 ¶ Octauo, quia textus in d. l. mulier, in fi. C. de iur. dot. dicit, quod mulier minor, etiam pro donatione propter nuptias non potest obligari sine consensu curatoris, mihi etiam ita dicẽdum uidetur, & ex rationibus, de quibus supra, num. proximo, Bald. consi. cviij. num. 1. in fi. lib. j. nihilominus Doctores tenent contrarium, Rom. consi. 280. & 394. Ias. in l. si unus, §. pactus ne peteret, num. 21. cum seq. ff. de pactis, ubi ponit regulas, & fallentias. facit tex. in l. j. C. si aduersus donat. ubi quòd donatio propter nuptias facta per minorem præsente curatore non reuocatur prætextu ætatis.

58 ¶ Nono, pro alia limitatione poni potest donatio facta ob benemerita, quæ ualet sine solemnitatibus, Bar. & ibi Pau. de Cast. in l. iubemus, col. 2. C. de sacrosan. eccl. ubi donatio facta Ecclesiæ, uel Prælato, absq; solemnitate ualet, dum tamen non sit excessiua, & sit temporalis, si est de re immobili, Ias. cons. 73. col. v. uol. iij. & dicitur donatio temporalis, quotiens fit ad beneplacitum donantis, & dicitur personalis, & non realis, Ias. d. consi. 73. col. v. uersic. iiij. moueor. facit Tiraq. in l. si unquam, in uersic. donatione largitus, num. 32. C. de reuoc. donat. & Put. decis. 399. lib. j. sed tamen credo non posse huic constitutioni adaptari propter illius generalitatem, Barb. cons. xlj. col. ij. lib. 4. & dictum est supra pluries, & num. 38. & 43.

59 ¶ Decimo, idem in donatione facta ei, qui prius eandem rem donauerat consensu propinquorum, quia ualet secunda donatio sine solemnitatibus, Tiraq. in l. si unquam. in uerbo, donatione largitus, nu. 194. C. de reuoc. dona.

60 ¶ Vndecimo, nec etiam procedit secundum Doctores in alienatione necessaria, quia in ea non sunt seruandæ solemnitates, l. dissolutæ. C. de condi. ob cau. Corn. consi. 254. lib. 1. Ias. in l. si unus, §. pactus, ne peteret, nu. 29. ff. de pact. Alex. consi. ccxv. col. 2. vol. 6. Ioan. Paul. decis. iij. & dictum est supra hac glossa, num. 34.

61 ¶ Duodecimo, propterea potest quis alienare bona sua sine solemnitate, si alienat pro redemptione captiuorum, uel sua, si existat captiuus, l. quamuis, ff. solu. matr. auth. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Tiraq. super leg. connub. glo. viij. num. 282. & seq. & in terminis, Rom. consil. 316. num. 2. & seq.

62 ¶ Tertiodecimo, idem dicunt Doctores in contractu pacis factæ per minorem, uel mulierem sine solemnitatibus quantum ad pacem tan-

tum,

tum, non autem quantum ad pœnam, Abb. consi. cviij. lib. ij. Crot. in l. iiij. §. Cato, num. 116. ff. de uerb. oblig.

63 ¶ Decimoquartò, & idem dicunt Doctores in ratificatione consequutiua contractus principalis, in quo solemnitates interuenerunt, quia in eadem ratificatione non requiruntur eædem solemnitates, Tiraq. super leg. connub. glo. v. nu. 165. & seq. contrarium tenet Rol. consil. xc. nu. 49. & seq. lib. j. & in ratificatione requiruntur eędem solemnitates, quæ in actu principali, tenet Deci. consil. 536. intellige dummodo ex ratificatione minor, uel mulier amittat possessionem rei, uel sentiat aliquod damnum, Alex. consi. j. col. fi. lib. iiij. sed ubi nihil amittit, uel non sentit damnum in ratificatione consequutiua, non requiruntur solemnitates per ea, quæ notat Tiraq. ubi supra, cuius opinionem seruari uidi in ratificatione consequutiua Communitatis, quæ nõ potest alienare sine solemnitate, l. fi. C. de rebus Ciuit. uend. lib. x.

64 ¶ Decimoquinto limitatur etiam in re pignorata iudicis authoritate, quia tunc illa res uendi potest sine decreto iudicis. Fabia. de Monte in tract. empt. & uend. parte v. principali, nu. 98.

65 ¶ Decimosexto & pari modo limitatur, quãdo minor successit patri, qui promiserat dare domum, uel aliquid aliud Titio; nam tunc filius minor potest sine decreto & solemnitate alienare, l. magis puto. §. sed si pater. ff. de reb. eorum, ubi glo. & Alberic. dicit, quòd si initium alienationis processit ex persona patris pupilli, tunc fit alienatio, uel traditio rei sine decreto prætoris, aliàs secus, & l. j. & iij. C. quando decreto opus non est. & idem est, si testator iussit aliquid uendi pro certo pretio, quia tunc hæres potest mandatum testatoris sine solemnitate adimplere, Tiraq. super leg. connub. glo. viij. nu. 184. cum seq. ubi multa similia ponit, & similiter, quando minor alienat bona ex uoluntate defuncti, utputa, quia testator iussit uendi bona minorum, quia tunc non requiruntur solemnitates, quia concurrit uoluntas defuncti, l. j. & ij. ubi Bald. C. de præd. min. Fabia. de Monte in dicto tract. de empt. & uend. q. quinta principali, nu. 98. uersi. v. & ult.

66 ¶ Decimoseptimo fallit etiam in alienatione, quæ fit propter negligentiam minoris, utputa, quando patitur præscriptionem rei suæ sciẽter, Fab. de Monte, in tract. de empt. & uend. q. v. principali, num. 98. secus si ignoranter, quia tunc datur restitutio in integrum minori mulieri, & maiori, & ita seruari uidi.

67 ¶ Decimooctauo fallit etiam quando pater alienat bona filij minoris in casu à iure permisso, quia tunc non seruantur solemnitates, Fab. de Monte in dicto tractatu de empt. & uend. q. v. principali, num. 98. uersi. item quarto fallit.

68 ¶ Decimonono fallit in hermafrodito minore, quia in eius contractu non sunt seruandæ solemnitates, Bal. in l. omnes populi, colum. 9. uersi. quid si statutum dicat. ff. de iust. & iure. & Pont. Perusinus in l. stipulatio-

pulatio-

pulationum,col.viij.uersi.quod firmat Bal.ff.de uerb.oblig.& ibi Mo-
der. uide supra,num.5.

69 ¶Vigesimo item non procedit constitutio, quando minor contrahit
cum fisco,uel Principe,Tiraq.super leg.connub.glo.viij.q.xix. nu.175,
& seq.sed de ista limitatione dubito ,propter uerba generalia posita
in ista constitutione,de quibus supra sæpius dictum est, & facit glo.in
clem.j.de iudi.quam sequuntur ibi Doctores , Barbat.consil.xlj.col.ij.
in fi.lib.iiij.& facit glo.in l.de unoquoque.§.apud fiscum.ff.de re iud.

70 ¶Vigesimoprimo nec procedit in contractu simulato inter minorē
& contrahentem cum eo, Tiraq. in d. glo.viij. nume.179. uide supra ,
nume. 45.

71 ¶Vigesimosecundo item non procedit quando minor præsentat ali-
quem ad beneficium,Tiraq.in glo.v.super leg.connub. num.221. Put.
decis.vij. de transact.

72 ¶Vigesimotertio limita,quando est facta stipulatio mihi,aut pupillo
dari,quia uidetur quod promissor possit soluere minori sine decre-
to & authoritate tutoris,l.xj.ff.de solut.facit Rom. consil.394.

73 ¶Vigesimoquarto fallit etiam,quando prætor iussit debitori, ut sol-
ueret minori sine solemnitatibus , & isto casu minor non est audien-
dus super restitutione in integrum,l.vij.§.quid tamen. ff.de solu. quia
minor ad lucrum non restituitur,Deci.consi.cclxj.in fi.Aym.cons.271.
num.7.Tiraq.de retract.par.j.§.xxxv.glo.2.num.10.

74 ¶Vigesimoquinto & pariter non sunt seruandæ solemnitates, quan-
do præses declarat minorem esse maioram ex aspectu corporis , licèt
falsum sit,l.xxxij.ff.de minor.

75 ¶Vigesimosexto , limita in muliere faciente testamentum, quia po-
test facere testamentum non seruata solemnitate constitutionis , ut
dictum est supra hac glossa,nu.27.

76 ¶Vigesimoseptimo fallit in minore xxv.& maiore xx. annorum com
mittente homicidium respectu confiscationis bonorum , & aliarum
pœnarum , de quibus supra , cap.xv.nume.10.lib.iiij. & in hac glossa ,
num.32.

77 ¶Vigesimooctauo fallit quādo minor factus maior ratificat contra-
ctum factum in minori ætate, quia ex dicta ratificatione ad sui prę iu-
dicium conualidatur contractus,Imò.in c. si quis presbyterorum, nu.
21.uersi.nec obstat,de reb.eccl.non alien.ubi dicit, quòd actus nullus
ratione personæ potest eadem persona ratificari , Tiraq. super dictis
leg.connub. glo.viij. nu.91.licèt possit contractum impugnare si uo-
luerit,Tiraq.ibi.num.99. & multis sequen.quid si contractus est dolo-
sus. Paris.consi.100.lib.j.num.69. tenet , quòd non possit ratificari, &
consi.49.nu.24.& 27.eodem lib.tenet contrarium .

78 ¶Trigesimonono limitari posset in mutuo facto inter uirum & uxo-
rem, vbi adest statutum quod mulier non contrahat sine consensu vi-
ri,

ri, Tiraq. super leg. connub. gloss. viij.num. 3. & multis seq.

79 ¶Trigesimo , limita quando minor iurat se maiorem 25. annorum,
& isto casu ualet contractus in sui præiudicium,vt latè firmat & decla
rat Tiraq. super leg.connub.glo.viij. nume.135. tamen obtenta abso-
lutione à iuramento,& probata minori ætate,credo contrarium.

80 ¶Trigesimoprimo etiam limitatur,quando communi hominum opi
nione minor pro maiore habetur , Tiraq. super leg.connub.gloss. viij.
num.144.& multis sequen. sed credo contrarium probata vere mino-
ri ætate,quia ueritas prę ualet opinioni.

81 ¶Trigesimosecundo fallit,quando minor uel mulier uendit, & donat
res Titij , de consensu Titij , cui postea minor , uel mulier successit ;
nam tunc non potest , ut hæres impugnare contractum per se factum
de re Titij sine solemnitate statuti. Bald. in l.ultima. in fine, C.de pa-
ctis.Tiraquell. super legi.connub.glo.viij.num.178.

82 ¶Trigesimotertio fallit, quādo mulier,uel minor contrahit extra ter
ritorium,& iurisdictionem constitutionum , quia tunc potest sine so-
lemnitatibus contrahere,nisi hoc faciant in fraudem, Tiraquel. super
leg.connub.gloss.8.num.216.

83 Trigesimoquarto fallit in muliere prouinciali nupta in alia prouin-
cia, in qua non seruatur constitutio,contrahēte de bonis non existen
tibus in dicta prouincia : nam tunc non tenetur seruare solemnitates
constitutionis . Secus si contrahit de bonis in prouincia Marchię exi-
stentibus,Tiraq.ubi supra,glo.viij.nu.230.

84 ¶ Poteris etiam ponere pro limitatione contractum factum à mulie
re sine consensu uiri, quæ habebat virum , qui non erat uerus uir , sed
putatiuus propter impedimentum existens inter dictos coniuges,
quia ille contractus potest ualere , & non valere : sed in quantum po-
test ualere sine consensu uiri, & sic sine solemnitate, tunc ponas pro li
mitatione in quantum non ualeat sine consensu uiri putatiui . ponas
pro ampliatione ad statutum,de quo per Tiraquel.super legi.connub.
glo.viij.nume.233.& multis sequen.per totam 33.quæstio.in qua istam
materiam latè examinat,ad eum recurre.

85 ¶Quia diximus supra hac glossa, num.2.quòd per istam constitutio-
nem est prouisum fragilitati sexus minorum & mulierum, nunc uiden
dum si potest subueniri minori,& mulieri, qui seruata forma constitu
tionis contraxerunt, & contractus propterea validi sint, l.j.§.si conue
niat.ff.depositi.& ideo remedio prouenienti ex iure communi, mino-
ri lęso in contractu ualido succurritur,scilicet restitutione in integrū,
quod uocatur remedium extraordinarium, l. in causę , la seconda , ff.
de mino.& imploratur restitutio in integrum Iudicis officio , l. quod
si minor,ff.dicto tit.ex quo prætor pollicetur minori auxiliū,l.j.§.præ-
tor edicit.ff.de mino. ubi dicit prætor , quod gestum est cum minore
xxv.annorum,utique quæ ea res erit animadnertam, quia prætor na-
turalem

turalem æquitatem sequutus minorum tutelam suscepit,ut in d.l.j.in
princ.& §.fi.cum ll.sequen.& considerat aliquid gestum esse per mino-
rem siue contraxerit,siue quid simile contigerit,ut puta si emit,si uen
didit,si societatem coiit,si mutuam pecuniam accepit, & captus sit ei
succurretur,l.gestum,ff.de mino.& l.minoribus C.de in int.rest.min.&
sic ubi minor est deceptus,uel læsus,restitutione in integrum succur-
ritur,l.si curatorem habens,C.de in integ.restit.& l.1.ff.de restit.in in-
teg.Borgnin.Caual.de tutore,num.140.

86 ¶Et lesionis causa potest considerari hoc modo in contractu emptio
nis, uel alio:quia si minor uendidit, uel locauit rem aliquam, quam
non debuerat uendere uel locare, & tunc in totali contractu fuit læ-
sus, & restituitur aduersus dictum contractum, ut habeatur pro non
facto,l.ij.C.si aduersus uendit. ubi text.dicit,aduersus cōmentitias uē
ditiones,& aduersus insidias tutorum restitutionem concedam,& re-
stitutio erit facienda, & unus quisque in integrum ius suum recipiat,
ut si in uendendo fundo circumscriptus restituetur quia prætor iube
at rem cum fructibus reddere,& pretium recipere, quatenus non de-
derit tunc consumpturo,l.quòd si minor,§.restitutio.ff.de mino.quare
restitutio in integrum definitur esse in pristinum statum repositio,d.
§.restitutio. ubi Bart.Bald.Alber.& alij Ioan. Mauritius in tract.restit.
in integ.cap.1.& in fi.dicti ca. monet eum qui petit restitutionem su-
per quare petere debet. Sed ut hæc res magis nota sit attende ad cau
sas infrascriptas,quia in contractibus minor non restituitur nisi pro-
bata deceptione,l.si minorem,C.de mino.Specul.de restit.in integ.§.5.
uersic.sed quare.

87 ¶Nam si curator uendiderit rem minoris ualide,etiam si non inter-
cedat collusio,si grande damnum pupilli uel adolescentis uersatur, in
integrum minor restituitur, l.pe.ff.de min.ubi Alberic.quòd propter
grande damnum,non propter modicum restituitur. & non solum re-
stituitur minor ubi curator non fecit dolum,sed ubi uendidit propter
necessitatem,dummodo iusta causa restitutionis existat,l.tutor,ff.eo-
dem tit.ubi etiam Bar.& Bal.hoc notant.

88 ¶Præterea,minor etiam in emptione rerum, quæ fuerunt maiorum,
in quibus alius plus offert cui deliberatur, si probat sua interesse rem
ab eo emptam fuisse, & offerat illud plus quod alius obtulit,in inte-
grum restituitur,l.si in emptione,ff. de mino. ubi dicit Bar. quòd mi-
nor restituitur propter interesse affectionis, & idem dicit ibi Bald.&
quòd propter illud interesse fingitur minor enormiter lædi,alias non
haberet minor restitutionem, & Alberic.ibi circa huiusmodi interes-
se affectionis ponit multa exempla.Tiraquel.de retractu,in præfatio-
ne,num.34.& sequen.declarat dictum textum,& adducit multas con-
cordantias.

89 ¶Restitutionis causa etiam est,quando minor inconsulte dedit insolu
tum

tum prędia patris ob debita rationis tutelæ aliorum,quam pater ad-
ministrauerat usuris pecuniæ debitæ cum fructibus perceptis com-
pensatis,l.minor annis.§.prædia.ff.de mino.ubi glossa, & Alber. dicit,
quòd minor repetit rem cum fructibus,& restituit pecunias cum usu-
ris, & Bal .quòd minor restituitur aduersus dationem in solutum, &
fructus compensantur cum fructibus,& Bar.quòd usuræ ab uno debi-
tæ cum fructibus perceptis ab alio compensantur, & rescisso contra-
ctu per restitutionem in integrum debet reddere, quicquid ad eum
peruenit ex dicto contractu ne fiat locupletior cum aliena iactura,
Natta consi.371.num.2.

90 ¶Restituitur minor quando soluit indebitum etiam ex ea causa,ex
qua iure ciuili repetitio non est danda,quia est ei utilis actio ad repe-
tendum,l.illud,ff.de minoribus, & in debito legato licèt per errorem
iuris à minore soluto ei repetitio per restitutionem conceditur, si nō
est lapsus tempus ad petendam restitutionem, l.ij.C.si aduersus solu-
tionem.ubi Bar.& Bald.dicunt, quòd persona minoris facit locum re-
stitutioni, & ibi Iaco.Cuiac.ꝙ indebiti restitutio aliquando facit locū
restitutioni,uel causa legitima,uel sola persona,uel restitutio in inte-
grum,sed in ista lege illud sola persona minoris locum facit repetitio-
ni,utputa,si pupillus sine tutoris authoritate,uel furiosus, uel cui bo-
nis interdictum est soluerit, nam his personis soluendo indebitum
locum esse repetitioni non ambigitur, & si extant nummi uendica-
buntur,consumptis uerò condictio locum habet, l. interdum, ubi gl.
Bar.Alber.Bal.& cęteri,ff.de cond.indeb.

91 ¶Causa restitutionis minori est etiam si in optione ei remissa, rem le
gatā sub alternatiua,uel elegit deteriorē,uel consignauit preciosiorē,
l.& si sine. in princ. alias est in l.ait prætor.§.hodie.certo iure.ff. de mi-
no.ubi Bar.notat minores restitui in eo quod non sunt lucrati,& idem
quando minor legatum repudiauit,d.§.hodie de mino.& l.fi.§.fin uerò
pater.C.de bon.quæ lib. ubi textus loquitur de repudiatione paterna.

92 ¶Mora commissa per minorem in solutione precij debiti de fundo
empto per patrem,qui fecerat pactum legis commissoriæ in euentum
quòd in tempore non solueret, præbet minori iustā causam petendi
restitutionem aduersus lapsum dilationis tēpore minoris ætatis:quia
in hoc minor lędebatur,& huic lęsioni non curabant tutores uel cura
tores minori auxiliū adhibere.l.Æmilius.ff.de mino.xxv ann. & Bar.
summat dictum textum,quòd præscriptio conuentionalis incępta cū
defuncto maiore si finiat cum minore, currit sine spe restitutionis nisi
cum minore aliquid gestum fuerit,uel aliquid interueniat ex quo etiā
maior restituatur, Bald.uerò summat quòd minor restituitur aduer-
sus læsionem solo cursu temporis contingentem ex conuentione ini-
ta cum maiore cui minor successit, nisi cum ipso minore aliquid de
nouo sit gestū super quo fundetur lęsio,Alb. fere dicit idem quod Bar.

Curt.Sen.conſil.59.col.j.dicit quòd communiter ſumatur dicta lex,vt
per Bar.per ea quæ dicunt Doctores,videlicet Bar. Ang. Pau. de Caſt.
& Alexan.in l.cum filius.§.in hac.ff.de uerb.oblig. Iacob. Cuiac.in d.l.
Emilius, dicit ꝙ minor non poteſt ex aliqua ex rationibus allegatis
in textu reſtitui, licèt Imperator conceſſerit reſtitutionem ipſi mino
ri, Ioan.Maurit.in tra.reſt.in integ.c.95.ait per dictam l.Emilius, præ
iudicari minori conuentionali preſcriptione,modo nihil cum eo actũ
ſit:ſed ſi cum minore aliquid geſtum,puta denunciatione ei uel tuto-
ribus eius facta,tunc currit præſcriptio conuentionalis contra mino-
rem,ſed reſtitutionem ſuccurritur, & hanc aſſerit eſſe communem do
ctrinam,& propterea cap.96. putat minorem reſtituendum aduerſus
omiſſam ſolutionem cenſus,quæ fuit inchoata cum patre, & perfecta
cum minore, & ſufficiat quòd denunciatio ſit facta tutori uel curato-
ri,ut dicatur aliquid geſtum cum minore.Idem Ioan. Maurit. cap.97.
& ca. 290. ubi loquitur in retractu,ubi tempus retrahendi lapſum eſt
cum minore, tenet quod reſtituatur.& c.299.ubi loquitur de pacto re
dimendi lapſo cum minore,tenet quòd reſtituatur, & ſiue ſit propter
læſionem cauſatam ex lapſu temporis, ſiue ſit, quia minor reſtituitur
ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa,Io.Mauri.in d.tract. c.98.
ſiue ex alia, ſatis eſt quòd minor reſtituitur aduerſus lapſum tempo-
ris quod cauſat læſionem in minore,etiam quòd proueniat ex conuẽ-
tione facta cum defuncto,ſi tempus lapſu, eſt minori,per quod res eſt
facta inempta per legem commiſſoriam,uel minor incidit in aliquam
pœnam,Bald.in l.ait prætor.§.non ſolum.ff.de mino. allegat, l. cum fi-
lius.§.in hac.ff.de uerb.oblig.in qua tractatur de amiſsione iuris,licèt
minori currat tempus,tamen minor reſtituitur,Bart.in l.fi.in fi. C. in
quib.cauſ.in int. reſtit.non eſt neceſſ.& hæc uidetur omniũ ſententia,
& propterea minor ex facto defuncti nõ reſtituitur, ſecus ex facto ſuo
tutoris aut curatoris, & iſte eſt communis intellectus dictæ l.Emilius.

93 ¶ Octaua cauſa reſtitutionis eſſe poteſt,ſi minori ſoluta ſit pecunia,
quam male conſumpſit,uel perdidit.l.ait pretor,uerſ.ſed & ſi pecunia.
ff.de mino.propterea textus dat ibi cautelam, ut minor quando uult
exigere,debet ſecum ducere curatorem cui ſoluatur pecunia : & ſi nõ
ducit ſecum, tunc debitor deponat penes edem ſacram, uel debitor
cogat minorem,ut petat ſibi curatorem cui ſoluatur,l.ſi pupillo. ff. de
ſolut.§.ideoq; ſi debitor Inſtit.quib.alie. licet,uel non.Iacob.Cuiac. in
d.l.ait prætor,in princ.ubi gloſſ.Bar.& Alber.notant illam queſtionem
an minor 25. maior 14. annorum renunciando beneficium Eccleſia-
ſticum reſtituatur in integrum. & tenet quòd non, quia in iſtis ſpiri-
tualibus habetur pro maiore.c.ſi annum,de iudi.in 6. Put.deciſ. ult.in
fin. lib.j.quando eſt ius alteri quæſitum. Vide Rebuff. in praxi benefi-
ciali,in tit.ratione perſone,num.1.& ſeq.& in tracta.de pacific.poſſeſ.
nu.177. & quid ſi habet plura beneficia,de quibus unum reſignat, non

dicitur

dicitur circumuentus,Rebuff. ubi ſupra in praxi.nume.6. Si uerò mi-
nor læſus ſit reſtituitur,Put. deciſ.432. lib.j. intellige antequàm alteri
conferatur: ſed poſtquàm eſt alteri collatum,non conceditur reſtitu-
tio.Abb.in c.ex parte,colum.5. de reſt. ſpol. quam doctrinam domini
ſepe ſequuti ſunt, & ſupra nu.18.

94 ¶ Eſt etiam iuſta cauſa quando tutor uel debitor ſoluit curatori,qui
non habet ſaluam pecuniam pupilli,ut ex ea locupletior ſit,petere de
nouo poteſt per reſtitutionem in integrum à debitore ſummam ſolu-
tam,l.j.C.ſi aduerſus ſolut.ubi glo. dicit quòd plena liberatio paratur
debitori, quando minori ſine curatore ſoluitur, & minor habet hanc
pecuniam ſaluam,uel tantundem Inſtit.quib.alien.licet,uel non. §. ſin
autem pleniorem, quando autem auctoritate tutoris uel curatoris,
debitor liberatur ipſo iure: ſed minor reſtituitur, ſi tutor uel curator
non habet pecuniam ſaluam, d. l. j. pleniſsimam etiam liberationem
recipit debitor,quando ſoluit cum iudicis decreto, l. ſancimus. C.de
adminiſtra. ubi gloſſa, & non datur hoc caſu reſtitutio minori iſtam
gloſſam defendit ibi Cyn.& Bald.& Salic. optimè declarat tria mem-
bra gloſſe,quem uide. Preterea non datur reſtitutio in his ſolutioni-
bus,que fiunt curatoribus ex redditibus, uel ex penſionibus, uel alijs
huiuſmodi cauſis,d.l.ſancimus.§.non autem. & in uſuris extendit Im-
perator in l. conſtitutionem, C. dicto titul. de adminiſtra. ampliatur
etiam in reſtitutione fideicommiſsi,quæ ſoli tutori fieri poteſt, l.ſan-
cimus,in principio,C.ad Senatuſconſult.Trebell.

95 ¶ In aliis caſibus quotiens ſoluitur ſoli curatori, uel cum eius aucto-
ritate reſtitutio datur,ſed cauſa cognita.Bal.in d.l.j. C. ſi aduer.ſolut.
num.1.Ioan.Maurit.in tracta.de reſtitu.in integ.c.50.utputa in fideiuſ
ſione mandato conſtituto ex promiſsione aduerſus rem iudicatam,
acquiſitionem hæreditatis,uel alterius ſucceſsionis ſi captus,uel leſus
ſit minor,& quando eſt ſuus uel extraneus heres: ſecus ſi eſt neceſſa-
rius.l.neceſſarius,§.ult.ff.de acquir. hered. & ut bona ſua ſeparent, l. j.
§.ult.ff.de ſeparat.Iaco.Cuiac.in d.l.ait pretor,in princ.uerſ.ſed hoc in
ſolutionibus,nec reſtituitur minor quando facta eſt ſolutio in minori
etate,& perdidit pecuniam factus maior, Alber. in d.l.j. C.ſi aduerſus
ſolut.& eſt ratio,quia in minori etate non fuit leſus, & quando mino-
ri facta eſt ſolutio,qui petit pecuniam à debitore de nouo,debitor ue
rò probat pecuniam ſaluam eſſe penes minorem,& propterea fuit ab
ſolutus à Iudice,poſt abſolutionem minor amiſit pecuniam, queritur
an debeat reſtitui? Alber. dicit quòd non: quia ſolutio fuit approba-
ta Iudicis decreto,l.ait pretor.§.permittitur. ff.de min. licèt in contra
rium faciat, quod fuit læſus poſt ſententiam exiſtens in minori etate,
& mihi placet prima opinio, ex quo pecunia ſoluta minori, que erat
ſalua,fuit relicta minori iudicis auctoritate, & quia debitor à iudice
accepit abſolutionem que ſufficit,ut in d.§.permittitur.

 ¶ Decima

96 ¶Decima causa est si in iudicio minor agendo uel defendendo ca-
ptus sit.l.ait prætor.§.non solum.ff. de mino. ibi, in iudicijs subuenitur
minori si captus sit. ubi glossa dicit quòd minor restituitur, quando
omisit allegationes in causa,quia fuit contumax.l.minor etiam,uel nõ
appellauit.l.& si sine. §.item si non prouocauit. ff. de mino.Io.Maurit.
de resti.in int.c.liiij.& ita summatur textus in dicto §.non solũ p Bart.
Bal.& Alber.& aduersus omissas probationes.c.auditis,de resti. in int.
uel nõ plenè probauit creditum,uel probauit dolum aduersarij, quia
non soluit quod debet,& tunc probatur dolus,Alber.in l. præfecti, ff.
de minoribus,& sufficit in hoc causam coloratam allegare quę si pro-
bata fuerit,restitutionẽ parasset.c.auditis,de resti.in int.Io.Maurit.in
tract.de rest.in int.c.xlix.Natta cons.cccxliij.num. 1. Et idem quando
litis contestationem in causa omiserit . idem Io. Mauric.c.51.si acta
minoris erronea sint idem Io:Maur. c. lij. & quando prætermisit pete
re quartam dilationem idem Io.Maurit.c.liij.& quando omisisset op-
ponere obiectus.Boer.decis.ccxlij.num.7.
97 ¶Et propterea restituitur minor aduersus rem iudicatam, l.præses
prouinciæ.ff.de mino.l.pen.& ult.C.si aduer.rem iud. Bar. & Bal.in d.l.
pręses.dicit,quòd iudex ordinarius potest restituere minorem etiam
contra sententiam suam,& prædecessoris, & Alberic.dicit quòd tan-
tum operatur costitutio in minore,quantum appellatio in maiore, &
minores xxv. annis per tutores uel curatores defensi , etiam contra
Rempublicam causa cognita in integrum restituuntur.l.fi.ff.de in int.
rest.Aret.cons.160.col.2.uers. secundo principaliter.etiam quòd pos-
sit habere regressum contra tutorem,uel curatorem, Rol. cons.10. nu
20. & seq. lib. 2. & potest petere restitutionem in integrum,uel agere
contra tutorem,idem Rol.cons.72.num.47.lib.iij.
98 ¶Verum minor non restituitur aduersus sententiam ex eo solo quòd
probauit se minorem,ut dicit text.in l.nam & postea.§.si minor. ff. de
iureiur.ibi,sed plerunque ipsum prætorem debere cognoscere an ca-
ptus sit, & sic in integrũ restituere:nec enim utique quia minor est,sta
tim circumscriptum se docuit , ubi glossa in uerbo,docuit,hoc notat,
& Bar. ibi nu.6. dicit, quod minor eo ipso quod non appellauit nõ est
læsus nisi doceat se habere aliquid,propter quod in causa appellatio-
nis debet uincere.Bal.idem tenet in lect.antiqua,Ang. & Sali.Alexan.
num.8.Ias.nu. 17.Ant.Gab.lib.ij.commu.conclus.de mino. conclus. ij.
& Bar.in d.§.si minor. sequitur Rol.cons.53.nu.42.& seq. lib.ij. ubi as-
serit hanc esse communem opinionem, Natta consil.343. num. 3. est
etiam textus in c. constitutus,de restitu. in integ. quamuis multi te-
neant contrarium,nihilominus Gabriell.ibi nu.2. ex mente Imolæ di
stinguit , aut minor est reus,& non appellat , & tunc tanquam læsus ,
debet restitui:aut est actor & non appellando,non est læsus & propte
rea non debet restitui,licèt minor in possessorio iudicio læsus restitui
tur

tur,Didac.lib.j.uariar.resolut.c.5.num.8. Et ista probatio læsionis,uel
omissæ probationis sufficit,quod fiat præsumptiuè,Natta consil. 343.
nu. 1.imò sententia lata contra minorem falsis allegationibus absque
restitutione in integrum falsitate detecta, dicere potest sententiam
nullam ipso iure,l.diuus,ff.de re iudi.ubi Bar.& alij, Soci.Iun.consi.xl.
nu.20.lib.ij.Ruin.lxxxix.nu.14.lib.j.& Ias.in d.l.diuus, nu.8.dicit, quod
est necessaria restitutio quãdo sententia lata est ex falsis probationi-
bus, & asserit esse communem opinionem.
99 ¶ Quare practica est, ut minor antequàm audiatur aduersus omis-
sam appellationem, desertionem, & tres conformes sententias,debet
imprimis docere de læsione , & causa propter quam debet restitui ex
nouis actis, & probationibus, Rota decis.j.de restit.in int.in nouis.Pa-
leott. decis.cccij. qui loquitur de minore petente restitutionem ad-
uersus aditionem hęreditatis ex qua prætendebat se læsum, l.minori-
bus.C.de rest.in int.Cassad.decis.j.eod.tit.Rol.consil.53.num.45.lib.2.
& debent istæ probationes fieri pręsumptiuè,l.in lege Aquilia si dele-
tum.ff.ad leg.Aq.& Bal.in l.nam & postea.§.si minor,col. fi.dicit,quòd
si minor petit restitutionem ad probãdum debet probare bis. Primo
pro habenda restitutione,secundo ea habita: sed summaria probatio
sufficit pro habenda restitutione cum debeat sequi plenaria , quem
sequuntur Ang.Sali.& alii,Natta cons.343.num.1. & nu.5.dicit, quòd
si læsio non est probata, iudex nullo modo debet concedere restitu-
tionem minori,& hæc uidetur uera,& communis conclusio.Put.decis.
263. lib.3. & ex noua causa,& ex nouis probationibus semper est con
cedenda restitutio. Peregrin.decis.229. lib.j. & aduerte , quia petens
restitutionem,docere debet de iure suo,nõ autem de iure tertij, Put.
decis.441.lib.2.& Achill.de restit.in integ. decis. 9. dicit, ꝙ fuit dene-
gata ecclesiæ non afferenti summariè,ꝙ haberet nouas probationes,
quæ probaredebent etiã luce meridiana clariores,Aym.de ant.temp.
parte j.nu.323. Aegi.Boss.in tit.si aduersus rem iudicatã,nu.4.ubi atte
statur de cõmuni opinione, Abb. in c.ex literis,nu.16.de rest.in integ.
100 ¶Et restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non potest cõ
petere minori,nisi altero de duobus modis positis p Bar.in l.j. C.si ad
uersus rem iud.sub nu.9. uers.hoc pmisso. primo quãdo minor nõ pro
bauerat ut debuerat,& debet dici,quia minor non probauit, & omisit
talem probationem facere, ex qua omisione iudex absoluit tutorem,
propter quod minor sui facilitate est læsus , quia diligens paterfami-
lias hoc non fecisset,tunc concludat quòd iudex restituat dictum mi-
norem aduersus dictam sententiam latam pro tutore, & reponat eũ
in eo statu,in quo erat quando poterat facere dictas probationes , &
isto modo intelligitur restitutio aduersus omissas probationes, l.1. si
101 aduersus litem.Si uerò sententia lęsit tãtum minorem quia acta sunt
bene facta,& secundum acta sententia erat ferenda pro minore, tunc

Y 3 solum

ſolum petitur reſtitutio aduerſus dictam ſententiam, & debet petere ut ex primis actis ſententia formetur ac ſi iudicatum non fuiſſet, quẽ Paul. de Caſtr. & Sali. in d. l. 1. C. ſi aduerſus rem iud. ſequuntur, & Abb. in c. tum ex literis, num. 4. de in int. reſt. num. 5. Natta conſ. 524. num. 12. & 525. num. 51. Ideo attende in formanda commiſsione reſtitutionis in integrum, & articulis uel libello pro minore, ne poſsis tu patrone cauſarum inculpari de negligentia, uel ignorantia, & uide textum in l. patri. §. ſi pecuniam, ubi Bar. ff. de mino. notat qualiter ſit formanda ſententia. alia exempla ponit Io. Maurit. in tract. reſt. in int. ca. 236. & ſeq. Notandum eſt quòd reſtitutio cenſetur facta ipſo facto de ſtilo dominorum de Rota per proceſſum ad ulteriora, non autem ſolent domini aliquem in ſententia pronunciare eſſe reſtituendum, & Ant. Gomeſ. thom. ij. uariarum reſolut. iur. c. 14. de reſtit. in int. num. 8. uerſ. item quæro. dicit, quod dupliciter proponitur reſtitutio in integrum principaliter narrando, & implorãdo iudicis officium nobile pro reſtitutione conſequenda, ſecundo modo incidenter per uiã exceptionis, ut ſi quis agat cõtra minorẽ lęſum poſsit hoc remedio ſe defendere, quem uide. ſed Aegid. Boſs. in tit. de reſtit. in int. aduerſus rem iudic. num. 25. dicit, quòd duplex eſt reſtitutio in integrum. Prima, quæ conceditur à lege ſcripta minoribus, maioribus ex cauſa, ſiſco, & Reipublicę, & Eccleſiæ, & ab eodẽ iudice qui iudicauit, l. in cauſæ. §. fi. ff. de mino. quid uerò de alijs iudicibus, patet ibi, & tam præfectus urbis, quàm alij magiſtratus pro iuriſdictione ſua reſtituere in integrũ poſſunt, tam in omnibus alijs cauſis, quàm contra ſententiã ſuam. intellige alij magiſtratus. i. habentes merum, & mixtum Imperium ſecundum gloſſam, Bar. & alios in d. §. fi. Iacob. Cuiac. in d. §. fi. dicit, præfectũ urbis in integrum reſtituere poteſt. Itẽ pretores, & conſules, l. cum quidã, in prin. ff. de acqui. hæred. & præſides in prouinciis, & magiſtratus urbani, uel prouinciales etiam aduerſus ſuas ſententias etiam in integrum reſtitutionem dare poſſunt, l. 3. C. ubi, & apud quem cognitio, uel aduerſus ſententiam eius, qui par imperium habet, puta collegæ uel deceſſoris, l. pręſes. ff. de mino. Itẽ maior magiſtratus aduerſus ſententiam minoris, ut præfectus prætorio aduerſus ſentẽtiam præſidis, & præfectus urbis aduerſus ſententiam Prętoris, Conſulis autem maius eſt Imperium, l. 3. §. ult. & ſeq. ff. de arb. minor enim magiſtratus aduerſus ſententiam maioris non reſtituit, l. minor magiſtratus. ff. de minor. ideo aduerſus ſententiam præfecti prætorio alius, quàm ipſe pręfectus prætorio non reſtituit, l. 1. §. ult. ff. de off. præf. præt. nam cæteris omnibus imperio, & dignitate antecellit, l. 1. C. de off. uic. & obtinet rerũ ſummã, l. quilibet. C. de decur. & ibi multa pulchra recitat de pfecto prætorio, & iudex delegatus non reſtituit aduerſus ſuam ſententiam, quia eius iuriſdictio eſt finita ſua ſententia, & ſolus princeps reſtituit aduerſus ſuam ſententiam, d. l. minor magiſtratus, §. idẽ Imperator, ff.

de mino. & l. 3. C. ſi aduerſ. rem iud. & in cauſa fiſci ſolus procurator Cæſaris eſt iudex competens, l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum. & apud iſtos petitur reſtitutio de iure communi.

Et qualiter procedatᷣ in cauſa reſtitutionis in integrum, quando non petitur aduerſus contractum, ſed omiſſas probationes, præſcriptionem, aut ſentẽtiam, uide plene Aegidium in c. tum ex literis, nu. 6. de reſti. in integ.

102 ¶Secunda reſtitutio eſt, quæ conceditur à ſolo Principe, l. j. §. fi. ff. de quęſt. l. diui fratres. ff. de pœnis, & conceditur ex gratia Principis, Bar. in d. §. fin. & aliquando conceditur ex mera gratia, ut toto titulo C. de ſententiam paſsis, & l. j. §. deinde adiuit. ff. de poſtul. Felin. in c. cum te. de re iud. num. 13. Aegid. Boſsius in d. tit. ſi aduerſus rem iud. num. 25.

103 ¶Et quæ ſit iſta reſtitutio ponit textus in l. j. C. de ſentẽtiam paſsis. ibi, cum oblatus eſſet ei Iulianus Licinius ab Opilio Vlpiano tunc legato in inſulam deportatus, tunc Antoninus Aug. dixit. Reſtituo te in integrum Prouinciæ, & adiecit, ut autem ſcias quid ſit in integrum reſtituere, Reſtituo te honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris, & magis declaratur in l. fi. §. fi. C. dicto titulo. & hæc reſtitutio ita ampla cenſetur facta quando Princeps motu proprio reſtituit, ut in d. l. j. & iſta dicitur reſtitutio plenaria, quæ reſtituit ad bona in alium tranſlata, Put. deciſ. 118. lib. iij. ubi plura, Secus ſi ad petitionem relegati, quia reſtitutus non cenſetur reſtitutus ad patriam, & ordinem, niſi hoc ſpecialiter petierit. l. filij. §. Senator. ff. ad municip. & idem dicas quando quis fuit condemnatus cum confiſcatione bonorum, ſi reſtituitur ad patriam, non cenſetur reſtitutus ad bona fiſco incorporata niſi ſpecialiter hoc petierit. l. ij. C. de ſententiã paſsis. l. iiij. C. de bonis proſcript. & de actionibus competentibus deportato ante deportationem, ad quas non reſtituitur niſi ſpecialiter petatur. l. 5. C. de ſententiam paſſis. & niſi princeps bona conceſsiſſet, quia tunc etiam obligationes cõceſsiſſe uidetᷣ, l. princeps. ff. de uerb. ſig. & l. caſus. C. de ſententiã paſsis.

104 ¶Econuerſo uerò reſtitutus ad honores ex indulgentia Principis, & non reſtitutus ad ſua bona non poteſt à creditoribus antiquis conueniri etiam publico nomine, l. ij. & iij. ff. de ſententiam paſsis, & l. iiij. C. d. titulo. Secus eſt, ſi eſt ad bona reſtitutus, l. iij. §. fi. ff. de ſententiam paſsis, & l. ſi deportatis. C. eodem titulo, quæ bona ut nõ ſatisfaciat creditoribus relinquere non poteſt. d. l. 2. in fi. ff. de ſententiam paſsis. etiã quòd ſit effectus locupletior, l. iiij. C. de ſent paſſ.

105 ¶Sed quid ſi reſtitutus recuperauit partem bonorũ, tenebitur creditoribus antiquis inſolidũ, uel pro parte ſatisfacere, & dicas pro parte. l. iij. C. de ſent. paſſ. Secus in fiſco, quia ſi ob pecuniã debitam fiſco bona occupata ſunt, reſtitutus remanet cum ſuis fideiuſſoribus obligatus, l. iij. §. fi. C. de ſent. paſſ.

106 ¶Seruus qui damnatus erat in metallum, reſtitutus ex gratia Prin-

cipis redit in domini potestatem.l.j.§.fi. ff.de quæsti.cum simil. Secus in filio restituto ex gratia Principis,qui non redit in patriam potestatem,l.in insulam.C.de sent.pafsis,& si pater cōdemnatus restituatur, nisi specialiter impetrauerit,ut filios in potestatem reciperet,eos nō recipit , & filius quicquid acquirit,sibi acquirit, l. si pater. C. de sent. pass.secus si est ad bona,& dignitates pater restitutus,l.fi.in princi. C. de sent. pass.

107 ¶Infamia,quæ ex sententia deportationis prouenit,ex indulgentia generali principis non tollitur,l.fi.C.de gene.abol.& l.generalis. C. de sent. pass. secus si per restitutionem in integrum aduersus dictam sententiam restituatur,quia tunc infamia liberatur,l.j.§. pro qua sententia.ff.de postul.

108 ¶Præterea restitutus ad militiam, non recipit stipendia , & donatiua medij temporis,nisi specialiter sit ad hoc restitutus,l.ex causa, ff. de re milit.& l.cum allegatis.C.d.tit. de re milit.

109 ¶Sed redeamus ad minorem , qui non semper restituitur aduersus iudicatum: nam si sententia lata sit à Principe, non restituitur minor aduersus sentētiam Principis,l.minor autē,§.sin aūt Princeps,ff.de mino.Afflict.decis.liij. Tiraq.de nobilitate,c.28.nu.17.uide infra,nu.167.

110 ¶Nec aduersus sententiam præfecti prætorio minor restituitur,l. præfecti,ff.d.titu.de mino.

111 ¶Nec restituitur is,qui minorem sua sponte defendit,& ex causa iudicati condemnatus est,l.eum qui,ff.de mino.nisi sit tutor,uel curator qui ex necessitate officij defendunt,l.ult.C.si aduers.rem iudi. uel nisi mandato minoris,l.cum mandato,§.sin autem,ff.de mino.

112 ¶Nec minus restituitur minor in causa libertatis,l.ult.C.si aduersus libert.& l.illud.ff.de appellat.

113 ¶ Præterea sententia lata contra minorem nō habentem tutorem uel curatorem,nulla est,& non eget restitutione.l.j.C.qui legit.personam stan.in iud.l.si præses,C.qūo,& quando iudex.& propterea prohibetur ferri sentētiā cōtra minores indefensos.in l.acta,§.fi.ff.de re iud.

114 ¶Scire etiam oportet , an restitutio in integrum petita retardet exequutionem sententiæ datæ contra minorem de iure communi . & text.in l.unica,C.de in integ.restit.postul. nequid noui fiat, dicit omnia in suo statu esse debere donec res finiatur, & id curabit iudex cognoscens de restitut.in integrum, & regulariter impeditur exequutio per restitutionem in integrum , ut tenent Canonistæ communiter in c.suscitata,de restitut.in integ.& Alex. in l.iiij.§.condemnatum, num. 26.in fi.& Ripa,num.30.uersic.contrarium tamen,ff.de re iud. Didac. in tract.practic.quæst. cap.25.nu.7. & ubi sententia infamat,Boer.decis.lxvij. numero 2. & Mohed. decis.ccclix.dicit , quòd in restitutione quæ competit de iure communi minori, Reipublicæ , & maiori ex clausula generali , quòd tunc petitio restitutionis retardat exequu-

tionem

tionem.allegat Capell.Tolos.q.liiij.Afflict.decis.ccclvj. nu.3. & vj.pro ut retardatur quando petitur restitutio aduersus sententiam per contradictas latam uigore commissionis restitutionis signatæ prout de iure,quæ clausula operatur quando subest iusta causa restitutionis,ut uideatur de bono iure ante exequutionem.Reuerendiss.Paleottus decis.clxxv.Staphil.de literis grat.& iustitiæ,car.clxiij.& ibi iusta causa erat tractatus concordiæ tempore datæ sententiæ per contradictas.

105 ¶ Limita primo,nisi restitutio in integrum requireret altiorem indaginem, quia tunc non retardatur executio,Bart. in d.§.condemnatum,num.3.Corn.cons.iij.num.8.refert tenentes opinionem Bar.lib.j. Verùm contra Bar.est communis opinio Doctorum , ut per Alex.Ias. & Rip.in d l.iiij.§.condemnatum,nu.30.& opinio Bar. uidetur secuta à Rota, quando petitur executio super liquidis,secus super illiquidis.

116 ¶ Limita secundo,quando imminet præsumptio calumniæ contra petentem restitutionem in integrum,c.suscitata,ubi Doctores, de in int.resti.Corn.cons.iij.num.9.lib.j.Didac.in tract.pract.quest.c.xxv.nu. 7.tenet opinionem Alex.Cassad.decis.j.de restit.in int.ubi tenet Rotam uariasse aliquando pro opinione Alex.& aliquandopro opinione contraria Saliceti,Put.decis.456. lib.ij.dicit quod Rota obseruat decis.lj.de appellat.in no.& non decis. lxij. dicto titulo,ut refert Cassad. decis.j.ut lit.penden.& ad docendum de calumnia committentis causam restitutionis in integrum solet præfigi terminus partis ad probādum que si non probat aliquam causam,proceditur ad executionem, etiam quòd doceretur de bono iure,cui bono iuri censetur renunciatū tacitè ex nō prosequutione appellationis,& ideo sententiæ acquieuisse,& quando super bono iure auditur illud,non est nisi ex gratia, & restitutio quæ conceditur ex gratia nō impedit executionem . Abb. in c.suscitata.col.fi.& in c.tum ex literis,col.fi.de restit.in integ.Put.dicta decis.cccclvi.lib.ij.Mohed.decis.ccclix.

117 ¶ Declaratur tertio secundū Cor.cons.iij.nu.6.& vij.lib.j.d.l.j.C.de in int.resti.postul.nihil noui fiat.ut procedat quoties est petita restitutio in integrum . quæ competit de iure communi secus in ea quæ petitur uigore rescripti:quia iura specialia sunt minus efficacia quàm iura communia , & presertim si rescriptum sit cum clausula, constito de narratis,seu bono iure. quia tunc rescriptum est conditionale,quo casu termini non sunt pares , Belle.cons.xviij.num.22.facit Put.dicta decis.cccclvj.lib.ij.Et faciunt quæ dicam infra limitatione quinta de restitutione gratiosa, quæ conceditur in beneficialibus,& quid si cōmissio est signata Placet de restitutione constito de bono iure, tunc non datur restitutio nisi cōstet de bono iure, & uerificetur cōmissio, quia restitutio est cōditionaliter & gratiose cōcessa, Corn. cons.iij.li. j.col.j.& ij.& ita seruari uidi.

118 ¶Quartò limitatur quando est petita prius exequutio,quàm com-

missa

missa sit causa restitutionis in integrum, prout de iure. Bal. in l. 1. C. ne lice. ter. pro. Alex. in d. §. condemnatum, ubi Rip. nu. 30. & Alex. consil. lxij. col. ij. uol. 6. Cassad. deci s. j. de restit. in integ. Put. decis. 285. lib. ij. & ita obseruatur, quòd quando est præuentum in petitione exequutionis, quòd fiat exequutio; & quando est præuentum in committendo restitutionem in integrum, quòd retardetur exequutio: tanto magis quando cessat calumnia, & exequutio dicitur cœpta, quando est lata sententia declaratoria in Miscellan. decis. 178.

¶ Prout non retardatur exequutio quando petitur restitutio ex capite paupertatis procuratoris, si nõ cõstat de bono iure. Paleot. deci. 86.

119 ¶ Quinto in beneficialibus per commissionem constito de bono iure absque alia ratione uel causa, quia tunc talis restitutio non competit de iure communi, sed conceditur ex mera gratia Principis, nõ debet impedire exequutionem rei iudicatæ. Mohed. decis. 359. quia res iudicata debet exequutioni demandari non obstante restitutione in integrum petita à maiore, Cassad. decis. j. de restit. in integ. & est de mente omnium in d. §. condemnatum, & in c. suscitata, de in integrum restit. & ita seruatur in practica, quia de iure sententia, & res iudicata exequi debet, & quando conceditur restitutio in beneficialibus, gratiosè conceditur, constito tamen de bono iure, Io. Paul. decis. 90. uide supra limit. iij. præterquàm in minoribus, & in Ecclesia, quia isti nõ tenentur parere, Mohed. decis. 177. & Io. Paul. decis. 22. quo casu data cautione exequitur sententia, c. suscitata, de in inte. restit. & cautio in illo casu non debet præstari pro expensis, Rot. decis. vj. de restit. in integ. in no. Imo. in d. c. suscitata, nu. 14. Aegid. nu. 11. & ideo debent Referendarij attendere in signãdis commissionibus in beneficialibus, & prophanis: quia in prophanis non deberet concedi restitutio gratiosa, sed cõmittere causam restitutionis, prout de iure, & cum clausula, parito iudicato, saltim quoad possessionẽ, Staphil. de lit. grat. & iust. car. 162. uersi. quando est lata in beneficialibus, cum clausula, constito de bono iure, & parito iudicato, ut patet ex præmissis.

120 ¶ Et ita restitutio, quæ prouenit ex rescripto Principis datur priuato ex iuribus nouiter productis ex gratia, l. diui fratres, ff. de pœnis. ibi, uel cum non haberet probationũ instrumẽta, quæ postea reperijt pœna afflictus sit. nonnulla extant principalia rescripta, quibus uel pęna eorum minuta est, uel in integ. restitutio concessa, sed id duntaxat à principibus fieri potest, & sic ex gratia facit, l. iiij. §. fi. ff. de pœnis. ibi, nemo potest commeatum, remeatumve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa, & l. ad bestias, l. moris, §. istæ ferè sunt. in fine d. tit. de pœnis, & l. j. §. fi. ff. de quæst. unde quando conceditur restitutio ex iuribus nouiter repertis per Principẽ, ista restitutio est gratiosa, quia de iure cõmuni res iudicata, & transactio ex iuribus nouiter repertis nõ põt retractari, l. uel prætextu. C. de transa. ubi glo. ponit res fallentias in cã Reipub.

Reipub. pupilli, & Ecclesiæ. facit Io. Paul. decis. 90. de qua supra, nu. proximo, Ant. Gab. lib. 2. com. concl. in tit. de restit. in integ. concl. 2. dicit hãc opinionẽ esse magis cõmunẽ, & propterea illã ampliat, & limitat.

121 ¶ Notandum est, ꝙ in restitut. in integ. ad appellandũ pro uerificatione narratiuæ cõmissionis impetratæ super dicta restitutione sunt examinandi testes, qui uerificent narrata, si non plenè saltem semiplenè, quia in restitutione ad appellandũ leuiores sufficiunt probationes, Aegid. decis. 334. ubi cõmissio mandabat Auditori, ꝙ restituat si, & prout de iure, maximè quando quis petit restitutionem ad appellandum aduersus sententiam latam pèr contradictas, quo casu non est tanta præsumptio iustitiæ ipsius sententiæ latæ sine contradictore, & propterea Rota mandat procedi ad ulteriora in causa appellationis, & uideatur de bono iure appellantis, quia super restitutione in integ. non solet proferre sententiam specialiter, sed per decisiones mandat procedi ad ulteriora, quæ decisiones habent uim sentẽtiæ interloquutoriæ, ut est dictum supra, in glo. iiij. nu. 2. & Put. decis. cccc. lib. iij. debet etiã petens restitutionem in integ. ad appellandum si ei est præfixus terminus ad docendum de bono iure, in primis de bono iure suo docere, aliàs non restituitur, etiam ꝙ doceat de impedimentis narratis in cõmissione, Rot. decis. v. de restit. in integ. in no. & quibus concedatur hæc restitutio, Rot. decis. vij. de except. in no. & an retardet exequutionẽ, Rot. decis. 51. de appellat. in no. licèt sit contra decis. 62. eod. tit. tamen illa 62. non seruatur, ut dicit Cassad. decis. j. ut lit. pend.

122 ¶ Sexto limita, ut retardetur exequutio rei iudicatæ, quando cõstat de impedimento procuratoris, quia fuit detẽtus infirmitate per octo menses, & illo tẽpore fuit lata sententia, à qua non appellauit, & testes examinati in uim remissoriæ erant ad Curiam reportati, ex quibus cõstabat de bono iure, & propterea ex clausula generali, si qua mihi iusta causa inesse uidebitur, ex æquitate Rotæ retardata fuit exequutio rei iudicatæ, & quando obijt procurator cõceditur restitutio, quę uidetur cõpetere de iure cõmuni ẽt in spolio, ut in lib. Miscell. deci. 289.

123 ¶ Septimo limita, nisi quadriennium lapsum sit, clem. j. de restitu. in integ. & ca. j. de restit. in inte. in 6. & infra dicetur.

124 ¶ Duodecima causa restitutionis cõcedẽdæ (ut tandem ad illas causas redeamus) est si minor non appellauit infra decem dies, l. & si fine, §. item si nõ prouocauit intra decem dies, subuenitur ut prouocet, ff. de mino. & l. j. in fi. C. si sæpius in integ. rest. post. ibi, sed si in ea ætate estis, cui subueniri solet appellandi uobis ius restituimus. Si uerò causa tractatur per tutores, & curatores minorum, & ipsi eorum negligẽtia permiserunt labi tẽpora instantiæ, minores habent regressum aduersus tutores, & curatores, & eorum bona; quæ si non sufficiunt, subueniuntur restitutione in integ. l. properandum, §. fi. C. de iudi. & §. pupillis. in Auth. de hæred. & Falci. ubi glossa ponit multa exẽpla, quibus

currit

currit præscriptio minori, sed succurritur restitutione in integrũ, l.vlt. ff.de in inte.rest.l.ẽt.ff.de mino.l.2.3.& 5.C.si tut.uel curat.etiam quòd interuenerit decretum magistratus, l.2.in fi.ff.de prǽd.min.l.3.§.siquis. ff.de mino.Balb.in tract.præscript.parte prima quintæ partis principalis, q.6.ubi dicit, quòd indistinctè currunt præscriptiones in iudicialibus contra Ecclesiam, minorem, & alios, sed restituuntur in integrũ. Quibus non obstat l.fi.C.in quib.ca.restit.in integr. non est necess.ubi dicitur quod præscriptiones non currunt contra minores. Ideo nõ est necesse, ut petant restitutionem in integrũ: quia illæ leges loquuntur in præscriptionib. extraiudicialib. vt declarat idẽ Balb. in d.6.q.nu.3.

125 ¶ Nec minus obstat l.auxilium. ff.de mino. quia loquitur in accusationibus omissis, ob quas omissiones quis à pœna liberatur, ideò in illis minor nõ restituitur, gl.in d.§.pupillis, in Auth.de hered. & Falci.& gl. & Doctores in d.l.auxilium, & ibi Iaco.Cuiac.multa pulchra declarat.

126 ¶ Decimatertia causa est eremodicium, uel desertio, aut lapsus instantię, aduersus quam minor restituitur, uidelicet quãdo est lapsa, uel deserta instãtia trium annorũ, iuxta l.properandum.§.si pupillus.C.de iudic.& l.& si sine.§.fi.ff.de mino. Vbi Bar. dicit quòd si instãtia perempta est pp absentiam minoris restituitur, quia eo ipso, ꝙ nõ cõparuit læditur, & pp læsionem petit restitutionẽ, & hoc quia dilationes iudiciales currũt minori ipso iure, licèt restituat, Bart.in l.sancimus, nu.5. uers.oppono & uidetur.C.in quibus ca.in integr. restit. non est necess. & ista restitutio, quę datur minori, est fauorabilior q̃ illa quæ datur absenti ex causa Reipublicæ, Soci.cons.cliij. nu.29. Nã absens restituitur ad appellandũ, minor verò restituitur ẽt ad totã cãm, gl.in l.necnon.§. ꝙ eis. ff.ex qui.cau.ma. & multas auctoritates adducit Soci.in d.cons. nu.29.& ista restitutio cõceditur ẽt maioribus, si docuerint ex iusta cã absuisse, vt dicit tex.in d.l.& si sine.§.si de eremodicio. Vide Ia.Cuiac. ibi q multa congerit ꝓ declaratione, Io.Maurit.de resti.in inte.c.283. ¶ Et eadem ratione minor aduersus lapsum fatalium restituitur, Phi lip. Franc. in c. ex ratione, de appellat. & semper intellige probata læsione aliunde, quàm ex lapsu temporis, ut dictũ est supra: & si non probetur læsio, non debet concedi restitutio nisi cum clausula (parito iudicato) quæ importat, ut petens restitutionem dimittat possessionem, & fructus restituat, c.fin. de restit. spol. & cle. ut calumnijs, de re iudi.Staphil.de lit.grat.& iust.fol.161. uers.quando est lata una sententia.Cassador.decis.5.de appellatio.

127 ¶ Minor in contumaciam condemnatus restituitur in integrum aduersus sñiam diffinitiuam, uel interloqutoriã, uel mandatũ de restituendo, l.minor ẽt.ff.de min.ubi glo.Bar.Bal. & Alber. colligunt hic multa de contumace uero & ficto, & an sententia lata contra minorẽ indefensũ ualida sit ita ut egeat restitutione, quos uide, & posset poni exẽplũ in sñia lata ꝑ cõtradictas cõtra minorẽ lĩtimè & peremptoriè citatum,

citatum, qui non comparuit neque per se, neque per suum procuratorem, aut tutorem, uel curatorem, & ob id in eius contumaciam uerã fuit condemnatus, quia uerus contumax apparenter, & existenter nõ appellat, Rot.decis.2.de dol.& cõtum.in no. Fran.in c.Nicolao milite, in fine. de appellat.ubi limitat in muliere minore, & rustico.Hipp. de Mars.in pract.crimi.§.postquam, nume. 60. uerum hæc limitatio non procedit quando dicit se nolle uenire, Alex.in l.ubi exigitur, num.5.ff. de eden.Ias.in l.si quis id quod.nume.31.ff.de iurisd.om.iud. ubi ponit regulam, & fallentias. Secundo declara, ubi est nimia contumacia possessoris, qui stetit per biennium, & noluit cõparere.l.Fulcinius.§.fi. ubi glossa, & Doctores, ff.quibus de cau.in possess.eatur. Tertio declara quã do est peremptoriè citatus, quia tunc est uerus contumax, & non appellat.Capic.decis.139. num.2. & in Rota omnes termini sunt peremptorij, Rota decis.ij.num.2.de seq.poss.& fruct.in no.dixi infra c.ij. lib. vj. nu. 202. & in istis casibus minor potuit petere restitutionẽ in integrum, licèt non possit appellare, & hoc modo posset intelligi ista lex.

128 ¶ Decimaquinta causa esse potest, quando minor liti renuntiat uel querelę inofficiosi testamẽti tacitè per lapsum quinque annorum uel expresse, quia in hoc læditur, l.j.C.de in int.resti.min.ubi glos. Bar.Bal. Alb.& cæteri.

129 ¶ Decimasexta causa restitutionis est, quando minor etiam tutore, & curatore authore in iudicem uel alium compromiserit, quia aduersus talem obligationem restituitur, l.si minor uiginti.§. minores, ff. de mino.ubi Bald.dicit summando quòd minor intelligitur lęsus eo ipso quòd in arbitrum cõpromittit: ideo petit restitutionem contra compromissum, non reductionem ad arbitrium boni viri. Alber. ibi dicit, quòd eo ipso quòd minor compromittit læditur, & propterea datur restitutio.

130 ¶ Decimaseptima causa est si minor damnosam hæreditatem adijt, l.j.C.si se abstinet, l.ait prętor, §.sed & si.ff. de mino. ubi Alberic.dicit quòd si pupillus adiuit authoritate tutoris, quòd eget restitutione: alias secus, quia aditio non tenet, l.potuit.C.de iu.deli.& si est adultus, & adiuit cum curatore petet restitutionem in integrum, si non adiuit cum curatore, & tunc non ualet aditio: quia similis est pupillo, l. si curatorem. C.de in int. resti.Io. Maurit. examinat hunc articulum in tract.resti.c.126. Et sequitur Alber.quòd non sufficit probare se minorem, sed debet probare se lęsum: quia si non est lęsus non restituitur. l. nam & postea.§.si minor.ff.de iureiu.ubi Bart.& alij, & dictum est supra. Ampliatur etiam si minor sit hæres necessarius, d.l. ait prætor.ff. de minor. saltem ut habeat bonorum suorum separationem. Secundo ampliatur etiam quòd sit semel restitutus aduersus aditionem dictæ hæreditatis, quam post restitutionem repudiauit, & postea illam adiuit, denuò restitui potest, d.l. & si sine.§.restitutus autem.ff. de mino. ubi

Vbi glossa dicit quòd semel restitutus poterit iterum restitui, quam Bart. sequitur. Bal. ibi dicit, quòd minor restituitur contra restitutionem aliàs impetratam, & Iacob. Cuiac. ibi dicit quòd restitutus ut adeat potest restitui, ut abstineat, l. ij. §. si bonorum. C. ad Senatusconsf. Tertull. nec obstat titulus C. si sęp. in inte. rest. post. quia glo. in d. §. restitutus, dicit quod si semel est denegata restitutio non conceditur amplius, sed semel concessa iterum conceditur. Iacob. Cuiac. opponit de l. fina. §. ubi autem, uers. non autem filio. C. de bonis quæ lib. Vbi dicit text. quòd restitutio concessa filio propter patris aditionem, ut absti neat, non est alia restitutio concedenda filio, ut adeat: & dicit quod ista lex uerè sibi contraria uidetur, & certè est contraria, sed glossa in d. uers. non autem filio, soluit & dicit quòd ille est casus specialis propter paternam uerecundiam, & ne leges sint ludibrio, nam regulariter aliud est, ut in dicto §. restitutus, & ad euitandas contrarietates mihi placet ratio glossæ, ex qua tollitur etiam quod dicit Io. Maur. in dicto tracta. rest. in integ. cap. 131.

131 ¶ Limita tamen quando minor adiuit opulentam hęreditatem, quę postea casu fuit facta damnosa, tunc minor non restituitur, quia non fuit lęsus adeundo hęreditatem lucrosam, quam adijsset quilibet diligētissimus paterfamilias, nisi fuissent in hęreditate multę res mortales, uel prędia vrbana ruinosa, uel ęs alienum graue, quod non prospexit posse euenire, uidelicet ut moriantur mancipia, prędia ruant, uel quod non cito distraxerint hęc, quę multis casibus obnoxia sunt, l. uerum, §. si locupleti. & seq. ff. de minor. Bald. dicit in d. §. locupleti, quod illud, quod non potuit à principio prouideri, non est causa restitutionis in integrum, quia defectus consilij minoris non fuit causa damni, sed casus fortuitus, & ideo minor qui nō prospexit futura, quę potuit preuidere restituitur, & ponit exemplum in minore emente molendinum propè Tiberim expositum impetui aquarum, quia intelligitur lędi in emptione, & propterea potest restitui, & an ex eo solo quòd adiuit hęreditatem minor dicatur lęsus, declarat Ioan. Maurit. in tract. resti. in integ. c. 126. in princ. & c. 128. examinat an restitui possit quando adiuit hęreditatem cum beneficio legis & inuentarii, & quid si non seruauit solemnitates inuentarii, an ad id restituatur minor, Io. Mau. ibi c. 129. & c. 130. ꝙ restituitur ad adeūdum cū beneficio legis & inuentarii, Roland. à Valle in tractatu de inuentario, parte ij. q. v. nu. 2. car. vij. Sed requiritur ꝙ probetur hęreditatem esse damnosam, Rolan. ibi in fine, & q. 6. ibi tenet ꝙ non detur restitutio Doctori.

132 ¶ Decimaoctaua causa est, quando minor repudiat idoneam hęreditatem, uel non intra tempus legitimum illam adijt, ut puta, auus eū reliquit hęredem, & postea pater similiter hęredem fecit, ipse non adiuit hęreditatem auitam sed paternam, potest restitui, ut adeat hęreditatem auitam, l. ij. C. si ut se ab hęred. abst. l. j. & ij. C. si ut omis. hęred.

red. l. fina. §. sin uerò pater. C. de bon. quę lib. Bald. in d. l. j. nu. 5. C. si ut se ab hęre. abst. dicit quòd eo ipso, quòd minor adijt pręsumitur lęsus, & statim quòd probat esse debita, apparet lęsum postquàm ex aditione obligatus est, nisi per aduersarium ostendatur & probetur qnòd facultates sufficiunt ad soluendum. Ampliatur etiam in muliere minore, quę quinque liberos habuerat tempore petitę restitutionis.

133 ¶ Et quando minor est restitutus in integrum aduersus aditionem hęreditatis, si uult hęreditatem repudiare debet citare omnes creditores, authen. ut omnes. C. si ut se ab hęred. abstine. Vbi Bartol. Bald. Salicet. & alii ponunt practicam, ad eos recurre, & dicetur etiam infra.

134 ¶ Fallit tamen supradicta conclusio, nisi post repudiationem minoris bona distracta sint, quia tunc minor non debet in integrum restitui, ex quo res non est integra. l. quod si minor. §. Scęuola. ff. de mino. Vbi hoc notant gloss. Bar. Bal. Alber. & alii, & uide quę dicta sunt supra causa 17. in fine.

135 ¶ Decimanona causa est si minor institutus sit hęres, dummodo pater eum emancipet intra centum dies, & ipse non institetit, ut pater illum emanciparet, & lapsum est tempus, potest petere restitutionem aduersus lapsum temporis, si pater paratus sit eum emancipare, l. iij. §. etsi hęres. ff. de mino.

136 ¶ Vigesima cā est si quid est legatū minori filiofamilias post mortē patris, & filius deceptus consensit patri paciscenti super dicto legato, in integrum debet restitui minor, quoniam ipsius interest, quòd competat ei spes legati post mortem patris, & idem in legato Militiæ quod personę cohæret, nec patri quæritur si eodem modo consenserit dicendum est, l. iij. §. si quid minori, ubi Bald. & Iaco. Cuiac. declarat quòd Militia erat officium eorum, qui in aliqua Schola inter Statutos relati erant, ex quo salaria & commoda à Principe consequebantur, & ibi declarat quòd Militiæ ex casu fiunt mortuo Milite. allegat Iulianum antecessorem nouella 97. sed uoluit allegare nouellam 53. cap. 5. de istis Militiis uide etiam Franc. Ottomanum in Commentariis uerborum iuris, in uerbo Militia, ubi aliter declarat. & istæ militiæ possunt æquiparari officijs Romanæ Curiæ nostri temporis, quoniam huiusmodi Militiæ emuntur, prout illæ emebantur, sunt redacta ad collegia sicut illæ ad scholas redactæ erant, accipiunt stipendia & salaria à Principe, sicut & illæ Militiæ recipiebant, non obligantur creditoribus Militum, prout & illæ non obligabantur, & ista officia Romanæ Curiæ empta filiis à parentibus, in legitima computantur, Bal. in l. omnimodo. §. imputari, col. ii. uers. ii. est reperire. C. de inoffi. testamen. & hoc iuxta ęstimationem officii, quæ currebat tempore mortis patris, Rol. à Valle consil. xi. num. 10. & seq. lib. ii. ubi alios allegat, & ita etiam uidi decisum.

¶ Vigesim

137 ¶Vigesimaprima causa restitutionis, est si minor mutuam pecuniā accepit,& illam consumpsit & dissipauit, minor aduersus creditorem petentem pecuniam mutuatam restituitur,l.patri.§.si pecuniam,ff.de mino.Vbi Bar. dicit, quod minor restituitur si pecuniam dissipauit, uel ex ea debitorem non idoneum acquisiuit , uel prædium emerit precio cariori.Bald.uerò dicit, quòd si minor in totum consumpsit ope restitutionis iuuatur.ut in nullo conueniatur, si autem in nomine debitoris conuertit,cedat iura contra debitorem mutuanti, si autem emit prædiū maiori precio , q̃ ualeret,interponit se prætor ut reddat prædium uendenti,& pecuniā minori , & à minore creditori, & summarium Bal.est uerus sensus totius §.uide etiam ibi Alber. & qualiter sit facienda restitutio,dicitur in dicto §.si pecuniam,& in l.quod si minor,§.restitutio.ff.dicto tit.& in l.j.C.de filiosam.minore , & in l. j. & ij. C.si aduers. uendit.& Bald.in dicto §.restitutio.dicit, quòd magis subuenitur solueti minori,quia soluit ex necessitate cum sit debitor licèt uoluntariè soluat,quam mutuanti minori, ex eo quia mutuans facit actum omninò uoluntarium,licèt Bart.ibi non faciat differentiam in effectu,licèt sit magis stricta ratio in soluente , quam in mutuante, Iacob.Cuiac.in d.§.restitutio,alio modo declarat dictum §. restitutio, quem uide pro illius intellectu.Io.Maurit. in tracta. restit, in integ. c. cclxxxj. dicit,quòd iudex debet creditori actionem denegare præcedente restitutione in integrum ex sententia Bart. quę ei non placet , nec mihi quando causa penderet in Rota,uel coram iudice, qui causa bene cognita procederet .

138 ¶Vigesimasecunda causa est si minor res suas donauit, uel alteri donāti consensit,ea tunc poterit in integrū restitui.l.2.C.si aduers. dona. ubi Bal.dicit,ꝙ pater alienare nō potest res donatas filiis emācipatis etiam de consensu filij,qui consensus non ualet in re,quæ sine decreto alienari nō potest: quia licèt donatarius habeat cām dominij à patre tamen à filio minore habet dominiū, quod nō auellitur à minore sine decreto, & infert ad statutū simile nostrę cōstitutioni prohibens alienationem minori , quod prohibet etiam consentire uenditioni rei minoris sine solemnitate,de qua dictum est supra hac glossa .

139 ¶Vigesimatertia causa est si minor nouauit creditum suum cum alio non æquè idoneo,succurritur restitutione in integrum , & oportet eum aduersus priorem debitorem restitui.l.patri.§.ex hoc intelligimus.ubi glo.& l.minor annis.in prin.ff.de mino.ubi Bar. notat quòd stipulatio,per quam nouatur actio iudicati,nō habet paratam exequutionem,& ad hoc minor potest restitui , & Bald.dicit , quòd amittere paratam exequutionem,est enorme damnum , & ideo conceditur restitutio , & Iac.Cuiac. summat,quòd minor de iudicato apocham dedit,& pro re iudicata chirographum accepit , propterea competit sibi restitutio: interest enim eius ut ex iudicato potius q̃ ex chirogra-

pho

pho pecunia debeatur,iudicatum enim est finis litium,chirographum est principium, & Alberi. quod minor nouans actionem iudicati cum alia actione læditur,& restituitur.

140 ¶Vigesimaquarta causa,si mulier minor dederit dotem ultra uires patrimonij uel totum patrimonium , circūuenta in integrū restituitur,l.si ex causa,§.in dotis,ff.de mino. facit,l.j.C. si aduers. dotem. ubi quòd hæredi mulieris talis restitutio conceditur, & Bart. in d. §. si ex causa,dicit aduersus dotis constitutionem mulieri læsæ subuenitur.& Bald. quòd aduersus modicum excessum minor restituitur , & glossa ibi.in uerbo,ultra uires,optimè declarat, ad quam se refert Alberi.& Iaco.Cuiac. in dicto §. in dotis.declarat quomodo mulier det dotem ultra uires patrimonij,ut puta,si habeat cētum, dedit in dotem 120.

141 ¶Vigesimaquinta causa est, si mulier minor 25. annis tale pactum in constitutione dotis faceret quod nunquam fecisset , si maior extitisset,quòd si uult reuocare restitutione in integrum auditur,l.minor se.§.fi.ff.de mino.Bart. dicit quòd mulier restituitur aduersus pactum circa dotem appositum , & Bal.ibi notat,quòd etiam in una clausula, in qua minor est læsus,potest tolli de cōtractu remedio restitutionis, & Albe.ꝙ ex pacto quo fit deterior conditio dotis, mulier restituitur.

142 ¶Vigesimasexta causa est,si bona minoris obligata à creditoribus uendantur,si magno detrimento afficitur restituitur , l.j. C. si aduers. uendit.& in l.si ex causa,in princip.ff.de minori.dicitur,quòd pignora distracta ex causa iudicati,si grande damnum sit minoris, restituēdus est.ubi glossa in uerbo,si grande,notat quòd in pignore prætorio non datur restitutio minori,si grande damnum,uel fraudis consilium non interuenerit,quam sequitur Bar.& Bal.notat, quòd minor qui non potest restitui aduersus sentētiam diffinitiuā, restituitur aduersus certū articulum,& idem in appellatione Iaco.Cuia. idem sed declarat quādo minor restitui possit aduersus pignora conuentionalia distracta , ideo si pignora data à defuncto creditor distraxit, hæres minor restitutione in integ. reuocare non potest, l.ij.C.si aduers.uendit.pigno.

143 ¶Vigesimaseptima causa est,si minor restitutionem petit aduersus lapsum usucapionū tēpore quo erat in uentre,l.etiam la ij.ff. de mino. l.j.C.si aduers.usucap. & glo. in d. l. etiam disserit , an usucapio cœpta fuerit cum defuncto , & finita sit cum uentre,ubi Bar.latè declarat; & Bal.notat,quòd deterior est conditio existētis in utero, quàm sit iam nati in cursu pręscriptionis,quia iam nato non currit præscriptio.Alberic. dicit,quòd inchoata præscriptio cum defuncto , finitur contra nondum natum: sed si ei afferat lęsionē datur restitutio . & ratio quia nondum natus non adiuit hæreditatem, nec est dominus,licèt fingatur natus,ut declarat Alber.ibi,quē uide ; & quia in pręscriptione inspicitur initium,Balb.de præscrip.in j.par.vj. & ultimæ partis principalis,in 23.casu,num.35. Sed minor non restituitur aduersus præscri-

Z pti onem

ptionem legalem currentem ad corroborationem contractus cele-
brati per defunctum, ut ex mente aliorum concludit, ubi supra Balb.
num. 36. Iac. Cuiac. in l. Aemilius, circa med. ff. de min.

144 ¶Vigesimaoctaua causa restitutionis est, quòd minor restituatur cõ
tra curatorem, qui se excusauerat uacare non posse administrationi
minoris, & prætor excusationem admiserat, quare Imperator manda
uit minorem restituendum, & curatorem reducendum ad administra
tionem, à qua perperam fuit à prætore liberatus, l. uerum. §. ex facto.
ff. de mino. ubi Bar. dicit, quòd aduersus sententiam nullam non resti-
tuitur minor, sed res in pristinum statum reducitur per iudicem com
petentem, Bal. idem in d. l. rerum, in princ. nu. 4. & Alb. in d. §. ex facto.

145 ¶Vigesimanona causa est, quando minor pro alio fideiussit, uel rem
suam obligauit, si se minorem, & circumuentum probauerit, l. ait præ-
tor. §. non solum. ff. de mino. l. ij. C. de filiofam. mino. & Bald. in d. §. non
solum, dicit quòd minor restituitur aduersus fideiussionem etiam si
sit tanquam idoneus per iudicem approbatus, & minor qui petit re-
stitutionem aduersus fideiussorem debet probare se læsum. sed glossa
ibi in uerbo, doceat, dicit quòd semper præsumitur læsus nisi in rem
suam fideiubeat, siue pro patre, siue pro extraneo fideiubeat, quã glos
sam sequitur Bal. Alb. & alij ibi.

146 ¶Supradicta conclusio est in se uera de iure, sed ubi minor, fideiu-
bet cum iuramento, dubito. l. iij. §. si tamen. C. si minor se maio. dixe. &
propter auth. sacramẽta pub. C. si aduersus uend. ibi, sacramenta pube
rum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractando
inuiolabiliter custodiantur, & c. ij. de pact. lib. vj. dicit, iuramentũ om-
ninò seruetur, hoc est semota restitutione in integrum, etiam si non
sit certificatus: quia sufficit, quòd minor sit super facto certificatus,
Bar. in dicta auth. sacramenta puberum, nu. 16. dicit, ita communiter
seruari, quia iuramentum extenditur ad omne ius quod descendit ex
illo facto, Ias. ibi, num. 3. & seq. & num. 36. & seq. & in l. sciendum, nume.
34. ff. de uerb. sig. Paul. de Cast. cons. 122. num. 4. lib. ij. Alex. consi. 27. nu.
2. & seq. lib. j. & 222. num. 2. lib. ij. Corn. cons. 71. & seq. lib. iij. Deci. consi.
31. nu. 3. & cons. 349. col. iiij. ad medium. Io. Maurit. in tract. rest. in in-
teg. cap. 119. & 280. & hęc est uera, & communis cõclusio. Soci. cons. 53.
col. fi. lib. iiij. Rolan. cons. 59. num. 5. & seq. lib. j. uide tamẽ infra, nu. 173.

147 ¶Cui opinioni non obstat, quod dicit glossa in d. §. non solum. ff. de
mino. uidelicet, quod minor fideiubens dicitur læsus, & propterea re-
stituendus sit. quia respondetur illud procedere, ubi non adest iuramẽ
tum: sed ubi adest iuramentum etiam in isto casu non est restituen-
dus, Cyn. in d. auth. sacramenta puberum. q. 13. ubi Odofred. col. fi. nu.
22. Alber. col. fi. uers. quid super alienis. sequitur Salic. col. 5. nu. 18. Affl.
super feud. in tit. de pace iuram. firm. §. itẽ sacramẽta. unde sumpta est
auth. sacramenta puberum, in glo. iiij. super uerbo, contractus. nu. 3.

Quin-

148 ¶Quinimò non solum denegatur restitutio propter aliqualem læ-
sionem, ut est fideiussio: sed etiam aduersus grauissimam, & enormẽ,
ut est donatio, nam donare, est perdere. l. ab agnato, & l. fi. ff. de cur. fu-
rio. & nihilominus ualidatur iuramento. Ias. post alios in d. auth.
sacramenta puberum, num. 71. Ancha. cons. 433. Alex. cons. 53. num. 21.
& seq. lib. iij. Corn. cons. xj. in prin. lib. iij. Soci. cons. 279. in princ. lib. ij.
Deci. cons. 180. num. 4. & cons. 181. num. 4. & cons. 639.

149 ¶Facit etiam, quia minor iurans obseruare contractum per eum fa
ctum, habetur pro maiore, Bar. in dicta auth. sacramenta pub. num. 14.
quem sequuntur communiter Doctores ibi, & sic quatenus læditur so
la facilitate: quia minor quamuis grauissimè lædatur donando, uel fi-
deiubendo, non restituitur, & procedunt omnia præmissa. & propte-
rea illa probatio requisita in d. §. non solum, dum dicit, quòd minor
debet se minorem probare, nihil facit: quia iuramentum facit eum
maiorem, & in isto casu non restituitur. Bald. in l. j. C. si aduers. uend.
numero 3.

150 ¶Secundum quod dicitur in dicto §. non solum, quòd minor se cir-
cumuentum doceat, scilicet dolo aduersarij, & istam circumuentionẽ
non potest minor probare stante iuramento ante illius absolutionẽ,
ut dicit Bal. in d. l. j. num. 3. C. si aduers. uend. & dictum est supra glos-
sa ij. sed obtenta absolutione à iuramẽto ad effectum excipiendi, uel
agendi potest. Io. Maurit. de resti. in integ. ca. 129. aut minor probauit
se circumuentum, aut probauit concludenter enormissimam læsio-
nem, quæ ex circumstantijs argueret dolum, uel deceptionem. Corne.
cons. 72. lib. iij. & cons. 181. lib. ij. & Doctores in l. nam, & postea. §. si mi-
nor. ff. de iureiuran. & in l. uerum. §. sciendum. ff. de minor. Et tunc cre-
do, quòd restituatur in integrum à iudice Ecclesiastico per dictum §.
non solum. aut nihil probauit de circumuentione aduersarij, & tunc
quòd propter iuramentum non restituitur in integrum aduersus con
tractum in quo læditur, & ita intelligantur præmissę authoritates, &
Bertran. consil. 337. lib. ij. in j. impressione, & Ruin. cons. 170. nu. 21. lib.
j. nec læsio solius fideiussionis sufficit quando est iuratum, nec minus
læsio superueniens ex eo, quia non potest indemnis releuari, sed requi
ritur quòd tempore contractus probetur interuenisse grauissimam
læsionem, uidelicet quod de illo tẽpore ille, pro quo fideiussit, non erat
soluendo. Dec. cons. 341. num. 15. Ias. cons. 54. nu. 4. & seq. lib. j. Corn. 72.
lib. iij. & 181. lib. ij. & læsio quæ casu superuenit, non iuuat ad restitutio
nem, l. uerum. §. sciendum. ff. de mino. quia tunc prudentissimi capiun
tur, & mors casui imputatur, licèt sit naturalis. Bal. in l. j. in fine. ff. qui
non possunt ad lib. peru.

151 ¶Non obstat glossa in d. §. non solum. in uerbo, doceat. ubi dicit
præsumere minorem circumuentum, & allegat, l. dedit. §. j. ff. qui sa-
tisd. cog. ubi dicitur, quòd qui adhibet mulierem militem, & mino-

Z 2 rem

rem ad satisdandum, non uidetur cauere nisi fideiubeant in causa pro-pria, ubi glossa in uerbo, probandi sunt, declarat dicens, quòd minor beneficio ætatis non admittitur ad fideiubẽdum. & allegat, l.si Titius & Seia.ff.de fideiuss. & sic propter fragilitatem ætatis fideiubere prohibetur, quæ fragilitas tollitur iuramento, quia minor reputatur maior propter iuramentum, aut sacramentum puberum. vbi Bart. nu. 14.& cæteri omnes, C.si aduers.uend.unde cessat illa pręsumptio glossæ proueniens propter imbecillitatem ætatis minoris: nec in isto casu sufficit sola absolutio à iuramento ad effectum agendi uel excipiendi, quia non propter hoc est sublata uis iuramenti appositi in contractu ualido, quia uirtus iuramenti, quæ contractum ualidat, remanet firma, secundum Bald.in l.hæc scriptura, ubi Socin.num.3.ff.de condit. & demon. & dictum est supra, glo.2. num. 39. & 40. Quare sum in opinione, ꝙ minor fideiubens cum iuramento si non probet se circumuentum ab aduersario quòd teneatur seruare iuramentum.

152 ¶Sed quid dicendum in casu pręsentis constitutionis? & dicas, quòd si seruata est forma constitutionis in fideiussione minoris, quòd tunc minor si non probat se circumuentum, quòd nõ debeat restitui. Sed si nõ est seruata forma præsentis constitutionis impetrata absolutione à iuramento debet obtinere in restitutione in integ. quia iuramẽtum annullatur ab ista constitutione de quo dictũ est supra, glo.6.nu. 104.& seq.& tangit in specie, Bart. in d.auth.sacr.pub.nu.15.Ias.nu.80.

153 ¶Præterea aduertendum quòd non quælibet læsio est attendenda, utputa, quis habet mille in bonis fideiussit pro 200. hæc non est læsio ultra dimidium bonorum minoris: sed ubi fideiussio absorberet ultra medietatem bonorum, uel omnia bona minoris tunc crederem procedere notata in l.ij.C.de rescinden.uendit. & ideo in consideranda læsione enormi enormissima, & omnium bonorum, esset attendenda conditio personæ promittentis, uel fideiubentis, quantitas bonorum ipsius fideiubentis, & summa pro qua fideiussit, & secundum ista bonus iudex arbitrari debet quando minor in fideiussione est, uel nõ est restituendus, & ideo Bal.in l.j.C.si aduers.uend. pigno. num.1.dicit magno damno, i.enormi quod arbitrio iudicis deuenitur ubi additio, Barb.& Bal.consi.181.nu.3.lib.3.dicit, quæ dicatur maior, & quæ maxima arbitrio boni uiri pertinere, & Alex.consi.lxvij.nu.2,lib.v.uersic.& probabiliter etiam ex arbitrio iudicis attenta qualitate personarũ, & bonorum Didac.in tract.Variarum Resolut.lib.j.c.iij.nu.11. qui allegat Decium, & alios citatos per Menoch. lib.ij. de arb.iud. casu 75. qui dicunt, ꝙ 50. in summa mille minori est causa restitutionis, quod ego intelligo in contractibus ultro, citroq; obligatorijs non autem in fideiussionibus, uel donationibus in quibus minor sciens se nõ teneri se obligat cũ iuramẽto animo deliberato, Doctores in l. sed & si quis, §.si.ff.si quis caut.Dec.cõsi.180.nu.4.uersi.quinto, quia dicitur ꝙ sciens & intel-

& intelligens hoc fecit, & transfert onus probandi contrarium in aduersarium, Curt.consi.xliij.sub nu.23.& talis clausula tollit enormissimam læsionem, ubi promittit certam, & determinatam summam ex certa causa, etiam quòd principalis reperiatur non soluendo, §.si plures, Instit. de fideiuss. auth. præsente, C. de fideiussor. quinimò datur fideiussor quoties dubitatur de fide, & facultatibus debitoris, & fideiussor dicit illum idoneum, alias uult teneri de suo, & sic sciens, & prudens uoluit se obligare, quo casu ualet obligatio cum iuramento, Felin.in ca.in præsentia, num. 11.de probat. Ruin. consil.clxx.num.21. lib.j. Ideo iudex pensata qualitate minoris, tam respectu ætatis, quam bonorum & aliorum circumstãtiarum poterit secundum qualitatem casuum minorem fideiubentem arbitrio suo restituere, uel non restituere, Ioan.Maurit.de resti.in integ.c.124.

154 ¶Sed quando læsio modica est, non solet pro modica læsione minor restitui in integrum, l.scio, ff.de restit. in integ. in l.j.C.si aduers. uend. pig.Ant.Gab.lib.ij.commu.conclus. in tit. de restit. in integ. conclu.1. dicit, quòd est magis communis opinio Doctorum, quòd non detur restitutio in integrum pro modica læsione. Ampliat etiam in Ecclesia, glossa in ca.j.in uerbo, detrimentum.de restit. in integ.extra. Abb. in ca.tum ex literis, num.1.de restit.in integ.& in materia pœnali, ut ibi, num.2.& 3. dum uerò allegat pro limitatione Decium in c.maioribus, nu.1.& 2.de præben. quòd quodlibet minimum præiudicium habetur in consideratione, ut quis restituatur, non uidetur mihi limitatio, & declaratio, sed destructio pręcedentis conclusionis: ideo non esset à communi Doctorum opinione recedendum, & nihilominus iudicis arbitrio relinquitur, Dida.lib.j.Variarum Resolu. ca.iij.num.11. Menoch.de iud.arbit.lib.2.cent.j.casu 74.nu.4.& simili modo dicendũ de læsione proueniente ex laudo, Menoch. ubi supra casu 75.

155 ¶Præterea, si per statutum cauetur, quòd contra instrumentum cõfessionatum nulla possit opponi exceptio, tunc nec restitutio in inte. potest opponi, uel peti: quia per eam peruenitur ad exceptionis obiectum; & cum aliquid prohibetur, & omne per quod ad illud peruenitur prohibitum esse censetur, Bal.in l.in causæ, la prima, num.3. uersic. item noto ex ista glossa, ff.de mino.& sic ubi adest iuramentum, & obligatio guarentigiata, uel in forma Cameræ, non potest opponi talis exceptio restitutionis in integrum.

156 ¶Trigesima causa si alius ꝓ minore intercessit, seu fideiussit, aduersus hunc minor põt restitutionẽ petere ne mandati iudicio teneatur: nã minor captus nõ tenet creditori, nec fideiussori, quia fideiussor fuit affirmator, & suasor, ut cũ minore cõtraheret; ideo tutius est, ꝙ minor petat contra utrunq; restitutionẽ, l.in causæ, la j. in princ.ff.de mino. & l.j.C.de fideiuss.min.& gl.in d.l.in causę, & Bar. summat dictã l.in causæ, ꝙ minor restituit, non antè fideiussor eius, & aduersus creditorẽ, & fide-

fideiussorem restituitur. & Bal. dicit, quòd restitutio minoris non per rigitur ad fideiussorem eius, & tunc minor eget duplici restitutione; una contra creditorem, altera contra fideiussorem. Alber. examinat glossam, & dat doctrinam quando competat fideiussori minoris restitutio, & quando non, ibi uide. Iacob. in d. l. in causæ, dicit quòd restitutio, quæ minori circũscripto, idest decepto dolo aduersarij prodest, datur fideiussori. allegat l. exceptiones, in fi. ff. de except. & l. ij. C. de fideius. min. ubi tex. in fine dicit, quòd si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse, manifestum est, utrique personæ uenditricis, & fideiussoris consulendum esse, illa uerò restitutio quæ conceditur minori lapso sua facilitate, non prodest fideiussori, l. j. C. de fideiusso. min. ubi, quòd minori concessa restitutio nõ prodest fideiussori, & est text. in d. l. in causæ. sed si ignorans quem esse minorem fideiusit, restituto minore restituitur fideiussor. l. si Titius & Seia, ff. de fideius. sed qui sciens, & prudens pro minore fideiusit, licet minori succurratur fideiussor non restituitur, Iaco. Cuiac. in lib. j. recept. opinio. Iulij Pauli tit. 9. & Bar. in l. in causæ, §. Pomponius, num. 1. notat, quòd fideiussor restituitur ex persona minoris, licèt iure cõmuni nõ restituatur, quia iure communi est tutus.

157 ¶ Trigesimaprima causa est si minor credidit pecuniam Titio, qui dedit in fideiussorem mulierem, minor uult agere cõtra mulierem, quæ replicat de Velleiano Senatusconsulto, & propterea denegatur actio minori contra mulierem, si prior creditor est soluendo. Si uerò non sit soluendo, mulier non utitur priuilegio cõtra minorem, qui est magis priuilegiatus, l. si apud, ff. de mino. ubi glossa dicit, quòd datur actio minori, etiam quòd ab initio debitor fuerit, uel non fuerit soluendo. ubi Bar. notat, quòd priuilegium ętatis est potẽtius priuilegio Velleiani, & sequitur opinionem glossæ, quòd quando debitor ab initio non est soluendo tunc creditor desiderat fideiussorem idoneum, non enim contraheret cũ illo simplici debitore. Ideo per intercesionem mulieris decipitur, & ideo minor iuuatur contra mulierem, ut non posit opponere exceptionem Velleiani contra eum. & Bal. dicit, quòd ideò subuenitur minori, quia maior ratio est subueniendi ratione ętatis, quàm sexus, l. qui habet, ff. de tutel. Alber. ibi dicit, quòd aut sciuit mulier, quòd debitor à principio non erat soluendo, & tenetur, aut ignorauit, & non tenetur, & sic residet cum opinione Vgonis, quæ est reprobata à glossa, Bar. & Bal. & sic Alber. tenet contra communem opinionem.

158 ¶ Trigesimasecunda causa, quando minor dedit se ad arrogandum, & dicat in ipsa arrogatione se circumuentum, debet in integrum restitui, l. iij. §. si quis minor, ff. de mino. ubi glossa, & Bar. Bald. uerò ultra notat, quòd si minor obtulit se, & sua alicui Monasterio, ęsionem incurrit, ut per Cyn. in auth. ingresi. C. de sacros. eccl. Et Alber. dicit, ꝙ si minor

si minor lęditur in mutatione status, restituitur.

159 ¶ Trigesimatertia causa est, si mulier minor xxv. annis secũdo nupserit, & filijs tutores non petierit, quia leges denegant mulieribus maioribus succesionem, non minoribus. l. ij. C. si aduersus delictum. Vbi glossa Bal. & cęteri.

160 ¶ Trigesimaquarta causa si filij minores non ulciscantur, idest accusent interfectores parentum, ne efficiantur indigni, & ab eis auferantur bona, iuxta l. j. C. in quibus caus. in int. rest. non est necess. Vbi glossa, Cyn. Bar. Bal. & cæteri.

161 ¶ Trigesimaquinta causa, si minor 20. annorum patiatur se in seruitutem uenire restituitur, secus si sit maior 20. quia res non capit restitutionem, l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino.

162 ¶ Trigesimasexta causa est, si minor nõ egerit, uel exceperit intra tẽpus legitimũ, intra quod si exceptionẽ opposuisset, tẽpora nõ currũt, l. sancimus. C. in quibus caus. in inte. rest. non est necess. facit etiam l. ij. dicto titu. Sed huiusmodi non sunt ponendæ pro causa restitutionis quia minores non læduntur, cum in istis præscriptionibus extraiudicialibus tempora non currant durante minore ætate. Sed secus est in iudicialibus, de quibus dictum est supra hac glossa, sed hic ponere uolui pro pleniori doctrina.

163 ¶ Trigesimaseptima causa est, quando minor cauit uel promisit sub conditione, ex qua cautione lęsus est, minor restitui debet, l. in causæ, la 2. §. Pomponius, de restit. in integ. ubi glossa, Bar. Bal. & Alberic. quos uide, quia pro nunc non intendo hunc articulum aliter discutere, cum non uideatur multum adaptari, & aliqualiter dictum est supra, quando minor fideiusit.

164 ¶ Sed quia dictum est supra de minoribus, uidendum est etiam de Ecclesia, quæ utitur iure minoris, c. auditis. de resti. in integ. & glo. in c. j. in uers. iure minoris, dicto titulo. An ipsa restituatur ex aliqua causa in integrum. & textus in dicto c. j. de restit. in integ. dicit locationem de re Ecclesiastica factam, & confirmatã per Episcopum pro modico censu, si manifeste apparet de lęsione, in integrum restitui debet restitutis melioramentis bona fide per colonum factis, ubi glossa iure minoris, dicit, quòd Ecclesia lęsa infra quadriennium à tempore lęsionis debet in integrum restitui, & hoc notant Innoc. Hostien. Abb. & cęteri omnes.

165 ¶ Trigesimaoctaua restituitur Ecclesia lęsa ex facto procuratoris, & negligentia, qui iura Ecclesiæ producere nõ curauit, c. ij. & quod ibi glossa, & Doctores, de restit. in int.

166 ¶ Trigesimanona causa restitutionis est, quòd Ecclesia lęsa potest petere restitutionem aduersus omissas probationes, non obstante termino ei dato ad faciendas probationes, etiam quòd petat restitutionem contra Ecclesiam, c. auditis. de restit. in integ. ubi glo. & Doct.

167 ¶Quadragesima causa restitutionis est, quando sententia data est per Papam in primo mense sui Pontificatus, & sic quando non plenè erat de meritis causæ instructus, & quando fundatur sententia super aliquo priuilegio, quod falsum prætendebatur, & postea esse uerum re pertum fuerit, tunc partibus præsentibus restitutio conceditur, c. tum ex literis, de resti. in integ. ubi Abbas, notabili 8. num. 6. dicit, quòd ori tur præsumptio iniustitiæ contra sententiam à iudice illicò in princi pio sui officij latam, & est causa concedendæ restitutionis in integrũ falsitas causæ in sententia expressæ. Abb. in d. c. tum ex literis, nume. 7. Pereg. decis. 150. lib. j. dicit, quod tunc dabitur restitutio cum docue rit de iniustitia, & bono iure suo, & non aliter. uide supra, num. 109.

168 ¶Quadragesimaprima causa est, quando Ecclesia uult probare præ scriptionem super quatuor capitibus decisis in sententia Papæ, sed tunc non retardatur exequutio dictæ sententiæ propter præsumptam malitiam petentis restitutionem, data tamen cautione per petentem exequutionem de restituendo rem, super qua facienda est exequutio in euentum, in quem petens restitutionem in integrum probauerit suam intentionem, c. suscitata, de restitu. in integ. & ista restitutionis causa est potius gratiosa, quàm iuris communis determinatio. Rota decis. 62. num. 3. de appellat. in no. Corn. cons. 111. num. 6. & 7. lib. j. Put. decis. 426. lib. ij. Mohed. decis. 359. & uide supra hac glossa. Et restitutio gratiosa est etiam illa quæ conceditur aduersus omissas probationes post terminum peremptorium statutum Ecclesiæ, ut in c. coram, de re sti. in int. Rot. decis. 64. nu. 3. de appellat. in no. & Rota Fastoli. dub. 62.

169 ¶Quadragesimasecunda causa est, quando Ecclesia læsa est ex con fessione à se facta in iudicio ut in integrum restituatur, c. fi. de resti. in integ. lib. vj. ubi glossa, & Doctores, & si Ecclesia læsa est aduersus lap sum temporis, est optima causa restitutionis in integrum, clem. j. de resti. in int. ubi etiam glossa, & Doctores.

170 ¶Et illud quod dictum est in minore, & Ecclesia, idem dicas in uni uersitate quæ æquiparatur minori, & pupillo. Speculat. de resti. in int. §. ij. uers. idem quoque. Pu teus decis. 50. lib. iij. Quid de Castro, Villa, & fi sco, uide Speculatorem ubi supra, & ibi additio. Io. And. in uerbo Re spublica, qui allegat notata per Cynum, in l. Respublica. C. ex quibus causis maior. & ibi Bart. & communiter Doctores tenent, quòd si ca strum habet multitudinem hominum, propter quam necesse est regi per suos administratores, tunc castro conceditur restitutio. Rom. cõs. 423. num. 3. Dec. cons. 42. in fi. Rub. Alex. cons. ij. ad finem. Io. Bapt. Fer rett. cons. 41. num. 2. Ias. in l. fi. num. 15. & seq. C. de sacros. eccles. Gomes. in §. rursus, num. 18. Instit. de actio. uide supra glossa vj. num. 74.

171 ¶Dictum est supra ex quibus causis minor in integrum restituatur, nunc uideamus ex quibus causis minori restitutio denegetur. Et pri mo in delictis minor non restituitur, l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff. de

de mino. & l. auxilium. §. in delictis. ubi quod in adulterijs minor non re stituitur, quia malorũ morũ infirmitas animi non excusat minores, l. j. C. si aduers. delictum. Et hoc declara quando ex negatione pęna du plicatur, dicto §. nunc uidendum. uersi. sed si cum, & nisi sit infans uel furio sus, l. infans, C. ad l. Corn. de sicar. quod intellige dummodo non sit proximus pubertati, l. impunitas. C. de pœnis, & l. pupillum, ff. de regu. iur. & ita intelligatur l. j. C. si aduersus delictum, uidelicet in minore non proximo pubertati, aliàs esset contrarietas in legibus præfatis.

172 ¶Secundo, denegatur minori petenti restitutionem aduersus ma numissionem, uel libertatem, l. si ex causa, §. fin. cum legibus seq. ff. de mino. l. ij. iij. & iiij. C. si aduersus libert.

173 ¶Tertio, minor non restituitur quando impetrat ueniam ętatis, l. j. & ij. C. de his, qui ueni. ætat.

174 ¶Quarto, non debet in integrum restitui minor qui se maiorem di xerit, & postea tẽpore petitionis restitutionis dicat se minorem, quia iura deceptis, non decipientibus subueniunt, l. ij. C. si minor se maio. dixe. secus est si per circumuentionem aduersarij dixit se maiorem, quia tunc restituitur, l. iij. §. si quod. ff. si min. se mai. dixerit.

175 ¶Quinto, non restituitur minor quando iurauit se maiorem nisi de minori ętate doceat per instrumẽta, l. iij. §. si tamen. C. si min. se maio. dixe. facit l. j. & iiij. dicto tit. & uide supra, num. 145. & si promisit non reuocare cum iuramento id quod gestum est, non restituitur, l. j. C. si aduers. uendit. & l. iij. in fi. C. si min. se maio.

176 ¶Sexto, non restituitur minor qui res suas bene administrat, & in actibus publicis industrium se ostendit, l. j. C. qui, & aduers. quos, l. j. in fin. ff. de mino. nisi doceat se circumuentum, ut in dicta l. j. uersic. uerum.

177 ¶Septimo, filiusfamilias minor non restituitur quando iussu patris obligatur, l. iij. §. sed utrum. uers. proinde. ff. de mino. nec etiam in mu tuo restituitur quãdo mutuam pecuniam iussu patris accepit. d. §. sed utrum. uers. si igitur filius. & intellige in his quę patri acquiruntur, sed in his quę non acquiruntur patri, minor in peculio restituitur, & mu lier in dote, dicto §. sed utrum, in fine. & facit l. Aemilius. §. fi. ff. de min. & l. j. & ij. C. de filiofami. min. & similiter in peculio castrensi filius re stituitur, d. l. iij. §. pen. ff. de min.

178 ¶Octauo, seruo minori contrahenti de mandato domini denegatur restitutio, quia non inspicitur persona serui sed domini, & imputetur domino qui seruum minorem proposuit. l. iij. §. fin. cum legibus seq. ff. de mino. & idem quando minor nomine alieno cum mandato con traxit, l. cum mandato, in principio, & in fine. ubi glossa, Bart. & Do ctores: secus si sine mandato tunc læsus restituitur, l. quod si minor. ff. de mino.

Nono,

179 Nono, minor aduersus minorẽ non restituitur in integrum, proinde uidendũ si ambo capti sint, & tunc melior est conditio eius, qui accepit, dilapidauit, & perdidit pecuniam, l. uerum, §. item quæritur, ubi glossa in uerbo, uel perdidit, ubi Bar. tangit illam quæstionem an priuilegiatus utatur priuilegio suo cõtra alium priuilegiatum, ubi Bal. multa pulchra dicit. & ꝙ priuilegiatus reus pfertur actori priuilegiato, & hanc doctrinã tractant Doct. in auth. quas actiones, C. de sacrosf. eccles. in consi. clxvj. nu. 14. Tiraquel. de pia causa, car. lxj. in xvj. priuil. uide etiam Alber. in d. §. item quęritur, ubi multa bona ponit, & l. si mi nor, 2. ff. de mino. ubi glossa, Bar. & alij, & ob id minor restituitur contra fiscum, l. j. & iij. C. si aduersus fiscum.

180 ¶ Decimo. Denegatur restitutio minori aduersus personam patris, uel patroni, contra quos minor de dolo agere non potest, l. ij. C. qui & aduersus quos, l. patri, §. fin. ff. de mino. nisi pater qui gessit tutelam filij transiuit ad secunda uota, Auth. ut matres tutelæ offic. obnoxiæ sint. constit. 155.

181 ¶ Vndecimo. Minor non restituitur quando sobriè gessit negocium in quo non est læsus, sed post contractum acciderit damnum fatale, l. uerum, §. sciendum, & l. quod si minor, §. non semper, ff. de mino. & facit l. non omnia, ff. d. tit. ubi quòd minor solum restituitur, ubi causa cognita est repertum, circumuentum fuisse sua facilitate, aut quòd habuit amisit, aut acquirere omisit, aut oneri se obligauit, quod suscipere non licuit, uide Maynerium in l. nihil, §. non capitur, num. 4. ff. de regul. iur.

182 ¶ Duodecimo. Minor non restituitur, quando usus est iure communi, quia tunc non uidetur circumscriptus, l. ult. C. de in integ. restit. mino. l. nihil, §. non capitur qui ius publicum sequitur, ff. de regu. iur. ubi Decius, num. 2. Cagnol. & Guiliel. Mayn. qui hanc materiam latè examinant.

183 ¶ Decimotertio. Non restituitur minor aduersus contractum factũ à suo procuratore maiore ex eo, quia habet actionem mãdati contra procuratorem, l. cum mandato, §. fin. ff. de mino. ibi, si autem ipse dominus minor sit, procurator uerò maioris ætatis, non potest facilè dominus audiri, nisi à procuratore eius res seruari possit. ubi glossa mouet dubium de tutore, & dicit, quòd utilius agatur cum tutore, quàm cum procuratore. & potest assignari alia ratio, quia gestum cum procuratore minoris nõ censetur gestum cum minore, & quia minori est consultum contra procuratorem, contra quem mandati agit, ut cedat actiones, quæ sunt penes procuratorem, l. possessio, §. fin. ff. de acq. poss. Sed quando tutor uel curator contrahit, uidetur ipse minor contrahere. Ideo aduersus contractum tutoris, uel curatoris datur restitutio minori, l. iij. & v. C. si tutor, uel curator interuen. l. eum qui Ephesi, §. ult. ff. de consti. pecunia. prout datur etiam restitutio minori, quãdo

do procurator contrahit mandato minoris, & ipse procurator non est soluendo, d. l. eum mãdato, §. fi. & licèt l. iiij. in fi. C. si aduersus rem iud. dicat, quòd ratione mandati detur restitutio minori de rebus gestis in iudicio, & propterea uideatur esse contra dictam l. cum mandato, §. fin. ubi tex. dicit, nõ facilè potest dominus audiri. quia respondetur, quòd tex. dicit, non facilè, & non negat quin possit ex causa restitui, sed cum aliquali difficultate, & tex. in d. l. iiij. §. fin. loquitur quando minor non fuit defensus, ut apparet, ibi eodem obtinente, etiam si per procuratorem, & propterea minor, siue per procuratorem, siue alias contrahat, uel agat probata lęsione, uel circumuentione, aut alia legitima causa semper restituitur, & ita obseruatur passim.

184 ¶ Decimoquarto. Non restituitur minor, qui cœpit iudicium in uigesimoquarto anno, & factus maior fuit condemnatus, quia non spectatur initium iudicij, sed tempus sententiæ nisi doceatur quod fuit circumuentus à principio ab ipso aduersario, l. iij. §. si quis cum, ff. de mino. secus etiam est si sententia lata sit in ultima die xxv. anni, quia tũc restituitur, d. l. iij. §. minore, ff. de mino.

185 ¶ Decimoquinto. Non restituitur minor, si aliunde potest indemnis releuari, uel alia actio ei competat, utputa, si est contractum cum minore sine authoritate curatoris, uel sine forma præsentis constitutionis, tunc minor potest dicere contractum nullum, uel mero iure munitus sit, non debet ei auxilium extraordinarium concedi, l. in causæ, ff. de mino. & l. iij. C. de in inte. resti. min. Item non datur restitutio aduersus lapsum quinquennij concessi minori in causa inofficiosi, quoniam huiusmodi tempus non currit durante minori ætate, l. ij. C. quib. cau. in integ. rest. non est necess.

186 ¶ Decimosexto. Non restituitur maior factus, quando illud quod gestum est in minori ætate ratum habuit, l. j. & ij. C. si maior fact. rat. habuit, & l. iij. §. si quis cum, & l. si filius, ff. de mino. Fallit quãdo minor adijt hæreditatẽ, & maior factus exegit aliquid à debitoribus paternis: quia licèt exigendo uideatur comprobasse, tamẽ inspecto initio restituitur, l. iij. §. scio, ff. de mino. Bongnin. Caualca. de tutore, nu. 141.

187 ¶ Decimoseptimo. Non restituitur maior factus, qui cœpit iudicium restitutionis in integrum, & postea illud deseruit. l. Papinianus, §. si quis, ff. de mino. & l. si filius d. titu.

188 ¶ Decimooctauo. Non restituitur minor, si post quatuor annos elapsos post xxv. annum, non sit in integrum restitutus, l. iiij. C. de in integ. rest. min. & l. j. C. si tutor interuenerit. ubi glo. & Doctores. & est ratio, quia instantia causæ restitutionis in integrum finitur quadriennio, c. 2. de restit. in integ. lib. vj. & clem. j. eodem tit. & propterea post quadriennium non datur, etiam constito de bono iure ex probationibus de nouo repertis, Peregri. decis. cxxxij. lib. ij. nisi minori, & Ecclesiæ, Put. decis. ccclxxix. lib. 2. & qui post quadriennium debet docere de pauper-

tegrum patitur. Vel nisi prætori causa cognita aliter uisum sit; quia
tunc concedit minori actionem in rem, contra possessorem, ne re sua
careat, d.l.in causæ. §. interdum, de mino. Et propterea hoc iudicium
infra tempora datur contra hæredem.l.de tutela.C.de in inte.resti.mi
no.& l.planè.ff.de mino.Suares allegat.21.nu.7.Borgni. de tut.nu. 154.
202 ¶ Competit etiam minori contra dominum & patrem, quando cō-
traxit cum seruo uel filio, à quibus fuit circumuentus, qui dominus &
pater tenentur restituere, quod ad eos peruenit, uel satisfacere ex eo-
rum peculio, uel dandus est seruus pro noxa, uel ob dolum filij pater
condemnabitur, l. quod si minor. §. si seruus. ff. de mino. Vide supra
num. 196.
203 ¶ Præterea restitutio in integrum petenda est coram Iudice, præ-
sente suo aduersario, uel absente per contumaciam, l. in causæ, la pri-
ma.§.causa cognita.Et propterea quoties minor restituitur, ut absti-
neat ab hæreditate paterna, debent citari creditores: aliàs restitutio
non nocet creditoribus præsentibus, l.etiam.§.si hereditatem.ff.de mi
no.& Auth.de donatio.propter nupt.§.ad hęc.citati præsentes, si non
comparent, eis imputandum: absentes uocandi sunt per edictum, qui
si non comparent intra spatium trium mensium, licet minoribus ab-
stinere ab huiusmodi hæreditatibus, & illas relinquere, iudex debet
prouidere ubi bona hæreditaria seruari debeant, ut in Auth.de don.
propter nupt.in d.§.ad hæc. Vide etiam supra.
204 ¶ Et debet minor in restitutione in integrum ius suum recipere,
utputa si alienauit fundum, debet fundum cum fructibus recipere re-
stituto pretio.l.quod si minor.§.restitutio.& l.patri.§.item ex aduerso,
& in l.minor annis.§.prædia, eodem tit.de mino.ubi dicitur, quòd usu-
ræ quæ constiterint ex tutela deberi, cum fructibus prædij restituendi,
compensandæ sunt, & fructus percepti eo tempore, quo miles defen-
sus non est, restitui debent militi, l.necnon & siquis.§.si. & l.ait prætor.
§.item ei qui.ff.ex quibus causis maio. & si minor qui emit & aduersus
emptionem restituatur emptor, tenetur precium cum usuris perce-
ptis, & quas percipere potuit, restituere minori, dicta l.patri. §.ex quo
pecunia. ff. de mino. & quando seruus uel filiusfamilias cum minore
contraxit, quid ueniat in restitutione, uide in l.quod si minor. §. si ser-
uus. ff.de mino. & supra num.201. & restitutio non est facienda totius
temporis, sed eius temporis, quo agi non potuit, uel quod superfuit. l.
sed etsi perpetrarem.§.si feriæ. ff.ex quib. cau. maio. uide Borgninum
Caualcan.de tutore, num.145.& ibi nu.144. disserit an minor sit resti-
tuendus ad rem, aut ad pretij supplementum ob læsioné.& Arius Pi-
nellus clarè loquens in l.ij.C.de rescinden.vendit. parte iij. c.1. nu.24.
dicit, quòd emptor tenetur probare pretium exbursatio. minori
fuisse uersum in utilitatem minoris, aliàs nihil recuperat. ideo dubito
quòd consilium Aymo.7.nu.14.& Rolan.consil.59.nu.7.lib.1.& quæ di-
cit

cit Borgnin.num.50.in fine, non possint substineri de iure, uidelicet, quòd minor agens non possit contra emptorem obtinere non restituto pretio, nisi intelligatur, prout Arius declarat.

205 ¶ Minor, qui quietauit debitorem per acceptilationem sine causa restituitur ad iura sua, tam contra principalem, quàm fideiussorem, & pignora, ac si non quietasset, l.patri.§.si minor, ff.de mino.

206 ¶ Et restitutus aduersus rem iudicatam recuperat pignora, & omnia alia capta ex causa iudicati, etiam quod sint distracta, l. si ex causa, in princ.ff.de mino.

207 ¶ Sed si minor restituitur aduersus repudiationem hæreditatis, tenetur habere rata ea, quæ alienata sunt à curatore bonorum iudicis authoritate, l.in integrum, ff.de mino. & sic est unus casus, in quo minor restitutus non recuperat omnia iura, prout non recuperat seruū, quādo ipse minor repudiauit hæreditatem, cui fuit substitutus seruus hæres necessarius, qui adiuit post repudiatā hæreditatem, si minor postea restituatur seruus hæres necessarius remanet liber, & non recipitur à minore restituto, l.ait prætor, §.sed quod Papinianus, ff.de mino. & facit §.restituta, Instit.de fideicom. quinimò restitutus conferre tenetur bona quæ habuit tempore mortis testatoris, l.ij. in fin.C.si ut omis. hæredit.

208 ¶ Sed uisum est supra, quid sit restituendum minori, uideamus nunc quid minor restituere teneatur aduersario suo facta in integrum restitutione? & dicas, quòd restitutio ita facienda est, ut unusquisque integrum iussum recipiat. Ideo si minor recipit prædium, restituat pretium penes eum existens, uel ex necessitate pro dicto minore solutū, quia tunc emptor damno afficiendus non est, l.quod si minor, §.restitutio, ff.de mino.& l.ait prætor, §.planè.eod.titu. & l.j.C.de reputat. quæ fiunt in iudicio in integ.restit.

209 ¶ Sed quid si minor habuit pretium, sed non fuit ex eo factus locupletior neque probatum sit in rem ipsius minoris aliquid uersum: tunc minor non tenetur restituere emptori pretium, l.sine hærede, §.interposito, ff.de admin.tuto. & l. patri.§.item ex aduerso.ff.de mino. & uide supra, causa xxj. hac glo. prout non tenetur restituere pretium quando uult uti restitutione in integrum, l.si iudex, ff.de min.

210 ¶ Quid si minor, & curator uendunt prædia communia, aduersus quam uenditionem minor petit in integrum restitutionem, & obtinet aduersus emptorem, an uenditio rescindatur, uel pars tantum minoris? & dicas, quod emptore uolente, qui nō erat empturus partem, rescinditur uenditio in totum, aliàs non, l.tutor arguentibus, §.curator, ff.de mino.ubi Bal.hoc notat.Io.Maurit.in tract.rest.in inte.tenet, quod maior ex minoris persona restituatur, cap.363. allegat l.ij.C.de consortib.eiusdem litis, ut restituto aliquo ex consortibus faueri alijs qui eidem assistunt.

Quid

211 ¶ Quid in sententia data contra minorem, contra quam minor in uno capite petit restitutionem, an tota rescindenda sit? & dicas quòd si capita sunt separata, non rescinditur nisi caput separatum, & non tota sententia: sed si capita non sunt separata, tota rescinditur. l. etiam si pater, §. ex causa. ff. de mino.

212 ¶ Quid si minor sit restitutus contra tutorem, an tutor contrario tutelæ iudicio sit restituendus? & dicas quòd non, l. cum minor. ff. de mino.

213 ¶ Si uerò restituitur minor aduersus transactionem, aduersario quoque pristina actio restituenda est, l. 1. & 2. C. si aduersus transact. & l. si instituta. ff. de inoffic. testam. & l. cum mota. C. de transact.

214 ¶ Quid si minor restituitur aduersus possessorem rei, an possessor habeat regressum contra authorem? & dicas quòd sic, l. ubi restitutio. ff. de mino. & l. minor 25. ff. de euictio.

215 ¶ Minor cum restituitur in integrum aduersus actionem temporalem, quam ipse minor nouauerat debet restitui ad illud tempus quod supererat, non ad maius, l. ultima. ff. de mino. Vbi glossa in uerbo supererat, dicit quod officio Iudicis restituitur ad dictum tempus, & Bart. dicit quòd restitutio debet fieri in eo statu, in quo erat tempore nouationis. Bald. uerò dicit, quòd actio post restitutionem est eiusdẽ uitæ, cuius erat ante eius amisionem. Glossa ponit differentiam inter intercesionem mulieris & minoris, quia mulieri statim currit tẽpus secus minori, quam differentiam approbat Iacob. Cuiac. ibi: & si fuit læsus propter ferias indictas, restituitur tantum ad tempus feriarum. l. sed & si per prætorem. §. feriæ. ff. ex quib. cau. maio.

216 ¶ Dictum est pluries supra, quòd minori restitutio in integrum concedi debet infra quadriẽnium subrogatum in locum anni utilis prius concesi ad petendum & finiendum causa restitutionis in integrum, ut in l. fi. C. de temporibus in integ. restit. tam mino. quàm maio. & uide supra nu. 186. & ĩ Auth. ut mortu. ẽt tutelæ ratio. obn. sint. §. Vnde.

217 ¶ Istud tempus quatuor annorum non currit milite facto maiori in militia, nisi a die misionis à militia, ut in l. 1. C. de tempo. in integ. restit. tam min. aliarumq; personarum, ubi glossa hoc notat in uerbo, potes. & Alberic. dicit quòd tempus datum ad petendum restitutionem in integrum, non currit existenti in militia propter circuitum uitandum, quia restitueretur ad restitutionem petendam. Bald. dicit quòd quando una causa petendę restitutionis succedit post aliam, tempus petendæ restitutionis non currit, & hoc est ratione uitãdi circuitum. Paulus de Castro dicit, quod tempus restitutionis petendæ non currit durante minori ætate, & absentia causa Reipublicæ, & absentia iuncta cum minori ætate in persona eiusdem, uel diuersorum non incipit currere nisi completa minori ætate, & illo reuerso, quia si curreret restitueretur, & sic daretur restitutio ad restituendum, & esset

& esset quidam circuitus, qui sunt uitan. l. interdum, ff. de mino. Bart. idem dicit. Sali. dicit, quod noua causa restitutionis superueniens impedit tempus ipso iure currere ex prima, & declarat textũ d. l. j. optimè, uide infra, num. 266.

218 ¶ Hæredi datur tempus ultra quadriennium, quando hæres minor succesit minori, & restituitur ad illud tempus, quod defuncto remanserat de anno utili uel quadriennio, l. interdum, ff. de mino. ut declarat text. in l. ea quæ. uers. quod si maioris, C. de tempo. in integr. restit. & l. sed & si prætor. §. quotiens per absentiam, ff. de mino.

219 ¶ Nec tempus hæreditatis iacentis minori computatur intra quadriennium ante illius aditionem, sed incipit currere adita hæreditate, l. ea quæ, §. cum uerò, C. de tempo. in integr. restitu. & quod ibi, glos. Bart. Bald. Salic. Paul. de Castro, & alij, & Bal. ibi, num. 5. dicit, quòd nõ currit tempus hæreditati iacenti, etiam quòd dictæ hæreditati fuisset datus curator, quia istud tempus non incipit currere ab hæreditate sed ab hærede. Salic. uerò ibi, uers. quid si esset curator. tenet, quòd currat tempus curatori, qui habet potestatem agendi, mihi uerò placet opinio Baldi.

220 ¶ Nec currit tempus ei, qui proposuit iudicium restitutionis in integrum, & probata minori ætate, super ætate data est sententia à qua aduersarius appellauit, & pendente causa appellationis effluxum est tempus expediẽdi causam restitutionis in integrum, dubitatum si finita appellationis causa in qua fuit iudicatum appellationem iniustã, an non obstante lapsu temporis posit prosequi causam restitutionis? & deciditur, quod sic, in l. intra utile. in prin. ff. de mino. & idem notat ibi Bar. Bal. Alber. & alij, Abb. in c. tum ex literis, num. 13. de restitu. in integ. Io. de Amicis cons. vj. num. 16. Et aduerte quod hodie in Rota facta probatione super ætate non pronunciatur super ætate: sed si dubitatur, datur dubium an probetur ætas ex testibus, uel aliàs super quo partes informant, & si probatur ætas decidũt esse probatam ætatẽ, & procedũt ad ulteriora pter id quod aliquid in actis scribatur ne detur materia appellandi, sed huiusmodi decisiones habentur loco sententiarum interloquutoriarum, ut supra in glossa quarta diximus, num. 2. & in hac glossa supra, num. 221. & idem esset in omnibus Curijs faciendum ad euitandum circuitus, & huiusmodi disputationes, & pericula. sed quid si sententia super ętate iniusta esset, utputa, quia non probatur ætas, dicerem quod tẽpus curreret, ut dicimus de fatalibus pendente causa attentatorum commissa per appellantem, quæ causa si est iniusta, ut puta, quia attentata sunt calumniose conficta, & nulla probantur attentata de iure reuocanda, tũc fatalia appellationis currunt non obstante pendentia causæ attentatorũ cõmissę per appellantem, quia sibimet impedimentum præstitit. Fel. in ca. ex ratione, num. 5. de appell. Io. de Amic. cõsi. vj. col. j. nu. 4. & nu. 17. & ita seruari uidi, q̃a impedito

pedito non currit tps quadriẽnij,l.ĩtra utile,ubi Bar.co.2.ff. d' minor.

221 ¶ Præterea l.intra utile,de mino.non procedit quotiens impedimẽtum non tollit totũ tps fatalium,Alex.conſ.72.nu.16.lib.3.

222 ¶ Nec currit tempus quatuor annorum impedito facto iudicis,Caſſad.deciſ.3.nu.3.de reſti.in integ.Afflict.deci.210.nu.5.& uide ĩf.n.257

223 ¶ Nec impedito à parte, quæ commiſit cauſam attentatorum currunt fatalia,Rota deci.79.de appellat.in antiq.& deciſ.15. de appella. in nouis.Io.Pau.deciſ.191.& Io.de Amicis conſ.6.in princ.& col.2.& 3. Tiraquell.de retract.parte j.§.12.gl.ij.per totum,& datur impedito ex aliqua gratia per breue reſtitutio ad poſſeſsione beneficij,non obſtãte regula,de triẽnali q̃ nõ dat ius,ſed exceptionẽ Pet.And.Gam.dec.58

224 ¶ Sed quid ſi contractus geſtus per minorem, qui ex aliquo capite nullus ſit,an ei currat tempus:quia minori competit remedium ordinarium,& poteſt contractum reuocare alia uia, quàm reſtitutionis in integrum?& dicas quòd non currit tempus quatuor annorũ, l.in cauſæ,la ij.ff.de mino.I.Mauri.in tract.reſtit.in integ.c.361.Iaſ.in l.iuſiurandum quod ex cõuentione,§.pupillus,nu.2.ff.de iure iur.& in l.diuus Hadrianus,nu.8.ff.de re iud.Neuiz.conſ.85.nu.12.& eſt rõ,q̃a remediũ ordinariũ facit ceſſare extraordinarium.l.pe.C.ſi aduer.rem iud.

225 ¶ Nec currit tempus minori xxv. annis ante impetratam ueniam ætatis à Principe,& ſibi intimatam coram competenti Iudice, uidelicet rei propriæ ei adminiſtratio permiſſa eſt à principe ad proſequẽdas cauſas reſtitutionum in integrum, & ante impetratam ueniam ætatis, nunquam denegatur auxilium reſtitutionis in integrum, l. ea quæ.C.de tempo.in integ.reſtit.nã maſculus 20.ann. poteſt ueniã ætatis impetrare, ideſt ut liceat ei bona propria adminiſtrare, ut bene declaratur in l.ij.C.de his qui ueniam ætatis.& Caſsiodor. li.7. uariarũ formularum,ponit formulam ætatis ueniæ, quam libuit hic annectere pro declaratione multarum legum,inquit enim Caſsiodorus. Glorioſa ſupplicatio eſt,quæ ueniam quærit ætatis,quando ſe grauitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem uitæ adhuc nõ contigit intuliſſe. Minor naſcendo grandæuus cupis eſſe conſilio,ita quod in humanis rebus audaciſsimum ad erroris auxilium beneficium contemnis annorum,quapropter oblata ſupplicatione depromis, ut cum tibi ſit ratio firma prudentiæ, actiones tuæ non relinquantur ambiguæ,ne infirmentur iure,quod non poteſt utilitate titubare.Hoc nos, quibus cordi eſt bona deſideria perficere libenter accipimus, quia nullas ſe captare uelle profitetur inſidias, quiſquis habere liberos contractus conſtanter affectat, atque ideo ſi id tempus conſtat elapſum quoad hanc ueniam accedi iura uoluerunt, nos quoque probabilibus deſiderijs licentiam non negamus, ut in foro competenti, ea quæ in his cauſis reuerenda legum dictat antiquitas ſolemniter actitentur, ita ut in alienandis ruſticis,uel urbanis prædijs conſtitutionum ſeruetur

tur auctoritas.Nec cum opinioni præſtare uolumus utilitatem publicam lædere uideamur. Cape igitur noſtro beneficio potiorem annis ætatem,& quod petis ab oraculo moribus exhibeto: nã profeſsio maturitatis acerbæ locum denegat actionis, quando multo grauior eſt culpa,quàm ſuæ promiſsionis impugnat auctoritas. Hucuſque Caſsiodorus.& propter illa ultima uerba reſcripti denegatur minori 25.annis,qui ueniam ętatis impetrauit beneficium reſtitutionis in integrũ, ut in l.1.C.de his qui veniam ætatis. Vbi tex.dicit,ne qui cum eis contraheret principali auctoritate circumſcriptus eſſe uideatur, requiſita pro executione huius reſcripti obtenti,ſuper uenia ętatis, qualiter ſint ponit Bald.in d.l.ea quæ,in princ.C.de tẽp.in integ.reſti. Vbi Pau. de Caſt. & cæteri omnes. & hanc formulam, & reſcriptum à principe hodie nunquam vidi impetrari in urbe. & credo quòd ſit ratio, quia maiores uiginti annorum, uigore ſtatuti Romani habentur pro maioribus,ut dictum eſt ſupra.

226 ¶ Reſtitutio in integrum poteſt per minorem impetrari ante 25. annum impletum,de his in quibus ſe captum exiſtimat, l. ante de in inte.reſtit.mino.

227 ¶ Et minor debet ſuam ætatem probare corã preſide quando dicit ſe circumuentum in contractu, uel alia natione ſuper qua petit in integrum reſtitutionem,l.cũ te minorem, C.de prob.& l.ſi minorem.C. de in integ.reſti.mino.Borgnin.Caualcan.de tutore,nu.143.

228 ¶ Et iudex competens minori reſtitutionem concedere non debet, niſi cauſa cognita,l.uerum. §. ſciendum, l.in cauſæ, la j. §. cauſa autem cognita,l.quod ſi minor. §. non ſemper. ff. de mino.& de cauſæ cognitione dictum eſt ſupra gloſſa iiij.nu.10.ubi uide.

229 ¶ Et ille à quo minor prætendit ſe circumſcriptum,tenetur ipſe uel eius defenſor cauere de iudicato ſoluendo, l. quod ſi de ſpeciali in fin. ff.de mino.& eſt ſpeciale in hoc iudicio, quia regulariter Reus cauere non tenetur de iudicato ſoluendo,§.ſed hodie,Inſtit.de ſatiſd.

230 ¶ Sed quia in iſta conſtitutione,non ſolum tractatur de contractib. minorum 25.annorum, ſed etiam de contractibus mulierum maiorũ 25.annorum,vt in additione Carpenſi ſatis dictum eſt ſupra, & etiam de donationibus ſactis a maioribus. Ideo uidetur quaſi neceſſariũ aliquid tangere de reſtitutione in integrum maiori cõcedenda, quæ materia utilis eſt ex eo,quia prætor hominibus,uel lapſis, uel circumuentis ſubuenit ſiue metu calliditate ſiue ætate, ſiue abſentia inciderunt in captionem,ſiue per ſtatus mutatiouem,ſiue iuſtum errorem, l.j.cũ ſeq.ff.de reſtitution. in integ.

231 ¶ Et prima cauſa narrata in textu d.l.primę,eſt metus: ideo poſt titulum reſtitutionis in integrum,poſitus eſt titulus, quod metus cauſa.Ideo metus illatus maiori eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, de quo metu uide per totũ titulum, ff. & C. quod metus cauſa, & l.ij.

in fine,ff.ex quib.cauſ. maio. & qualis debeat eſſe metus, declaratur in l.ij.& iij.ff.ex quib.cau.maio. & nota, quòd ubi eſt dolus, nullus eſt metus, l. & qui data,§.ſed hæc,ff.d.titu.ex quib.cau. maio.

232 ¶Secūda cauſa reſtitutiouis eſt calliditas,qua homines inducti ſunt ad contrahendū cum aduerſarijs, & ſic dolo malo:ea propter quæ dolo malo geſta ſunt ex clauſula,Si mihi iuſta cauſa uidebitur,reuocabitur à prętore,l.j.§.j.ff,de dolo.& ideo poſt titulum reſtitutionis in int. eſt poſitus tit.de dolo, qui dolus eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integ, ideo quando propter dolum petitur reſtitutio in integrum, recurre ad titulos,de dolo malo,in ff.& C.

233 ¶Eſt etiā iuſta cauſa reſtitutionis in integ.ætas,de qua dictum eſt ſupra abundè à nu.86.uſq; ad nu.226.& propterea tertio loco poſt titulum de reſtitutione in integ.poſitus eſt titulus de minoribus.

234 ¶Quarta cauſa reſtitutionis in integrum eſt ſtatus mutatio, utputa quod ſit contractum cum capite minutis, & propterea ſequitur titulus de capitis diminutione,ad quem titulum recurre,quando contingit reſtitui in integrum ob ſtatus mutationem.

235 ¶Poſt titulos ſpeciales ſuperius expreſſos ſequitur titulus generalis ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur,ſuper quibus caſibus aliquantiſper uagandum eſt, ſed quia multæ cauſæ enumerantur in l.j.§.j.ff.quibus ex cauſis maior.in quo §.j.ponuntur uerba edicti, & prætor in eo pollicetur primo abſentē ex cauſa Reipublicæ ſine dolo intra annū quo primum de ea re experiundi poteſtas erit in integrū reſtituere,quia læſum ius per id tēpus quod abfuit cauſa Reipublicæ corrigitur nequid obſit,uel proſit quod euenit,ut in d.l.j.in prin. ideo in primis aliquid de abſente ex cauſa Reipublicæ, uel aliàs dicendum eſt,& abeſſe Reipublicæ cauſa dicuntur illi,qui ab urbe profecti ſunt. licèt nondum prouinciā exceſſerint, & qui exceſſerint donec in urbē reuertātur,ut ſunt procōſules,& eorum legati, & præſides prouinciarum,& procuratores Principum,quos tenent in Prouincijs.Item Tribuni,& præfecti Militum,& Comites legatorum ad ærarium delati,ut delati in Commentarium Principum,l.abeſſe,ff.ex quibus cau. maio. Item abſentes officio legationis ad Imperatorē bona fide factę dicuntur abſentes ex cauſa Reipub.l.j.C.quib.ex cau.maio.& illi qui mittuntur,ut milites ducerent,& reducerent, qui miſsi ſunt gratulatū Principi.Itē procurator Cæſaris cui non ſolū Prouinciæ, ſed certarū rerū procuratio mandata,itaq; plures ibi procuratores diuerſarū Reipub. cā abeſſe intelliguntur.Præfectus Aegypti abeſt Reipub.cā, & qui aliā ob cām extra urbē abierit,abeſt Reipub. cā, & in vrbanicis militibus idem conſtitutum, & ille qui eſt miſſus ad cōpeſcendū malos homines abeſt Reipub.cā. Item Paganus qui iuſſu Conſulis tranſierat in expeditionem,ubi obijt,hæredi eius conſulendū eſt,& ille qui profectus eſt Romam Reipubl.cauſa,uel per urbem tranſire contigerit,abeſſe Rei-

publ.cauſa uidetur. Item,qui Prouinciam adminiſtrat ab eo tempore quo diſceſsit de patria ſua abeſt Reipubl.cauſa.Item miles qui uadit, ſtat,& redit de caſtris,Reipub.cauſa abeſt,de quibus omnibus,uide in l.qui mittuntur,ff.ex quibus cau.maio.& conſulto poſui uerba dictarū legum, quia ponere uidetur omnes caſus abſentiæ cauſa Reipublicæ, & in l.pen. ff. quibus ex cauſis maio.dicitur,quòd milites abſunt cauſa Reipublicæ quandiu à ſignis ſine periculo diſcedere non poſſunt, & quandiu in expeditionibus occupati ſunt,l.ult.C.de exped.milit. & in hoc priuilegio ſunt milites,qui in exercitu cōtra Turcas nunc militāt ex priuilegio Pij V.datum de menſe Martij 1572. & non ſolum milites, & alij ſupradicti intelliguntur abeſſe cauſa Reipublicæ, ſed eorū uxores,quæ cum eorum maritis peregrinatæ ſunt, & propterea eis reſtitutione in integrum ſubueniendum,l.j.& ij.C. de uxo. milit. & eorū qui Reip. cauſ.abſ. item milites qui Romæ militant,habentur pro abſentibus Reipublicæ cauſa, l.milites.ff.quib.ex cauſ. ma. & d.l. qui cōmittuntur.uerſ.ſed & in urbanicis,& medici uidētur abeſſe cauſa Reipublicæ,ex quo læſi reſtituuntur.l.eos, in princ.ff.ex quib.cauſ.maio.

236 ¶Item miles qui cōmeatu abeſt, uidetur abeſſe cauſa Reipublicæ dum uadit,aut redit,l.qui committūtur,in fi.& commeatus ſignificat ſpatium,qđ commeandi, ideſt eundi, aut redeundi militibus priuati negotij cauſa conceditur,l.j.& l.iij.§.qui ad diem,ff.de reb.mil.l.iiij. §.ult.ff.ad munic.& cōmeatus eſt ſpatium ad eundum, & agendum in uia publica,l.ij.§.hoc interdictum,& §.deinde,ff. ne quid in loco publico. & quando miles eſt in domo ſua poſt commeatum acceptum,non abeſt cauſa Reipublicæ, d.l.j.ff.de reb.mili.& d.l.qui committuntur.

237 ¶Reipublicæ cauſa eos ſolos abeſſe intelligimus, qui non ſui commodi cauſa,ſed coacti abſunt,l.Reipublicæ cauſa,ff.ex quibus cau.maio.& ideo quotiens quis ex neceſsitate non ex uoluntate abfuit,ſubueniendū eſt,l.ſed & ſi per Prætores,ff.ex quib.cau. mai. & abſentia eius qui Reipublicæ cauſa abeſt,neque alij,neque ei damnoſa eſſe debet,l. abſentia,ff.de reg.iur.

238 ¶Sed quia abſentes cauſa Reipublicæ durante abſentia in iuribus ſuis diuerſimodè lęduntur,ea propter prætor in ędicto pollicetur auxilium per id tempus,quo quis rebus publicis operam dabat,d. l. j. in princi.ff.ex quib.cauſ.& l.cum miles.§.fi.ex quib.cau.& nota, quòd ſolum per id tempus abſentię, & non pro alio tempore quo non abſuit, uel ſi abfuit non ex cauſa Reipublicæ,uel dolo malo abfuit.

239 ¶Quare ſi militi competit accuſatio quæ debet infra certum tēpus proponi,ſibi non currit tempus abſentiæ ex cauſa militiæ,l.ſi qua militi,ff. quib. ex cauſ.maio.nec uſucapio contra militem in militia exiſtentem currit,l.ij.& l.quod tempore, C.de reſti.milit.

240 ¶Secundo ſi pronunciatum ſit contra militē,uel alium cauſa Reipublicæ abſentem tūc facienda eſt reſtitutio,l.cum miles.in fi.ff. quibus

ex causis maio.& l.j.& ij.C.eod.tit.& contra eũ non currit præscriptio etiã ꝙ alias sit missus in possessionem à iudice ex indicato,l.si quis emptionis,§.sed,& si quis,C.de præscrip.30.annorũ etiã ꝙ ratione damni infecti missus sit in possessione domus militis absentis:nam tunc restitutione subuenitur,l.ab hostibus,§.si dãni,ff.ex quib.cau.Simile modo si bona absentis uendantur,qui non fuit arbitratu boni uiri defensus, si rem emptor possideat eam retinet sed uenditio reuocatur statim quod desiit abesse causa Reipublicæ, l.ignorare C.de restit.mili.ẽt si uenditio à fisco facta sit non obstante lapsu quadriennij post factam à fisco uenditionem absens restituitur.l.neque reipublicæ.C.de restit. milit.etiam quòd bona militis obligata distracta sint per creditores reuocatur per restitutionem in integrum uenditio , & recuperatur possessio oblato debito,uel pretio si minus debito uendita fuisset, l.si cum militaribus.C.de restit.milit.& præscriptio inchoata cum absente, tunc tollitur quando absens redit & statim miles inchoat iudiciũ, uidelicet dum hospitium conducit,quærit aduocatum, sacrinulas cõponit.Nam si differt non restituitur,l.ab hostibus.§.fi.,ff.dicto tit.

241 ¶ Tertio restituitur absens, qui non potuit hęreditatem delatam adire uel iubere filium suum,hæredem institutum adire,l.cum quidã. ff.de acqui.hæred.aut si propter absentiam legatum,fideicommissum, uel hæreditatem perdidit.l.Iulianus.§.cum quoque, & l. si quis Titio. ff.quibus ex cau.maio.& simili modo rem promissam dari singulis annis,quoad in Italia esset utili actione, restitutione in integrum recuperat absens cã Reipublicę,l.si quis stipulatus sit,ff.ex quib.cau.maio.

242 ¶ Quarto restituitur absens causa Reipublicæ contra absentem etiam ex causa Reipublicæ,l.fi.ff.ex quib.cau.maio.

243 ¶ Non absunt causa Reipublicæ Notarij, qui scribunt acta præsidum,l.eos.in princip.ff.ex quib.cau.maio. nec absunt causa Reipublicæ conductores uectigalium,l. miles.§.fin.ex quib.cau.maio.nec magistratus qui Romæ sunt, l.& qui.in fine,cum l.sequen ff.dicto titu.Item nec seruus,l.ultima.ff.de reg.iur.

244 ¶ Et tandiu reipublicæ causa abesse uidebitur, quamdiu officio aliquo præest.quod si finitum fuerit officium, iam desinit abesse Reipublicæ causa, sed illi ad reuertendum tempora computabuntur statim quod desijt Reipublicæ causa abesse, quibus potuit in urbem reuerti, l.si cui in prouincia.§.tandiu.ff.quibus ex causis maio. ubi textus optimè declarat,quando currat tẽpus, & quãdo non,& dicit, ꝙ infirmitatis tẽpora deducuntur,propter quã continuare iter non potuit, & de hyeme,nauigatione,& casibus fortuitis prætor debet rationẽ habere.

245 ¶ Nec etiam dicitur abesse causa Reipublicæ,qui dolo malo absuit, & dolo malo abesse dicitur ille,qui potuit reuerti, & non est reuersus, & propterea non adiuuatur in eo tempore de ea re quæ contra ipsum facta est,etiam si hoc fecit,ut rem gratam faceret alteri, nõ abest causa

sa Reipublicæ, & non restituitur.l. item si.ff.ex quib. cau. ma. & ij qui ultra tempus à constitutionibus concessum adsident in prouincia,nõ intelliguntur ex causa Reipublicæ abesse,l.hi qui in prouincia. ff.quib. ex cau.ma.& dolo malo agit,qui affectat data opera,& sine lucro abesse, uel qui citius profectus est, uel cepit abesse causa Reipublicæ litis gratia,& talis non adiuuatur.l.& quod data opera. ff.d.tit.nec ille,qui pro negotijs proprijs abest,dicitur abesse causa Reipublicæ,l.non uerè.ff.dicto tit. Item preses qui stat in prouincia sine priuilegio Principis.non abest causa Reipublicæ,l.si cui.ff.dicto tit.

246 ¶ Nota quod non semper restituitur absens ex causa Reipublicę etiam quod lęsus sit,utputa si erat passurus damnum,etiam quod non abfuisset.l.si quis Reipub.antepen.ff.quibus ex cau.maio. & Cyn.in l,j. C.de restit.milit.dicit quòd absens non restituitur in quibus si fuisset pręsens,fuisset lęsus.

247 ¶ Nec minus absens restituitur ad lucrum ex alterius pœna , uel damno,l.sciendum.ff.ex quib.cau.maio.Sed si quis amisit,uel lucratus non sit restituitur,l.& sine.ff.dicto tit,ut supra,num.237.

248 ¶ Nec minus restitutio in integrum aduersus contractum patris competit hęredi,si defunctus non est conquestus,l.ea quę à patre,C.de restit. milit. ubi glossa notat hæredem non reuocare factum defuncti, l.uenditrici.C.de rebus alien.non alien.l.successores. C. de solut.l.Polla.C.de his quibus,ut ind. ubi Alberic.dicit quòd successor non infringit factum defuncti, quia durum & amarum est, quòd defunctus statuit,hęredem infringere,& debet ibi minor conqueri in iudicio,secundum unam opinionem, uel extra secundum aliam, ut notat glossa in uerbo,conquestus. in l.fin.C.si maior factus rat.habuer.lib.5.ubi Bald. nu.2.& Sali.col.si.ad finem, dicunt ꝙ sufficit querela extraiudicialis.

¶ Nec minus competit restitutio aduersus pręscriptionẽ inchoatam, antequàm quis reipublicę causa abesset, si distulit causam super restitutione in integrum,postquàm redijt committere, & iudicium expedire,l.ab hostibus.§.fi.ff.ex qui.cau.maio.& dictum est etiam supra.

249 ¶ Pręterea dicitur in edicto prętoris,ꝙ legati dicuntur abesse causa Reipublicę,ut supra,nu.231.nunc videndum de legatis Ciuitatum terrarum & Castrorum,an ipsi dicantur causa Reipublicę abesse?& uidetur ꝙ sic,vt ait Iurisconsultus in l.legatis quoque. ff.ex qui.cau.ma.dũ dicit,legatis municipiorum constitutione principum succurritur & l. sed & si per pretorem.§.item.eo.ti.dum loquitur de clausula,si cua mihi iusta causa.ibi, utputa si pro ciuitate legatione functus sit. & facit l.j.C.qui.ex cau.ma.& si sunt absentes cã suę Reip. in integ.restituunt.

250 ¶ Quę omnia declara,quando quis coactè, & ex necessitate functus est officio legationis ut sup.nu.233.sed si nõ coactè sed liberè, & ꝓ sua commoditate abest,nõ dr̃ cã Reipubl.abesse.l.qui liber.ff.de legation.

251 ¶ In edicto ẽt dr̃,siue ẽt uinculis restitutione in integrũ succurritur,

Videndum est quotupliciter in uinculis quis detinetur, & in uinculis
dicitur ille detineri, qui publica custodia coercetur, utputa carcere,
sed etiam ille, qui à latronibus aut prędonibus, uel potentioribus ui
oppressus uinculis coercetur, utputa priuato carcere, & ulterius inclu
sos in latumijs haberetur vinctorum numero, & latumię significant lo
cos, in quibus sunt incisi lapides ad extruendas urbes, & ideo in textu
dicit, cum nihil intersit parietibus an compedibus teneatur, ut de his
omnibus in l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio. Vbi Bude. latè declarat,
quid latumię significant. Et tunc in eadem causa qui à militibus stato
ribusq; uel municipalibus ministerijs adseruantur, si probetur rebus
suis superesse non potuisse, l. in eadem causa, ff. dicto tit. & ille qui te-
netur in carcere, & læditur ex sententia arbitri restituitur, l. ij. C. quib.
ex cau. maio. & in uinculis ille dicitur esse, qui non potest sine dedeco
re in publico apparere, d. l. in eadem, in fi. ff. dicto tit. & ille qui dedit fi-
deiussores de non discedendo de tali loco, si eo tempore captus sit re
stituitur, l. necnon. §. item si quis. ff. d. tit.

252 ¶ Sed cessat restitutio quotiēs is, qui in uinculis est defendatur, l. ait
prætor. §. j. in fine, ff. ex quib. cau. maio.

253 ¶ Et in edicto prætor pollicetur auxilium ei, qui fuit in seruitute
etiam quòd bona fide seruiat homo liber, l. ei quoque. ff. quib. ex cau.
maio. & tandiu dicitur esse in seruitute, quandiu non litigauit super
suo statu: quia si litigat super statu suo non dicitur esse in seruitu-
te, l. is autem, ff. ex quibus cau. maio. & prætor hoc auxilium pol-
licetur libero homini non autem seruo, l. recte. ff. dicto tit. & potest es-
se ratio, quia seruus nō dr̄ esse absens causa Reipublicæ, l. ult. ff. de reg.
iur. & quia non habet peculium propriū, prout habet filius qui pōt ha-
bere castrense peculiū, in quo si læsus sit restituitur d. l. recte, in fine.

254 ¶ Et similiter si tertius læsus est propter captiuitatem illius, qui est
in seruitute dat̄ restitutio, l. ait p̄tor, §. hi planè, ff. d. ti. & uide inf. n. 256

255 ¶ Præterea in edicto dicitur, ꝙ capti ab hostibus subueniuntur resti
tutione postliminio reuersi uel mortui, l. itē ei, & l. ab hostib. ff. ex quib.
cau. maio. & non solū capti restituūtur, sed ij qui apud hostes nati sunt
cum habeant postliminium, d. l. ab hostib. §. non minus. ff. d. tit. & resti-
tuitur captus ab hostibus ad possessionē & fructus perceptos ab alio
eo tp̄e quo fuit in captiuitate, l. ait prætor. §. itē ei qui, ff. dicto ti. sed ad
usucapionē non restituitur, utputa si ante captiuitatē cępit usucape-
re postliminio reuersus non restituitur ad illud tempus, quo fuit in ca
ptiuitate, l. denique, & l. seq. ff. ex qui. cau. ma. & pōt esse causa, quia re
stitutio ad lucrum, non fit ut supra, nu. 243. & quia textus in l. nec uti
bona, dicto tit. dicit esse iniquissimū auferre dominiū, quod usus nō ab
stulit, & quia nō intelligitur admissum ꝙ ablatum alteri non est. Non
datur hæc restitutio transfugis, idest discedentibus ab exercitu no-
stro, & euntibus ad exercitum inimicum: quia eis nullum beneficium
est

est tribuendum, quibus postliminium denegatū est, l. item ei, in princ.
ff. d. ti. & sic nota quod illis non datur restitutio, quibus denegatum est
postliminium, ut in d. l. item ei, & in d. l. ait prætor. §. item ei.

256 ¶ Si absens, uel detentus in uinculis, non potuit nec per se, nec per
alium durante absentia, uel carcere, agere: & propterea ius alterius
læsum sit, qui uolebat agere contra absentem, uel carceratum, ne res
sua præscriberetur, aut usucaperetur, uel pro illius recuperatione, ille
tertius sic læsus subuenitur ex edicto prætoris, ut restituatur. l. j. §. item
siquis, & l. item ait prætor. ff. ex qui. cau. maio. Vbi Vlpianus declarādo
uerba edicti, dicit quam clausulam prętor inseruit: & quemadmodum
succurrit personis, de quibus in edicto ne capiantur, ita & aduersus di
ctas personas succurrat, ne capiant non relinquēdo procuratores seu
defensores subueniri debet pręsens, qui lęditur propter absentiam uel
latitationem: sed si reliquit defensores uel procuratores, quos conue-
nire poterat, non debet absens inquietari, d. l. item ait prætor. §. hæc
autem restitutio, ff. ex qui. cau. maio. & Bald. in d. l. item ait prętor, in
princ. dicit quod à principio tituli, usque ad illam legem compilator
locutus est de restitutione absentium contra præsentes, & quod cita-
tio, & iudicium potest cum procuratore inchoari, & tex. in l. ergo. §. si-
cut igitur, ff. d. tit. dicit quod sicut damno absentes affici non uult, ita
lucrum facere nō patitur, & hoc etiam quod absentes possederint per
personas interpositas siue subiectas, quam usu acquisiuerint, d. l. item
ait prætor. §. hæc autem restitutio.

257 ¶ Sed quid si absens, qui habet domicilium in prouincia erat in ur-
be, & aduersarius habebat ius reuocandi domum, tunc præscriptio
currit: quia potuit illum in prouincia reuocare, & ibi agere, & idem si
non habebat ius reuocandi domum, cum posset illum in urbe conue-
nire, quæ est communis patria, l. necnō & si quis, §. si cum in prouincia.
ff. quib. ex cau. maio.

258 ¶ Sed quid si miles absens non vsucepit, sed hęres eius, tunc pręsens
succurritur aduersus usucapionē hęredis, quia possessio defuncti quasi
coniuncta descēdit ad hæredem, l. cum miles. ff. quib. ex cau. ma. sed an
uerum sit, quod possessio defuncti sit coniuncta cum possessione hęre-
dis, uide Bal. in d. l. cum miles, & alios scribentes ibi.

259 ¶ Verùm intellige pręmissa, uidelicet ꝙ pręsens habet beneficiū re-
stitutionis in integrum contra absentes, quando fecit aliquam diligen
tiam agendi contra absentem requirendo amicos, & notos absentis,
& protestando quòd ageret si esset aliquis pręsens, & tunc si nullus se
offert pro absente, datur pręsenti restitutio, l. ergo sciendum. ff. ex qui.
cau. ma. & d. l. item ait prętor, §. defendi, ubi dicitur quod defensor non
debet per se ingeri, sed ab actore requiri, & sequitur ibi in textu. Et
plena defensio dicitur fieri, si iudicium non detrectetur, & iudicatum
solui satisdetur, adeo quòd hęc requiruntur ad hoc, ut præsens excuse
tur,

tur,& habeat restitutionem in integrum aduersus absentem,uel cum
qui emit ab absente post usucapionem,l.cum miles.§.si is qui. ff.quib.
ex cau.maio & nota quod ille, qui se offert pro absente requisitus ab
actore,debet iudiciũ bona fide,ut diligẽs paterfamilias agere,& in iu
dicio sistere,ut patet ibi si iudiciũ nõ detrectet,detrectare ẽ uitare, fu
gitare,auersari & restitari,ut declarat Bud.in l.si maritus, ff.ad l.Iuliã
d adulterijs. Scdo dẽt satisdareiudicatũ solui,ut patet ibi, & iudicatũ
solui satisdetur. Et potest esse ratio quia coniunctus, uel amicus non
admittitur,nisi cum cautione rati,l.sed & hac.ff.de procurat.l.exigen
di.C.de procurat.& ponit regulam,& fallentias Petrus Duenas regu-
la 123.& qui alium defendit,satisdare cogitur : nemo enim alienæ li-
tis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur, l.qui proprio,§.qui
alium,ff.de procurat.& Instit.de satisdat.§.si uerò reus,& l.nemo,ff.de
regu. iur. ibi, nemo alienæ litis rei expromissor idoneus uidetur nisi
cum satisdatione:ubi uide Decium,& alios.

x60 ¶Item furiosi,infantes,& Ciuitates,de quibus dictum est supra, nu.
168. in integrum restituuntur durante infantia, & furore,l. ergo scien
dum,§.fin.ff.ex quib.cau.maio.

261 ¶Præterea succurrendum est eis,quibus non est data facultas agen
di, utputa, quia latitauit,petijt aduocationem, uel alia mora iudicij
contingit, uel conuenti frustrantur, & qualibet tergiuersatione effi-
ciunt ne cum ipsis agi posit,l.ait prætor,§.fin.cum duabus legibus se-
quentibus,ff.ex quib.caus.maio.

262 ¶Et succurritur qui aduersarium suum inuitum conuenire non po
test,ut dicitur in edicto ibi, aut cum eum inuitum in ius uocare non
liceret,neque defenderetur, & l. sed & si per prætorem. §. ait prætor.
ubi Vlpianus declarat dicta uerba edicti, dũ dicit, quod hæc clausula
ad eos pertinet,quos iure magistratus sine fraude in ius uocare non li
cet,ut consulem,prætorẽ,& cæteros, qui imperium potestatemve ha-
bent, & hodie in urbe sunt Rotæ Auditores Clerici Cameræ, & Re-
uerẽdiss.Camerarius.Auditor Cameræ,Gubernator, Reuerẽdissimus
urbis Vicarius,Senator,& similes,de quibus dictũ est supra, glo.quar-
ta.intellige authoritate ordinaria, sed si petatur à Papa cõmissio cõ-
tra supradictas personas quilibet in urbe conueniri potest, etiam in-
uitus coram iudice delegato à summo Principe, nec minus sine uenia
citari possunt parentes patroni,ut in dicto §. ait prætor,in fine.

263 ¶Erit etiam optima causa restitutionis si stat per Magistratum,id-
est per iudicem,per quem effectum est,ut actio eximatur,idest cum iã
desiit agi posse,l.sed & si per prætorẽ,§.ait prætor,il 2.ff. ex quib. caus.
maio.ita fieri per magistratũ intelligitur, si ius non dixit, & actio exẽ
pta, sic erit accipien.si desiit agere posse, ut declarat Vlpian. in d. §.
ait prætor,in fi.Item si per sordes iudex non dixit ius ex eo quia ab ad
uersario corruptus ius dicere noluit,ut in dicto §. ait prætor,uide su-
pra,

pra,

pra, nu. 219. in fine. remediũ ergo est,ut protestetur contra iudicem
recusantem causam expedire in tempore, & appellatur à denegata
expeditione, quia protestatio,& appellatio conseruant ius agentis, ꝙ
coram alio iudice deduci potest.

264 ¶Sed non erit succurrendum ei, ex cuius dolo malo magistratus
causam nõ expediuit, quia prætor delinquentibus nõ solet subuenire,
& idem quando prætor ei aliquid mandat cui non uult obtemperare,
quare si denegauit iurisdictionem, uel ex alia insta causa non fuit à
prætore auditus,l.sed & si per pręturem,§. deinde adiicit,in fine.

265 ¶Succurritur etiam læso, quando prætor non dixit ius propter fe-
rias extra ordinem indictas, quia per prætorem uidetur factum, se-
cus uerò in ferijs quæ solemniter indicuntur, quas actor prospicere
potnit,ne in eas incideret, & curare debebat,ut ante ferias,causa sua
expediretur: sed quando restitutio fit propter ferias demitur tantum
illud tempus feriarum non totius tẽporis,quia hi dies restituendi qui
bus actor agere uoluit,& interuentu feriarum impeditus est,d.l.sed &
si per prætorem,§.si feriæ,ff.ex quib.caus.maio.

266 ¶Fisci procurator læsus restituitur in integrum ex clausula genera
li,si qua mihi iusta causa,l.inter eos,ff.ex quib.caus.mai.Io. Maurit. in
tractatu restitutionis in integrum,cap.220.& Rota decis.30.in nou.te
net, quòd fisco non detur restitutio in causa criminali, & contra sen-
tentiam datam pro reo, an detur fisco restitutio,uide Aegidium Bos
sum in suis tractatibus in titulo, si aduersus rem iudicatam restit.po-
stul.nume.9.

267 ¶Ex clausula generali,si qua mihi iusta causa inesse uidebitur, præ-
tor pollicetur omnibus restitutionem,ut in l.j.ff.ex qui.caus.maio.hęc
clausula declaratur ab Vlpiano in l. sed & si per prætorem.§.item in-
quit,prætor si qua mihi iusta causa inesse uidebitur,ubi Vulpianus di-
cit, ꝙ hæc clausula fuit necessaria, quia multi casus possunt interue-
nire,qui deferant restitutionis auxilium, qui nõ possunt numerari.un
de quotiens euidens æquitas restitutionem suggerit,ad hanc clausulã
erit recurrẽdũ. Exemplũ ponit in eo, qui absuit pro Ciuitate,qui non
absuit causa Reipublicæ, & debet adiuuari siue habuerit procuratorẽ
siue non. item si est euocatus testimonij causa ex qualibet prouincia
uel in urbe, uel ad principem.Item his qui cognitionis gratia,uel ap-
pellationis peregrinati sunt subueniendum est, ut in dicto §.item in-
quit,declaratur.& exemplum ponitur, & in §.fi.d.l.sed & si per. ubi di
citur,ꝙ generaliter quotiescunque quis ex necessitate nõ ex uolunta
te absuit,dici oportet subueniendum esse. Item & si quis ex causa pro
babili absuerit,deliberare debet prætor an ei subueniẽdum sit,puta
studiorum causa, procuratore suo defuncto ne decipiatur per iustis-
simam absentiæ causam,l.necnon & si quis.ff.d.tit.Io.Mauri.in tract.
restit.in integrũ,ca.366.& ubi æquitas suadet absenti succurrẽdũ est,

l.diuus

l. diuus Antoninus,ff. de in integ.reſtit. Item,ille qui uoce præconis
citatus, & condemnatus,qui non potuit audire uocem præconis:ideo
uidetur iuſta cauſa reſtitutionis.dicta l.diuus Antoninus.uerſ. itaq; ſi
citatus.Item deceptis ſine culpa ſua , & dolo aduerſarij, ſubueniendũ
eſt,dicta l.diuus,§.nec intra.quòd ubi competit actio de dolo, & reſti
tutio potius eſt faciẽda reſtitutio,quàm in actione de dolo iudicare ,
quia actio doli famoſa eſt.Ioan.Maurit.in d.tractatu,c.382.Item in cõ
tractibus bonæ fidei maiori iudicis officio ſubueniendum,l. in contra
ctibus.C.ex quibus cauſ.maio.& tandem prætor pollicetur reſtitutio-
nem quoties lex non prohibet , ut declarat Vlpianus in l. nec non, §.
quod eius,ff.ex quibus cauſ. maio. & impedimentum peſtis eſt iuſtiſ-
ſima cauſa.Ioan.Maurit.in d.tractatu,c.367.itẽ , ubi expedit Reipubli
cæ actum effectum ſortiri aduerſus illum actum,maior reſtitui debet,
Ioan.Maurit.ubi ſupra, c. 374. item ruſticis læſis in corũ appellatione
ſubueniendum eſt.Ioan.Maur.ibi , c.377. item eſt iuſta cauſa,ubi ma-
ior ex iuſta cauſa probabiliter ignorauit ad quem debuit appellare,
& lapſa ſint tempora,reſtituitur ad appellandum.Io.Mauri.ibi,c.384.
item,ſi atteſtationes perdiderit reſtituitur ad iterum examinandum .
Ioan.Mauri.ibi, c.390. Item, ubi per culpam manifeſtam procurato-
ris læditur,maior eſt cauſa ſufficiens ad reſtitutionem cõcedendam .
Io.Mau.ibi, c.393.& quãplures alij caſus enumerari,& colligi poſſunt,
quorũ numeratio,& collectio erit magis laborioſa,q̃ utilis,ſed ꝑ regu
la habeas,quod ubicunq; læſo quomodocũque euidẽs æquitas ſuadeat
reſtitutionem dummodo non ſimus in caſu prohibito à lege , ſemper
reſtitutio in integrum facienda eſt maiori,ut in d.l.ſed, & ſi,per præ-
torem,§.item inquit,& alijs iuribus ſupra allegatis . uide Alex. conſil.
71.col.ij.lib.j.Iaſ.Inſtit.de actio.§.rurſus,num.31. & datur ex iſta clau-
ſula ex capite ignorantiæ contra ſententiam, & rem iudicatam.Alex.
conſ.84.num.4.lib.j.& nunquàm de reſcripto ſiue commiſsione tollen
da eſt iſta clauſula.Caſſan.ſuper conſtit.Burgun.§.20.car.190.in gloſſa
de dans,in medio.& an ex clauſula generali detur reſtitutio ꝓtextu no
norum inſtrumentorum de nouo repertorum.Ant.Gab.in tit.de reſti.
in integ.concluſ.ij.tenet, quod ſic ubi ponit regulam,& fallentias,da-
tur etiã reſtitutio ex capite ignorantię aduerſus præſcriptionem 40.
annorũ , Afflict.deciſio.37.& 320.Decius conſil.129.Peregri.deciſ.40.
ib.2.

268 ¶Competit hæc reſtitutio hæredibus militis,qui deceſsit in militia
antequàm poſſeſsionem acciperet , & poſt lapſum tempus quo defer-
tur bonorum poſſeſsio.l.ſi Valerianus, C.de reſtit.milit.Ioan.Mauri.in
dicto tract. c. 360. & hæredibus minorum , & omnium qui potuerunt
reſtitui in integrum,l.non ſolum,ff.de in integrum reſtitutione, ſed ſi
defunctus non eſt conqueſtus non competit hæredi , ut ſupra nume.
244.& quibus competat hoc remedium,uide ſupra num.194.& ſeq.

¶Et

269 ¶Et poteſt per procuratorem,ſi qua competit reſtitutio in integrũ
tractari,l.j.C.etiam per procuratorem, & generalis procurator ad trã
ſigendum poteſt reſtitutionem in integrum petere.Caſſad. de procu-
rat.deciſ.j.num. 3. item curator,tutor,Aeconomus,& Prælati poſſunt
ſine ſpeciali mandato in integrum reſtitutionem petere , quia ij ha-
bent à iure legitimam bonorum adminiſtrationem.Abbas in c.ſuſci-
tata,num.6.de in integ.reſtitut. & quando petitur incidenter ſine ſpe
270 ciali mandato peti poteſt , & dicitur in integrum reſtitutio inci-
denter peti,quando poſt decennium poſt ſententiam eſt petita reſti-
tutio.Abb.in dicto c.ſuſcitata.num.5.uide etiam ſupra,nu. 197. & ſeq.
271 ¶Et debet peti in integrum reſtitutio aduerſus tranſactionem corã
ꝓſide prouinciæ,in qua habent domicilium qui cõueniẽdi ſunt , l.ij.C.
ubi,& apud quem cognitio in integrum reſtit.ag.ſit. & non ſolum co-
ram iudicibus ordinarijs ſed etiam delegatis à principe uel ab admi-
niſtratoribus reipublicæ , & iudex debet cauſas reſtitutionis exami-
nare , & poteſt etiam cauſa reſtitutionis in integrum cõpromitti uel
apud iudices datos à iudicibus , & omnes qui certæ adminiſtrationi
præpoſiti ſunt,& cui iuriſdictio adhæret uel ab eis dati, uel cauſarum
audientia à principe delegata ſit,& tandem omnibus iudicibus, ut in
l.cum ſcimus , quæ eſt Iuſtiniani, C.dicto tit. ubi,& apud quem . quæ
conſtitutio non habet locum in ſententia procuratoris Cæſaris , ideſt
Camerarij,ut ſupra dictum eſt,gloſſa quarta , quia ſe contra ſententiã
dicti procuratoris ſolus princeps reſtituit,l. j.C. dicto titulo.uide quæ
dixi ſuper c.2. infra lib.vj .
272 ¶Tempus uerò reſtitutionis in integrum, primo erat annus utilis,
ſed Iuſtinianus in l.ultima, C. de temporibus in integrum reſtitutio.
ſtatuit nbique locorum quadriennium continuum tantummodo nu-
merari ex die quo annus utilis currebat, & tam ex reſtitutione mino
rum,ut ſupra,num.215.quàm maiorum , & dicti quatuor anni cõtinui
obſeruabantur ad conteſtandum, & finiendum litem,& nulla eſt dif-
ferentia in hoc maiorum,& minorum , ut latè dicitur in d.l.ult.c. j. de
reſtitutio. in integr. in vj.& clemen.j.eodem titu.Alex.conſil.88. num.
2.lib.v.Decius conſ.564.in fine.Probus in additione ad Ioannem Mo-
nach.c.j.num.8.& ſeq.de reſtit.in integrum,lib.vj.Soci.Iun. conſi. 128.
num.162.lib.j.Aym.de antiquit.tempo. parte iiij.num. 190.
273 ¶Iſtud quadriennium minori non currit ante 25.annum,nec abſen-
ti ex cauſa legitima de qua ſupra non currit durante tempore abſen
tiæ,l.j.ij.iij.& iiij.C.dicto titulo de tempo.in integ.reſtitut. & uide ſu-
pra,num.216.& ſeq.
274 ¶Eccleſiæ quando incipiat currere, an à die celebrati contractus,
uel mortis prælati ? & quod incipiat currere à die celebrati contra-
ctus, tenet glo.in c.ij.de reſtitut.in integ.lib.vj. ubi hoc notant Fran.
& alij.Sed Balb.in tract.præſcrip.parte prima quintæ partis principa
lis,

lis,q.ij.num.4.& Roman.sing.272.ubi additio tenet,quòd Ecclesiæ cur
rat tempus restitutionis in integrum à die mortis prælati,qui aliena-
uit,& tunc incipit lædi Ecclesia,clem.j. de in integrum restit. ubi Do-
ctores. Et propterea in sententia currit tempus à die ultimæ senten-
tię,quia tunc incipit læsio.Rot.decis.ij. de restit.in integr. si sententia
lata sit cōtra præsentem:si uero lata sit contra absentem à die intima
tionis exequutorialium,quia eo die condemnatus incipit habere no
titiam de sententia,Balbus ubi supra,& q.j.limi.j.num. 8. in dicta pri-
ma parte quintæ partis principalis.

275 ¶Error calculi potest retractari post decē, & uiginti annos,nisi sint
gratiosè expunctę calculationes,l.calcularij,ff. de admi.rerum ad Ci-
uitat.pertinen.& rationes Reipublicæ subscriptæ, & expunctæ aduer
sus eum,qui administrauit ultra uiginti annos aduersus eius hęredem
ultra x.annos retractari non possunt,l.in omnibus,§.Reipublicæ,ff. de
diuersis tempo.præscript.Barto.in l.ij.de iure fisci,lib.x.dat optimam
doctrinam, quando, & infra quantum tempus calculatio retractari
possit,quem uide.

¶Post rem iudicatā super calculo,quis nō auditur allegans errorē cal
culi, ut puta,si quis est citatus ad calculandum coram iudice compe-
tente, & iudex mandauit stari calculo facto coram eo,& ab ista senten
tia non fuit appellatum:tunc non potest dari de errore calculi post rē
iudicatam.Anania cons.vj.ubi additio Bolog.Natta cons.489.nume.3.
nec post transactionē error calculi retractari potest,l. j.ubi Doctores,
C.de erro.calculi.præsertim iuratam, Rui.cons.134.lib.j.Bero.in quęst.
familiaribus,q.101.num. 1.

276 ¶Dictum est supra de restitutione minorum, & maiorū, uideamus
quid si minor sine decreto alienauit prædium uel aliud, & maior fa-
ctus tacuit per quinque annos continuos, an post quinquennium ces-
sante omni impedimento restituatur? & Imperator in l.fi. C. si maior
factus uend. lib.5. decidit,quod uenditio uel alia minorum alienatio
sine decreto si minores peruenerint ad ætatem perfectam, & tacue-
rint longo tempore non impugnando dictam uenditionem post quin
quennium continuum, post impletam ætatem uigintiquinque anno-
rum,tam ipse minor,quàm eius hæres retractare prætextu decreti nō
interpositi non potest, sed eam sic tenere quasi à principio legitimo
decreto facta fuisset.est etiam textus in l.ij.C. si maior fact.rat. habu-
it.Put.decis.192.lib.iij.Paris.cons.49.num.24.lib.j.Ant.Gab. in titu. de
minor.conclus.iiij.multa congerit, & ponit supradictam conclusionē
pro regula cū ampliationibus,& fallentijs. sed prima ampliatio mihi
non placet,quia non est ampliatio ad dictam l.fi. dum dicit,quòd rati
ficatio retrotrahitur ad diem contractus,& allegat Alexan. cons.117.
num.2.lib.5.quia Alexander hoc non dicit, sed quòd in textu dictæ l.
fi.dicitur dictam alienationem sic haberi, ac si à principio legitimo

decreto facta fuisset, Vnde textus non potest ampliari de eo, quòd
in ipso disponitur, sed ampliatio haberet locum in eo quod in textu
non esset dispositum, & quia dispositio legis fingit actum ualere us-
que à principio, & retrotrahitur ex legis fictione. Aret. consil. 128.
num.5. Secus in hominis dispositione, qua cessante homo actum nul-
lum conualidare non potest, cum non habeat potestatem fingendi, &
actus hominis ualidat actum à die facti actus. Bart. in l. ab emptione,
num.14.ff.de pact. Deci. in l. semper qui non prohibet,num.16.de re-
gu.iur.& consi.367. num.4.

277 ¶Ista taciturnitas quinque annorum post perfectam ætatem mi-
noris non procedit, quando minor donat, quia donatio à minore
cum decreto fieri non potest. Ideo Iustinianus declarat donationes
minorum non habere firmitatem inter præsentes nisi elapsis decem
annis post impletam ætatem per uigintiquinque annos. inter absen-
tes autem nisi elapsis uiginti annis post uigesimumquintum annum,
per quod tempus donans nunquàm reclamauerit, tam ipse, quàm
eius hæres, ut in dicta lege fin. §. cum autem, C. si maior factus. lib.
v. Calcan. consil. 22. colum. fin. Anton. Gab. in titu.de mino.conclu.
iij. num.3.

278 ¶Limitatur tamen ista prima declaratio Iustiniani, ut non proce-
dat in donatione propter nuptias facta per minorem, quia ualet à
principio,ut patet in textu d.l.ult.in fine.ibi,excepta propter nuptias
donatione,quæ potest sine decreto constitui cum ex necessitate con-
stituenda sit.Salic.in d.l.ult. in fine. Rodericus Suarez, super legibus
fori, in titu. de las Arras, l.j.num.64.& in actibus necessarijs non est
opus decreto, uide supra hac glo. num.57.60.& 61. licèt Moderni de
recuperanda multis rationibus hanc conclusionem impugnent,reme
dio 15.num.166.& seq.

279 ¶Et non solum donatarius potest contra donatorem dictam exce-
ptionem proponere,sed ille qui bona fide emit à donatario, & posse-
dit inter præsentes per decem annos,& inter absentes per xx. annos,
l.fi.C.si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauit. Bor
gnin.Caualcan.in tract.de tutore, num.146.

280 ¶Et etiam ille qui bona fide emit à tutore rem minoris, qui tutor
uendidit,ut rem propriam,& emptor postea possederit,& pręscripse-
rit, ut supra, potest dictam præscriptionem opponere, l.j. C. si quis
ignorans.

281 ¶Præterea in dicta l.fi.C.si maior fact.in prin.dicitur,quando aliena
tio,diuisio, & similia facta sunt sine dolo integra manent, seu ualida
sunt,secus si cum dolo,l.j.ubi glossa.C.si maior fact. lib.ij. Rom. consil.
54.nu.4.Curt.Iun.cons.50.& 51.Ruin.consi.170.nu.29.uers. sed uidetur
obstare,uol.j.Paris.cons.49.nu.5.lib.j.Ant.Gab.in tit.de mino. concl.4.
nu.8.Iaco.Menoch.de reintegran.remed.15.num.177.& seq. restringit

iſtam doctrinam ad dolum uerum,non pręſumptum,Bo rgnin.Caualcan.de tutore,nu.148.ſed an hoc ſit uerum infra patebit,Deciſ.Senat. Pedemont.180.nu.10. dicit uendentem & ementem rem non ſeruata forma ſtatuti, eſſe in dolo, Gram.deciſ.76.nu.6.& ſeq.& infra nu. 284.

282 ¶Quomodo autem probetur dolus uerus, uel præſumptus, eſt textus in l.dolum, C. de dolo,dicit dolum ex indicijs perſpicuis probari debere.Bal.conſ.250.nume.1.lib.j. dicit quòd dolus debet probari indicijs per ſpicacibus,ideſt perfecte efficacibus,Roland.conſ.x1.nu. 9. lib.iij.Aim.cōſ.8.num.1.Pariſ.con.46.lib.j. & textus in l. interpoſitas, C.de tranſaction. uerſi. ad uim uel dolum arguendum qualitas cauſæ principalis nō ſufficit.ubi gloſſa exponit qualitatem cauſæ tribus modis,uidelicet ſi fuit metus in primo contractu, non ſequitur quòd fuerit in tranſactione,uel quod ſit proteſtatus, uel quod dimiſit pro modico magnam quantitatem.quam gloſſam ſequitur ibi Bart. & Bald. nu.4.ibi dicit,quòd non ſufficit probare quaſdam ueriſimilitudines multum diſtantes,ubi requiritur uera, & clara probatio,& quod probato uno ſeparatorum non probatur reliquum, & quod ubi nihil efficaciter probatur contra contractum ſtatur contractui, & ad reſcindēdum contractum non ſufficiunt hominis coniecturæ, & Ang. ibi in fine dicit, non uidetur ſufficere probari exiguitatem precij ad concludendum neceſſario contractum ſimulatum,& Alciat.ibi num.4. dicit qualitatem metus probandam, & quod non ſufficit ad probandum contractum uſurarium,probare creditorem eſſe fęneratorem, ſed requiritur ſpecialis probatio uſurarum,c.illo uos.de pignoribus.cū poſſint fęneratores quandoque legitimè contrahere, licet ex qualitate perſonæ ſuſpitionem,non mediocrem oriri,c.ſemel malus de reg.iur. in vj.& propter qualitatem perſonæ præſumitur dolus, Aymo conſil. 142.nu.18.& pręſertim,quia dolus pendet a malo animo,& manifeſtiſſimis indiciis probari debet, Cephal.conſil.62. nu.28. Boer. deciſ.101. nume.2.

283 ¶Ob id dolus uerus,qui conſiſtit in animo in actibus permiſsis directè probari non poteſt,ſed probatur indiciis & coniecturis perſpicuis. In caſibus uerò prohibitis,ubi quid fiat contra prohibitionem à lege dolus præſumitur.ita uidetur dicere Bar.in l.dolum. C. de dolo,quem ſequitur Bal.ibi.Paul.de Caſt.ibi dicit, quòd dolus directo probari nō poteſt per teſtes,ſed bene poteſt probari per indicia,quæ proueniunt ex actibus exterioribus, & ideo talia inditia debent eſſe perſpicua, ideſt quòd non poſsint interpretari niſi in malum, & non in malum, & in bonum,Salicet. ibi dicit, quod poteſt probari per indicia urgentia,ut in gloſſa quæ ponit exemplum de illis, qui inebriarunt Titium ut pro eis fideiuberet, & ſic probatur quod inebriarunt, ad effectum fideiubendi,probatus eſt dolus, Imo.in c.Quintauallis, car.penul.col. fi.uerſ. dicit autem.de iureiuran.dicit quòd indicia perſpicua doli ar-

hitratores

bitratoris ſunt ſi probetur quod arbiter recepit pecuniam pro laudo ferendo,item ſi probetur quòd prece fuit corruptus, item ſi probetur pactum factum fuiſſe cum arbitratore, ut ſic debeat ſententiare. item ſi probetur quod arbitrator dixit uelle iſto modo ſententiare pro una parte.item ſi per mendacia induxit partem ad conſentiendum. item ſi probetur quod pars uoluit ſua iura incontinenti producere, & arbiter noluit illa admittere, ſed proceſsit ſtatim ad ſententiam leuato uelo, & ſimilia. Et Aym. conſil.cxlij. num. 16. dicit, quód ſi probatur adminiſtratorem conſumere bona, ſeu illa alienat, probatur dolus. & nume.21. dicit, quòd ex nimia læſione, & ex qualitate facti arguitur dolus,etiam ex propoſito, ut nume.22.Ioann. Cęphal.conſil.ccviij.num.11.Item ſi probentur ſuaſiones factæ minori, uel alteri, ut aliquid faciat,arguitur dolus ex propoſito, Aym. conſil.cxcij. nume.12. & ſequen. qui dolus eſt grauior præſumpto,Ioann. Cœphal. conſil. xxxiiij. nume. 16. & conſi.cxlij.nume.17. & arguitur dolus contra eum qui promiſit,& non adimpleuit promiſſa, Aym. conſil.cxcij. nume.15.& conſil. 100.num.9.& probatur dolus ſi dico aduerſarium doloſe contraueniſſe, & probo contrauentionem, Ioann. Cœphal.conſil.cclxv.nume.9.& ſequen.& eo ipſo probatur quòd contrarium non probatur, Corn. conſil. cxxxvj.nume. 8.lib.j. & arguitur ēt ex eo quia quis contrahit cum luſore,& diſsipatore, Natta conſil. cxlij.nume.6.Dolus reipſa cenſetur probatus, probata enormi læſione, Alba.conſi.lxxvij.nume.23.& conſil. 100.nume.6.& probata enormiſsima læſione probatur dolus ex propoſito, Alba.conſil. lxxxj. nume.49.& dolus probatur per teſtes ſingulares. Bero. conſi. ix. nume.3. & 4.lib.ij.& unus de uiſu,& alter de auditu probant metum,& dolum, Boer.deciſ.cj.num. 9. & ex his quæ prius dixit, uel fecit,probatur dolus,quia dependet ab animo,& ex præcedentibus, & ſequentibus declaratur animus,Ruin.conſil.iiij.num.10.lib.j.& quando dolus probatur realiter commiſſus,tunc dicitur uerus dolus,Pariſ.conſil. xlix. nume.32.lib.j.

284 ¶Dolus uero præſumptus probatur eo ipſo quod quis non facit illud quod facere tenetur,& ſcit ſe teneri,Paul.de Caſtro in d.l.dolum, num.3.C.de dolo.Aym.conſi.xv.num.2.& 192.num. 2.& contra ſcientem futuram prohibitionem, & reductionem, & nihilominus contra eam aliquid facit,Aym.conſi.vj.nume. 76. & Alberic.in d. l. dolum,recitando opinionem Pilei dicit quòd dolus regulariter non præſumitur.quod fallit in certis caſibus uidelicet,ex facto,& tempore,ex loco, ex præmiſſa denunciatione,ex perſonæ alterius interpoſitione,ex debita obedientia non ſeruata, ex omiſsione eius quod facere debuit, ex non faciendo perfectè quod facere debuit. itē ſi bis idem petatur, item ſi quis contrahat contra legem. item ex alienatione bonorum omnium & multa alia exempla ponit quæ ibi uide,ubi etiam col.fin.

 ponit

ponit modos, ex quibus dolus excludatur.
284 ¶ Præsumitur etiam dolus ex nimia festinantia, Bald.conf.219. li. 2.
Aym.conf.18. nu.21. ex nimia diligentia & protestatione præsumitur
dolus, Natta consil.436.& qui faciunt eodem instanti plura, quę essent
fienda cum interpositione temporis, Aym.conf.35.nu.5.Paul.de Cast.
conf.172.in fi.lib.j.& præsumitur dolus contra tacentem, & non cer-
tiorantem de iuribus sibi competentibus cum eo contrahentē, Aym.
consil.142.nu.20. & 192. num.14. & in eo qui simulat & celat factum,
& mentitur, Natta consil.cccxlij.num.5.Ruin. consil.lxxiij.num.1.& 9.
lib.2. Et ille qui cum iactura alterius lucrum quærit, præsumitur esse
in dolo, Aym.dicto conf.cxlij.num.12. & quando fit quietatio personæ
conuentæ, & suspectæ non assignata causa, Aym.dicto conf.cxlij.num.
19. & quando utitur uerbis generalibus apud principem non certio-
rantem eũ in specie de omnibus, de quibus erat certiorandus, Aym.
d.conf.cxlii.num.22. & præsumitur contra transeuntem per uiam non
rectam, sed inusitatam. Aym. consil.cxv.num.5.& dolus commissus in
priuatis ædibus, sufficit quod probetur per leuiores probationes, Al-
ba conf.lxxvij. nu.9. Et præsumitur dolus contra mulierem rusticum,
& minorem quando agunt aliquid occultè, Aymo d. conf.cxv. num.5.
& si tutor alienat bona pupilli, sine causa præsumitur dolus, Aymo d.
consil.cxlii.num.19.& quando facit aliquid ad incommodum eius, cu-
ius bona administrat, Aym.ibi, num.15. Item quando tutor non scri-
bit pecunias minoris in libro, Roland.conf.xlix.num.55.lib.j.& ille qui
alienat lite pendente præsumitur esse in dolo, Ioan.Cephal.conf.cxcv.
num.16.& conf.lxiiii. & alienans omnia bona sine solemnitatibus à iu
re requisitis, idem Cephal.conf.lj. num.6. & 30. decis. Pedemon.clxxx.
num.10. Et præsumitur contra eum, qui legem non seruat, & facit con
tra pacta, & solemnitatem testatoris, Aym.conf.cxciij.nu.3. & qui sta-
tuti solemnitatem non obseruat, Io.Cephal. consil.cxv. num.13. Curt.
Iun.conf.50.nu.4.& seq.latè prosequitur in statuto Tridentino, & iste
dicitur dolus præsumptus, Paris.consil.49.num.3.& 33. lib.j.
285 ¶ Dolus uerus & præsumptus in pluribus differunt iuxta notata
per Bart.in l.quod Nerua.ff.depositi, num.14.& 15. ubi dicit quòd om-
nis dolus est præsumptus, & nullus dolus est manifestus: quia sunt quę-
dam inditia manifesta, & illa probata inducunt dolum manifestum, &
quædam sunt præsumptiones non ita manifestæ, nec omnino dolum
concludunt, & ista de necessitate dolum non inducunt, sed præsumpti
uè.& subdit quod est differentia, inter dolum uerum & præsumptum:
quia minor à dolo uero non excusatur, à dolo præsumpto sic.& in cri-
minalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, & ideo
ex dolo præsumpto non condemnatur, quod secus est in dolo uero,
Ale. conf.ciij. li.j. nu.13. Menoch. de reinteg.remed.15.nu.135. Et ideo
ubi agitur de pœna mortis requiritur dolus uerus, Io.Cepha. conf.75.
num.15.

num.15. sed ubi agitur ad rescindendum cõtractum, sufficit dolus præ
sumptus, ut ostensum est supra, num.proximo.
286 ¶ Sed ista differentia doli ueri & præsumpti, vbi agitur ad rescinden
dum contractum factum à minore, uel alio, æquiparantur, l.j. in fine.
ff.de doli mali except.ibi, sed an dolo quid factum sit, ex facto intelli-
gitur, videlicet an factum probetur in contractu, lege & testamento
dolum uerum uel præsumptum, Deci.conf.39.num.6. Ioannes Cephal.
qui infinitos allegat, conf.34.nu.24.& conf. lxij. nu.19. & conf. cxxxvij.
nu.72.& dolus præsumptus re ipsa proprius dolus est, Ioan.Ceph.con-
sil.cxlij.num.33. Nat.conf.clxvj.num.2.
287 ¶ His sic suppositis uideamus an contrahens cum minore non ser-
uatis solemnitatibus præsentis Constitutionis sit in dolo, & hoc non
habet difficultatem, ut constat ex his quæ dicta sunt supra, nu.281.
288 ¶ An uerò remittatur iste dolus proueniens ex eo, quòd actus est fa
ctus non seruata forma præsentis Constitutionis ex l. fina. C. si maior
factus per quinquennium tacuerit. & consuluerunt quod sic Parisien.
conf.xlix.lib.j.quem sequitur Iacob. Menoch. de reinteg. remedio 15.
num.132.in prima declaratione, contra Curtium Iuniorem consulen-
tem contrarium in eodem casu, consil.l.& lj. per totum, ex illa ratio-
ne, quia dolus proueniens ex nõ obseruatione statuti est præsumptus,
& dolus pręsumptus tacitè remitti potest ex lapsu temporis quinque
annorum, si sciuit dolum commissum in contractu ob non seruatam
solemnitatem Statuti, ut per Parisien. dicto conf.xlix.num.35.& 42.&
seq.lib.j. ubi concludit per maiorem dolum etiam uerum præteritũ
de quo habet scientiam, remitti posse ex lapsu quinquennij, sequitur
Menoch dicto remed.15.nu.137.& 138.
289 ¶ Ista decisio Paris. conf. xlix. lib.primo, & sequacium, non uidetur
uera in casu præsentis Constitutionis, in qua agitur tantum ad nulli-
tatem contractus facti non seruata forma Constitutionis, quæ præsu-
mit contractum dolosè extortum, ut dictum est supra; nam d.l.fi. C.si
maior factus, li.v.non procedit ubi contractus est dolosus, ut dictum
est supra, & istam fallentiam communiter sequuntur Doctores ibi al-
legati. Hæc conclusio coadiuuatur ex eo, quia nulla est differentia
doli ueri & pręsumpti, ubi agitur ciuiliter, pro rescissione contractus,
Ioan.Cephal.conf.34.nume.24.& dictum est supra. sed differentia do-
li ueri & præsumpti consideratur solum, ubi agitur criminaliter, Ioã.
Cephal.conf.lxxv.num.15.& dictum est supra. Sed dum agitur pro re-
scissione contractus, ob formam Constitutionis non seruatam, ciuili-
ter agitur. Ideo ad rescindendum contractum non est aliqua differen
tia ueri doli & præsumpti, licèt uerum dolum allegans tenetur pro-
bare duriori probatione ex indicijs perspicacibus, ut dictũ est supra,
& dolus præsumptus leuioribus probationibus, Bart.in l.quod Nerua.
ff.depositi, num.14.& seq. & in dicta l. dolum. & istam partem uidetur

sequi Hieronymus Gabriell.consil. 13. nu.16. usque ad nu. 21. optimis rationibus,postea concludit contrarium , & male num. 21. & sequen. quia ut dictum est ad rescisionem contractus non est differentia doli ueri & præsumpti , & quia per eum allegata non est uera , quia constitutio dicit,contractus præsumantur dolosè ratio extorti,ergo præsumptio doli non refertur ad iuramentum tãtum ut ipse dicit,sed ad contractus merito.

290 ¶ Facit etiam decretum irritans appositum in constitutione nostra, quæ annullat contractus aliter factos,& ulterius decretum irritans appositum in bulla confirmationis Constitutionum, per quæ decreta annullantur cõtractus aliter facti usque à principio , ut dictum est supra glossa 6. nume.20. & quod à principio nullum est,tractu temporis non conualescit,l.quod ab initio,ubi Decius,Cagnolus & alij, ff.de reg.iur. etiam consensu partium,ut dictum est supra , dicta glossa 6.nu. 125.& sequentibus.vltra quod contrahens contra formam huius Constitutionis est in mala fide , qui de iure canonico non præscribit stante mala fide,ut dictum est supra hac glossa , num.39. & Iacob. Menoch. consil. 29.nume.40.& sequen. declarat quod dicta l. fina. non procedit , ubi adest mala fides de æquitate Canonica , & in alienatione facta a pupillo, idem Iacob.Menoch.dicto cons.29.num.31. & sequen. Faciunt motiua Curtij Iunioris , consil.50. & 51. quæ non referam,sed lector uideat ; & si casus occurreret , super eo cogitari posset pro ueritate indaganda.

291 ¶ Posset pro declaratione præmissorum uideri , quæ sint inditia , & quomodo probentur,& duplex est indicium plenum & indubitatum, & semiplenum & dubitatum.Inditium plenum est demonstratio rei, per signa,per quæ animus quiescit . inditium dubitatum est præsumptio mouens animum ad fortiter credendum . Ita declarat Bald.in l. ea quidem.C.de accusat.nume. 10.Ioan.And.in additio.Specul.de probatio.§.fina.uersic.13.in litera B. plura & pulchra, ponit Abbas in c.3. loco,num.6.& seq.de probat.

292 ¶ Ad probandum coniecturas, quæ faciant inditium indubitatum requiruntur duo testes contestes pro qualibet coniectura, gloss.in l.ij. in uerbo , legitimis.ff.de excusat.tut.Boss .de conuictis , nu. 23.& per indicia indubitata conuincitur reus,l.fina.C.de probatio. Soz. consil. 54.nume.9.lib.iij.Paris.cons.153.num.37.lib.4.Bald.consil.479.in princip.lib .5.

293 ¶ Sed ad probandum indicium dubitatum sufficit unus testis, Bossus de partu supposito,num.36.in fi.Boer.decis. 101.num.9. testis integer cum fama, probat in ciuilibus,in criminalibus secus,Boss. de conuictis,numero uigesimosecundo, sine adminiculis, ut infra nume. 285. ad finem.

294 ¶ Adminiculum duplex est . primum uehemens , quod supplet defectum

defectum probationis per se solum non operans,sed cum alia probatione cooperans,c.fi.de successión.ab intesta. Bal.in l. ea quidem,nume.12.C.de accusat.ubi unus testis de uisu,& alii, de auditu a testatore probant,quia testes de auditu adminiculantur probationi de uisu, & crimen probatum semiplene , & directè,tunc ex præsumptionibus & argumentis resultare potest plena probatio,Aret. in cap.iij.loco,de probat.num.16.Boss. de conuictis.num.23.

295 ¶ Aliud non uehemens est aliqualis confirmatio rei probabilis, uel est aliqua confirmatio ueri tendens ad aliquid supplendum de defectu probationis quæ per se sola non sufficeret,Bald. in d.l. ea quidem , num. 10.C. de accusat. Griland. in tractatu de quæst.& tortura, quæstio.iij.num.9. Par. de Put.in tract.Sindic.lib.ult.in uer.aduertendum, num. 10. & sequen. uersic. adminiculum uerò. & ideo in ciuilibus uitia testium supplentur per iuramentum,secus in criminelibus, Boss.in titu.de conuict.nume.15. & Guido Pap. quæstio. cccclxlj. dicit quod adminicula libri rationum probantur si mercator fuit legalis,secundo quia solitus fuit scribere scripturas manu sua propria , tertio quia mercator solitus est scribere ueritatem in suis libris , quarto solitus est scribere in suo libro tam pro se, quàm contra se , quinto solitus est scribere causas in partitis & scripturis librorum , sexto si ex uerisimilibus circunstantiis præsumi posit quod scriptum est esse uerum.sequitur Boer.decis.cv. num.4. & 5. ideo bonum est quando quis inducit testes soper aliquo facto , ut approbet illos per alios testes super eo quod sunt uiri probi,ueridici,legales, soliti dicere ueritatẽ, nobiles , non soliti committere delicta, sed quòd semper fuerunt habiti , tenti , & reputati pro talibus ab omnibus palam , & publicè , & hæc probatio est adminiculum personæ testinm , & ista approbatio operatur quòd standum sit dicto testis approbati, Purpurat. in l. admonendi , num. 247. & sequen. & Iason nume. 180. & sequen. ff. de iureiuran. Quantum uerò ad dicta si testes probant ingratitudinem filii contra patrem, utputa quod filius dixit patri uerba iniuriosa,quæ uerba sunt probata per duos testes , opus est articulare quòd pater reuocauit ad animum iniuriam , & noluit amplius filium in domo recipere , nec cum eo alloqui,illum exheredauit tam in testamento quàm extra , & quòd filius tractauit patrem ut inimicum , illi mouit litem, disposuit de bonis uiuentis inuito patre , nubere uoluit contra eius uoluntatem , & similia. ista enim probatio facit adminiculum , & reddit dictam probationem ingratitudinis , & offensæ uerisimilem , quia pater si non fuisset offensus non fecisset quæ fecit contra filium , nec ècontra filius fecisset contra patrem quæ fecit , nisi illum atrociter offendisset , adeo quòd istæ probationes adminiculantur probationem ingratitudinis, quia una insufflat in aliam , cap. cum causam , ubi glossa fina. de probatio. ubi

Bald. nume. 2. dicit quod si una insluit in aliam, & altera in alteram, quòd tales probationes non dicuntur singulares, sed contextuales ad faciendum unam ueram probationem, Abb. nume. 2. Felyn. nume. 10. in fine, dicit quòd si sunt diuersæ species probationis quarum una insufflat in aliam aliquid fidei, & altera in alteram, ita quòd animus Iudicis plenè informatur, tunc tales probationes non dicuntur singulares nec discrepantes, Aretin. consil. 13. nume. 9. uersicu. si ergo probatio. ponit casum, ubi per duos testes probatur matrimonium clandestinum, quod est suspectum de iure. dicit, quod recipit adminiculum à duobus testibus probantibus, quòd uir & uxor familiariter conuersabantur in domo mulieris, & quòd uir cum ea loquebatur, & ridebat domesticè, & multi alii testes dicant mulierem fuisse honestam, & cautam, ideo concludit ipse quòd ex probatione, & istis adminiculis, quod ille uir erat uerè maritus. Præterea dicit Aretin. quòd multi testes singulares probabant copulam carnalem, inter dictum uirum & mulierem, qui testes faciunt semiplenam probationem, & quia aderant plurimi testes deponentes de auditu, à multis & diuersis personis de prædicto matrimonio, qui testes faciunt aliquod adminiculum ad probationem prædictam, cap. licèt ex quadam, de testibus Archidia. cap. hoc uidetur, nume. 2. 2. quæstio. 5. Alexand. consil. 77. nume. 4. lib. primo, Marsil. singul. 557. nume. 2. de adminiculis apodissæ, uide Ioan. Cephal. consil. 141. nume. 2. & sequen. Roland. ponit adminicula ad probandum feudum, consil. 82. nume. 49. & sequen. lib. 2. Quare dicta probatio concurrentibus tot adminiculis, non potest negari quin sit uera & perfecta, Deci. con. 163. nume. 7. uersicu. ij. potest responderi, dicit, quòd unus testis cum fama probat etiam in criminalibus concurrentibus coniecturis, uidelicet confessio coniugum, nominatio, copula, & sub harratio, Bald. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. Cepol. consi. ciuil. 3. nume. 10. uers. quarto & ultimo, & ita fuit resolutum in causa Toletana matrimonij, die 27. Februarij 1572. in qua considerabantur ista adminicula, primo confessio Ioannis ante contractum secundum matrimonium. Secundo existentia cu iusdam cedulæ in genere. Tertio fama primi matrimonij. Quarto quia dicta cedula fuit in partibus producta, & nihil fuit oppositum. Quinto quia duo testes deponebant de ueritate matrimonij, adeo quòd ista adminicula supplebant & faciebant plenam probationem.

296 ¶ Et dicta adminicula absorbent exceptiones, quæ contra testes adducuntur, Deci. consil. 163. nume. 8. Socin. Iunior consil. 29. nume. 26. lib. 2. Aymo consil. 6. nume. 66. & uehemens adminiculum est suppletio defectus probationis, Socin. consil. 89. nume. 14. lib. primo, Caccialup. in l. admonendi, nume. 152. de iureiuran. Grat. consil. 58. in fine lib. 2. uide supra hac glossa num. 25. & Guid. Pap. q. 441. & Boer. decis. 105. nu. 4. & 5. Aim. de anti. tempor. par. j. nu. 10. & ita seruari uidi in dicta Toletana,

tana, & in alijs causis.

297 ¶ Et adminicula præsupponunt probationem perfectam, quia supplet defectum probationis per se solum non operans, sed cum alia probatione cooperans, ut supra nume. 294. & probatur in cap. cum causam, de probation. ubi scripturæ antiquæ extractæ de publico Archiuio facit adminiculum fama, quæ licèt per se non probet, tamen facit adminiculum, ut probant ibi Innocen. in princip. versicu. famam. Hostien. in §. necnon. in principio, dicit quòd licèt fama per se non probet, tamen probationi præstat adminiculum, & in fine dicti §. adducit illud uulgare, & quæ non prosunt singula, multa collecta iuuant, Imola nume. 5. Abbas nume. secundo, Ioannes Andr. ibi colum. fina. dicit referendo Hostien. quòd licèt prædicta sint confusè, & generaliter notata, non tamen omnia faciunt plenam fidem, sed illa solum quæ reseruata sunt sub custodia publica alia admini culãtur, Aegid. nume. 2. & 7. dicit quòd plura tendentia, ad eundem finem probant, & reprehendit Ioan. de Lignano contrarium tenentem, & Bald. ibi nume. 7. & 8. dicit quòd fama facit adminiculum, & coniuncta cum consuetudine facit ius, & cum actu suo proprio perseuerans facit notorium, & nume. 11. dicit quod adminicula multum iuuant in factis antiquis, & Barbat. ibi nume. 3. dicit ex mente Baldi, quòd probatio componitur ex adminiculis, & præsumptionibus. Nam sicut multa membra faciunt unum corpus, & multæ cordæ melodiam in aliquo instrumento, ita multa adminicula probationem, & ideo ibi omnes concludunt, ex adminiculis fieri perfectam probationem.

298 ¶ Fama non probatur per unum testem, ideo non facit adminiculum nisi probetur per duos testes, & propterea dicit Felin. in d. c. cum causam, num. 11. quòd unus testis deponens de fama, & alius de fuga, non coniunguntur: quia quodlibet iudicium ad illius probationem requirit duos testes, Anto. Gab. lib. 1. in titu. de probat. conclu. prima, nume. 59. Alexan. consil. 11. nume. 6. lib. 4. Deci. in d. cap. cum causam, nume. 10. & 11.

299 ¶ Sed ego credo quòd non sit generaliter uera dicta conclusio: quia unus testis de ueritate, & alter de confessione coniunguntur, & plusquàm semiplenè probant, quia tendunt ad eundem rei finem in omni casu præterquàm in mutuo. Alexand. consil. 21. nume. 4. lib. 4. & consil. 76. nume. 4. lib. 6. Deci. in cap. licèt causam, nume. 7. versic. & hoc primo, Cepol. consil. ciuili 3. num. 10. Afflict. decis. 14. in fine Paris. consil. 57. nu. 26. & seq. lib. j. quia unus testis de uisu, facit semiplenam, alter de confessione parte præsente, facit pariter semiplenam. Vnde duę semiplenę coniunguntur, Parisi. dicto consil. lvij. numero 22. & sequen. lib. primo, concludit quod confessio & fama potest probari ab illo teste, qui probauit de uisu, & si adsint alij testes probantes famam, & con-

confeſsionem, probabunt cum illo primo famam & confeſsionem, quæ probata faciet aliam ſemiplenam, quæ iunctæ facient plenam probationem, Baldus in l. Gallus, §. ille caſus, colum. 3. not. quarto, ff. de liberis & poſthum. Iaſ. in l. admonendi, nume. nonageſimonono, uerſicu. limita doctrinam Bartol. & in repetitione dictæ l. nume. 257. ff. de iureiuran. & Pariſien. dicto conſil. 57. nume. vigeſimotertio, & ſequen. & ita ſeruari uidi, & ubi concurrunt plures præſumptiones plenè probant, Anton. Gab. lib. primo, de probatio. concluſ. 1. nume. 60. & ſequen.

300 ¶ In criminalibus unus teſtis de uiſu, & duo deponendo ſuper fama non coniunguntur ad plenè probandum, Antonius de Butrio in capit. ueniens, el primo, colum. penultima, de teſtibus. Antonius Gab. dicto libro primo, concluſio. prima, de probatio. num. 12. licèt faciant inditium ad torturam, Iulius Clarus in practica criminali, lib. quinto, §. fina. quæſtio. 22. ſed ſi iungatur cum alijs adminiculis plenè probant, Aret. conſil. 13. colum. 4. uerſic. in criminalibus, & ad probandum ingratitudinem unus teſtis de uiſu cum fama non iunguntur, Gabriel. in dicta prima concluſio. nume. 18. & ſequen. ſed in cauſa mea ingratitudo fuit probata per duos teſtes approbatos à multis teſtib. & multis adminiculis, ut ſupra hac gloſſa, nu. 25.

301 ¶ Teſtes ſingulares in dicto principali, non probant regulariter, in alijs uerò circumſtantijs, uel adminiculis, cauſæ facta probatione negotij principalis probant. Deci. in cap. licèt cauſam, nume. 7. uerſicu. ſecundo, quod dictum eſt de probatio. & quando non adeſt alia probatio confeſsio extraiudicialis debet probari per duos teſtes, conteſtes: ſecus ſi adeſt alia probatio in negotio principali, quia tunc probant teſtes ſingulares, Paul. de Caſtr. conſil. 342. colum. ſecunda, uerſic. quarto, lib. ſecundo, Corn. conſil. 307. nume. 8. lib. tertio, Aymo de antiquita. tempo. parte 4. uerſic. Rurſus. & ſequen. car. 295. & ſequen. & conſil. 73. nu. 35. & ſeq. & conſil. 78. nume. 2. & 7. Pariſien. conſil. 57. nume. 42. quia teſtes ſingulares tendentes ad eundem rei finem faciunt adminiculum plenè probationi, Aretin. conſil. 13. colum. 5. & hæc dicitur ſingularitas adminiculatiua, non obſtatiua, Pariſien. ibi. nume. 45. maximè quando deponunt ſuper actu reiterabili prout eſt confeſsio, Pariſien. ibi nume. 46. Roland. à Valle conſil. 82. nume. 42. & ſequen. lib. ij. Et adminicula probantur per teſtes ſingulares quando probatio teſtium ſingularium tendit ad eundem rei finem, quo principalis probatio, Ioan. Cephal. conſil. 141. nu. 11. & 12. & ideo ubi concurrunt adminicula, ultra ſemiplenam, uel plenam probationem, fit pleniſsima & liquida probatio, Gabriell. dicto libro primo. concluſ. j. de proba. nu. 29. quia coniecturæ dicuntur legitimæ probationes, Pariſ. dicto conſil. 57. nu. 34. lib. j. & facilius coniunguntur plures præſumptiones quàm plures probationes, ad plenam probationem faciendā & unus

& unus teſtis iungitur cum præſumptione ad faciendam plenam fidem. Gab. in dicta prima concluſione de probatio. lib. j. num. 61. & ſeq. uſque in finē, Aym. conſi. xxxv. num. 6. ubi plura allegat, & teſtes ſingulares adminiculantur teſtes probantes ingratitudinem contra filium tenet Corn. conſi. 101. nu. 10. & 11. lib. j. Teſtis infamis ad probandum adminiculum in cauſa hæreſis, an ſit idoneus, Bar. in l. in quæſtionibus, in fine dicit, quòd non. Barba. in tract. de teſtibus, nu. 46. Rimin. conſil. 258. num. 35. & ſeq. lib. ij. Ioan. Bapt. Aſin. in praxi iudic. §. xx. cap. xj. qui recenſet opiniones, & diſtinguit, uide cap. per tuas. de ſimonia, ubi gol. & Doctores.

302 ¶ Nunc redeundo ad ea, quæ dicta ſunt ſupra eſt uidendum, an ille qui emit iam ſunt decem, uel uiginti anni aliqua bona minoris, & in inſtrumento non enunciantur ſolemnitates conſtitutionis, an illæ ſolemnitates curſu temporis decem, uel uiginti annorum præſumantur cum poſſeſsione, uel requiratur tempus triginta, uel quadraginta annorum. & in c. ueniens, de emptione, & uendi. deciditur, quòd emens à uiro rem, quam mulier ei propter nuptias donauerat, & emptor dictam rem poſſederat per triginta annos conſtante matrimonio bona fide, & iuſto titulo, & maritus conuerterat pretium in communes uſus ſuos, & uxores, & tempore uenditionis dicta mulier conſulere ſibi potuit, quòd emptor ſecurè rem emptam poſsidere poteſt, ubi Imola colum. vj. uerſicu. Item, quod emptam. dicit, quòd taciturnitas per triginta annos operatur idem quod cōſenſus expreſsè præſtitus poſt biennium, auth. ſiue à me, C. ad Velleian. quia ratione tanti temporis præſumitur talis conſenſus tacitus, qui plus operatur, quàm expreſſus, quia per conſenſum expreſſum ſecundo præſtitum ita demum mulier excluditur ab hypothecaria ſi tempore quo alienet ſit in bonis mariti, ut ſibi conſuli poſsit, aliàs non præiudicatur mulieri, ſed taciturnitas triginta annorum hoc operatur, quòd mulier non audiatur dummodo tempore uēditionis potuerit conſuli mulieri. Vaſq. lib. ij. controuerſiarum, ca. 64. num. 10. ubi de intellectu dicti ca. perue nit. Felin. in ca. ſicut, de re iud. num. 29. uerſic. fallit tertio, Alexan. & Iaſ. in l. qui aliena, ff. de acquir. hæred. Curt. ſenior, conſi. lxxvj. & hæc præſumptio procedit accedentibus præſentia, patientia, & ſcientia intereſſe habentium, ideſt minoris, uel mulieris, & tunc ex curſu temporis omnia præſumuntur, ſed non data ſcientia, neq; patientia minoris, mulieris, uel alterius intereſſe habētis rē præſumuntur ſolēnitates non enunciatæ, Aym. de antiq. temp. par. iij. nu. 32. maximè, quia nō dicit, agi de modico præiudicio ubi alienatur ſtabilis res minoris, & nō ſolum debet adeſſe ſcientia minoris, uel alterius, ſed iudicis, qui debet dare licentiam alienandi rem immobilem minoris. Ruin. conſi. 151. num. 16. lib. iiij. Paul. de Caſt. conſ. 202. num. 3. & 4. lib. j. Alex. conſi. 228. nu. 1. col. iij. lib. 6. quia tēpus incipit currere à die ſcientiæ. Alex. conſi. j. lib.

j.lib.5.Soci.conſ.56.num.24.lib.ij.quæ ſcientia eſt articulanda, & probanda.Deci.conſ.37.col.ij.& ſi non conſtat de ſcientia, & patientia illorum,quorũ intereſt,curſus temporis,& poſſeſsio nihil operatur.Put. deciſ.363.lib.iij.Achill.deciſ.ij. de fide inſtrum. Pedemont. deciſ. 173. num.5.ubi allegat Roland.conſ.ij.num.127.lib.j.& uide quæ dixi ſupra gloſſa iiij.nume.21.& ſeq. ubi poſui caſus,quando pro decreto præſumatur,& gloſſa iiij.num.21.& ſeq.& adde Put.deciſ.364.lib.ij.uerſ. ſecundo dubitabatur.ubi dicit,quòd ſolemnitas decreti, & alia non enūciata in alienatione rerum minoris ex diuturnitate temporis data effectuatione inſtrumenti,unà cum obſeruatione cõtractus præſumitur.Dec.conſi. 36.col.5.prope finem, & conſi.474.col.2.& Anch.conſi. 136. in terminis. & ex diuturnitate temporis 110. annorum tranſactio facta inter certos Religioſos præſumitur approbata authoritate,& conſenſu ſuperiorum.Mohed.deciſ.52.& Put.deciſ.348.lib. j. allegat Caſſad.deciſ.iij.de procur.& Alex.in l. ſciendum.col. iiij. & Iaſ. in iiij.limit.ff.de uerb.ſigni.& Feli.in c.ſicut.col.17. de re iud. & quod nõ ſint ſolemnitates enunciatæ.Felin.in c.Alber.col.fi.de teſt.Deci. conſ. 341.col.7.uerſ.non obſtat.Aym.de antiquitate tempor.parte iij. num. 27. & 29. ſed ſi ſolemnitas ſit enunciata cum temporis diuturnitate præſumitur.Put.deciſ.409.lib.ij.

303 ¶Verum mandatum enunciatum in aliqua quietatione non præſumitur non data ſcientia illorum de quorum præiudicio agitur. Put. deciſ.363 lib.iij.& Achil.deciſ.ij.de fid. inſt. & ita declarant communẽ opinionẽ,de qua per Curt.conſi.77.& Dec.conſ.36.& Caſſad.deciſ.iij. de procura.& Aym.de antiquitate temp.parte iij.nu.12.& Alex.conſ. 50.num.7.lib.5.Pedemon.deciſ.173.num.4. quia hæc dicitur ſolemnitas ſubſtantialis contractus, & non ſimplex,ideo nũquàm præſumitur ſcriptura enunciata in aliquo inſtrumento inter alias perſonas.Alex. d.conſ.50.

304 ¶Citatio uerò præſumitur interueniſſe in exemplo alicuius priuilegij facto coram aliquo iudice parte inſtante ex curſu temporis 30. uel 40.ann.cum aliquibus adminiculis,& recognitione manuũ Notariorum qui tranſumptarunt,etiam quòd ſit appoſita legalitas Notariorum in exemplo.Put.deciſ.209.& 336.lib.ij.Aym.de antiq.tempor. parte iij.num.21.& ſeq.uſque ad num.27.Tiraq.de præſcript. gloſ. iiij. q.39.car.62.

305 ¶Sed quamplures tractarunt hanc materiam præſumptionis ſolemnitatum ex profeſſo,uidelicet Feli.in c. ſicut,de re iudicata, & Doctores in l.ſciendum,ff.de uerb.oblig.& in l.qui in aliena,ff. de acquir. hæred.& Aym.de antiquit.tempor.parte ij. ubi tractauit de præſumptione ſolemnitatum iudicialium, de quibus ad præſens non eſt tractan. & parte iij. de ſolemnitatum præſpmptionibus contractuum, & actorum extraiudicialium.Et Anto.Gab.in tract.commun.conclu.lib. j.in

j.in

j.in tit.de præſumpt.concluſ.1.per totum,Tiraq.de præſcript. glo.iiij. per totum.Vaſq.lib.2.controuerſiarum, cap.63.& 64.& 65.qui ponunt regulam quòd ex diuturnitate temporis præſumitur ſolemnitas in inſtrumento cum pluribus fallentijs: ideo ad illos recurre.pro nobis faciunt omnes limitationes.

306 ¶Et præſertim illa quãdo enunciatur ſolemnitas ſed ineptè, ut per Aimonem parte iij. num. 15. & 16. quod non præſumitur pro illis ſolemnitatibus, quæ non potuerunt interuenire tempore actus. Idem Aym.de antiquit. temp. parte ij. num. 16. & quando apparet uerè ex inſtrumenti inſpectione non interueniſſe ſolemnitatem. Aym.in d.iij. parte,nu.15.utputa,quia minor debet iurare tactis ſcripturis,& in inſtrumento nõ apparet,quod minor iurauit tactis ſcripturis. Vel quòd inſinuatio ſit facta in actis competẽtis iudicis, uel quòd decretum ſit interpoſitum à iudice competente; nam de his omnibus Notarius fidem facere debet in inſtrumento minoris. Bart.in l. ſciendum, nu.7. & Socin.iun.nu.34.ff.de uerb.oblig.Felin.in ca.ſicut,num.33.uerſi. vij. dubitatur,de re iudi.Pedemont.deciſ.173.per totũ. etiam quòd adſit iuramentum,& quando ſolemnitas requirit ſcripturam an præſumatur,uide Aym.de antiq.temp.parte iij.nu.37.Io.Cephal.conſi.171. nu. 5.& 37.& ſupradicti Doctores in locis præallegatis.

307 ¶Præterea ex diuturnitate tẽporis non præſumitur ſubſtantia contractus inter alias perſonas celebrati, quia ratione temporis præſumitur cõtractum illum inter alios celebratum proceſſiſſe, dicit Alex. conſi.59.nu.7.lib.v.abſit à ſeculo. Sequitur Decius conſi.442. num.22. Tiraq.de præſcript.glo.iiij.q.39.uerſi.quin & aliter,car.70.

308 ¶Nec ſtipulatio Notarij præſumitur in donatione facta abſenti ex curſu temporis, quia de ſubſtantia donationis eſt, ut fiat præſenti, & acceptanti,uel Notarius ſtipuletur pro abſente donatario, qui ſciens donationem illam acceptet,l.abſenti,ff.de donat. & ſi fuit omiſſa ſtipulatio per Notarium uidetur factum de uoluntate donatoris, quia noluit facere perfectã donationem, ſed noluit quòd actus remaneret in fieri.Subſtantialia contractus conſiſtunt in tribus.in conſenſu,re,& pretio,quia quicquid adiungitur, dicitur accidentale: quia quicquid aduenit rei iã ſubſtantiatę, dicitur accidẽs: ſed illud quod aduenit rei ſubſtantiandæ, dicitur ſubſtantia,ſiue forma ſubſtantialis. Bald.in l.in uẽdentis,nu.13.q.iiij.C.de cõtrah.empt.& aditio hęreditatis ſolẽniter facta non præſumitur per filiumfamilias, niſi probetur quòd hæres ſe immiſcuit uidente patre in hæreditate,& illam longo tempore poſſedit:nam tunc præſumitur ex diuturnitate temporis, quòd ſolemniter adiuerit,l.qui filiusfamilias,C.de petit. hæredit. Doctores in l. qui in aliena,ff.de acquir.hæredit.ubi poſitus in poteſtate ſine iuſſu patris adire non poteſt, qui iuſſus non præſumitur ex diuturnitate temporis, Tiraquell.de præſcript.glo.iiij.q.ij.& iij. Decius conſ.442. num.21.

Aym.

Aym.de antiquitate tempo.parte iij.num.12.& in c.illud,de præsum-
ptionib. dicitur, quòd per diutinam decem annorum cohabitatio-
nem cum alijs adminiculis præsumitur matrimonium .ubi Doctores
idem dicunt in matrimonio spirituali. Tiraq.de præscript.glo.iiij. q.
vj.& 9. Vasq.lib.ij.controuer.c.64.nu.7. Et Octauianus Chacheranus
in decis.Pedemontana 173.num.4.dicit,quòd solemnitas substantia-
lis contractus quæ restituit iustitiam tituli non præsumitur ex diutur
nitate temporis,& Bal.in rubri. C. de rescind.uen.num.3. dicit,quòd
si per statutum,uel legem municipalem quædam solemnitates sunt
inductæ,quibus non seruatis substantia censetur omissa, & ideo con-
tractus est nullus, quando huiusmodi solemnitates tempore contra-
ctus requiruntur,ut consensus propinquorum,& iudicis decretum,&
iuramentum:secus si post contractum requirantur,Bald.sequitur Ias.
in l.uniuersa,num.7.& 8.C.de preci.Impera. offer. Brunus in tractatu
de forma,uers.quando aliquid censeatur traditum pro forma col. j. &
ij.ubi allegat Bal.in l.j.ff.de lib.& posthum.uers.quæro ergo.ubi ponit
exemplum in statuto disponente,quòd Notarij debeãt apponere no
men,& cognomen contrahentis, & patrem in contractu,alias non ua
leat instrumentum . & dicit quod illa appositio nominis est de solem
nitate substantiali propter decretum irritans appositum in statuto
non de mera probatione,quia ubi est tradita forma non possumus re
cedere à forma iuris,ex quo ergo statutum disponit quod ista sit for-
ma instrumenti,quod frater ex quo dat esse rei in instrumento dedu-
ctæ,ergo nihil omitten.est:secus uerò si statutum non procederet ul-
terius annullan.quia tunc nõ esset de forma,sed esset de mera demõ-
stratione,& Guilelm.Bened.in c. Raynutius, uers. in eodem testamẽ-
to,il j.nu.24. dicit,quòd ubi lex certam requirit solemnitatem in ali-
quo actu,talis lex uidetur tradere formam substantialem cui renun-
ciari non potest,allegat Bald.in c.j.qui success.teneant.& Bart.in d.l.
uniuersa.qui dicit,quòd illa dicitur forma substantialis quæ requiri-
tur in ipso actu,cuius omissio actũ uitiat ipso iure: secus si post actũ
cuius omissio non uitiat ipso iure, sed ope exceptionis, Guilelm. à
Perno cons.iiij.nume.12.dicit,quòd ubi deficit forma,deficit essentia
rei, Pedemonta. decis.165.num.9. Bero. loquẽs de statuto Romano
cons.176.nume.1.lib. j. & ita dicendum arbitror in ista constitutione
quòd forma illius debet unico contextu respectu iuramenti,consen-
sus consanguineorum, & decretum iudicis interuenire una cum insi
nuatione in actis postea facienda,ut dictum est supra,& ultra adest de
cretum irritans contractum factum non seruata forma præsentis con
stitutionis,ut ibi, & si factæ uel celebratæ fuerint seruata forma nul-
lius sint roboris uel momenti, & propterea hæc forma dat esse rei.est
substantialis,& illius omissio uitiat contractum tollit potentiam mi-
nori,& mulieri contrahendi alio modo,ut ibi fieri nõ ualeat. Vnde cũ
sit

sit forma substantialis respiciens iustitiam contractus seu tituli, non
præsumitur diuturnitate temporis, & ultra superius allegatos hoc te
net Alex.in l.qui in aliena,num.9.& seq.Ias.num.32.& seq. licet nume.
35.alleget pro,& contra, & dicat quòd est quæstio pro amico:sed ad-
uerte quòd Aretin.& alij allegati per Iaso.non loquuntur quando so-
lemnitas erat inducta pro forma substantiali contractus, & ubi ad-
erat decretum irritans,de quo loquuntur Doctores superius allegati,
& Ant.de But.& alij,in c.sicut,de re iudicata.allegati per Tiraquell.de
præscript.glos.iiij.q.39.uers. aliter item alij,car. 68. dicunt quòd tunc
diuturnitate temporis præsumitur solemnitas, quando solemnitati
inductæ à lege, uel statuto potest per partes renunciari: sed quando
non potest renunciari non præsumitur solemnitas ex diuturnitate tẽ
poris.Vasquez lib.ij.controuersiarum,c.64.num.17.Rol.cons.90. num.
39.lib.j. Guilelm. Ben.in dicto uers.in eodem testam.num.24.& dictũ
est supra glossa vj.num.139.& 164.in fine.& ideo Bar.in l.cum hi.§.præ
tor,ff.de transac.dicit,quòd solemnitas substantialis non potest omit
ti, & illius omissio potest facere mutationẽ circa substantiam eius de
quo agitur,& quòd non possit renunciari huic constitutioni prohibi-
tiuæ,& inducenti formam substantialem in contractibus minorum,&
mulierum probatur, quia dicit,minores non posse aliter contrahere
quàm cum ista solemnitate, ut patet ibi in constitutione, fieri non
ualeant, nec aliquatenus celebrari, & legibus prohibentibus non
potest renunciari. glossa in l. j. & ij. C. ne fideiusso. dotium dentur.
Bartol. in l. fin. colum. fin. uersicu.item quæ,C.de uend. re. ciuita. lib.
xij. & sequitur ibi Bartol. quòd legibus dantibus solemnitatem
non potest renunciari. allegat l. nemo potest,ff.de leg.j.quem omnes
Doctores ibi sequuntur, Roland.consil.90. numeto 39. lib.j. Quare ut
dictum est solemnitates præfatæ substantiales diuturnitate temporis
non præsumuntur.

309 ¶Vnde qui allegat solemnitatem in contractu minoris uel mulie-
ris in casu præsentis constitutionis præsumi ex diuturnitate tem-
poris, tunc sufficit sola negatio: & qui dicit interfuisse solemnita-
tem probare tenetur, Tiraquellus de præscription. glo. iiij. quæst.
39.Vasquez lib. ij. controuersiarum, capit.64. num. 8. & seq. & si illas
non, probat interuenisse non præsumitur ex temporis diuturnita-
te,ut dictum est.ideo cogita pro illius ueritate si casus eueniat, quia
in terminis nihil decisum aut terminatum uidi.

310 ¶An uerò ex diuturnitate temporis præsumatur causa, uidelicet,
& necessitas, & utilitas alienantis si non probatur aliundè.uide Pede-
montan.decis.172.& decis.173.nume. 8. & dixi supra in uerbo, decre-
tum.glossa iiij.

¶Sed quia diximus supra,num.37.hac glossa, & tetigi etiam supra pa
rum, quòd minor, & mulier alienantes rem immobilem non seruata
solemni-

ſolemnitate præſentis conſtitutionis poteſt ſpolio agere, uidendum eſt qualiter actio ſpolij ſit proponenda. & conſueui in facti contingentia prius obtinere abſolutionem à iuramento ab Epiſcopo, uel à Papa ut ſupra gloſſa ij. & poſtea proponere actionẽ ſpolij, uidelicet me exiſtente in minori ætate priuatum fuiſſe iniuſte à poſſeſsione talis prædij, uel domus, N. per quam prædij poſſeſsionem retinet cõtra meam uoluntatem ſpoliando, & in dicto ſpolio hodie perſeuerat: ideo peto me reſtitui ad poſſeſsionem dicti prædij: poſtea datis articulis probo extrema in ſpolio, ſi reus, & ſpoliator comparet, & producit inſtrumẽtum uenditionis factæ per me ſine ſolemnitate, & dicit me cecidiſſe à poſſeſsione facto meo, & ex proprio cõtractu, & quod propterea de iure non debeat reſtitui, tunc ſoleo excipere cõtra inſtrumentũ, quòd contractus eſt nullus, & doloſus, & obſtat illi præſens conſtitutio: ita quòd non ſit translatum dominium, nec poſſeſsio dicti prædij uſque à principio, ex quo fuit per me ſine ſolemnitatibus uenditum, dum erã conſtitutus in minori ætate uigintiquinque aunorum, & minor ætas eſt probata, & ſolemnitates conſtitutionis non ſunt ſeruatæ, ut apparet ex lectura inſtrumẽti, ex aduerſo producti. His uiſis per iudicẽ poteſt in ſpolio ſententiam ferre omiſſa declaratione nullitatis contractus, ut dictum eſt ſupra hac gloſſa, & exceptio proprij contractus poteſt per iudicem reijci ex proceſſu ad ulteriora. Bar. in l. j. in prin. C. de theſaur. lib. x. Alciat. in cap. cum contingat, nume. 70. de iureiuran. Neuizan. conſil. 85. nume. 13. Aymo conſil. 248. col. fin. Iaſon in l. diuus Adrianus, num. 8. ff. de re iudic. Natta conſil. 162. nume. 34. & ſequen. libro primo. Iacob. Menoch. in tractatu de reintegran. remed. 15. numero 139. & 191. & uide quæ dixi in capit. ſecundo. infra libro vj. & facit l. tres fratres, in fine, ff. de pactis. ibi, ideo de dolo utiliter replicari poſſe.

311 ¶ Idẽ fieri poteſt quando quis errore eſt ductus ad dimittendũ poſſeſsionem alicuius rei ſuæ. Alex. conſi. 69. in fi. lib. 7. & quando eſt ſpoliatus à iudice qui nulliter proceſsit, q̃a miſſus in poſſeſsionẽ uigore ſententiæ nullæ, poſsidet ſicut prædo, & multo peius. Roland. à Valle conſ. vj. num. 22. Ruin. conſ. 102. num. 11. lib. 5. & Aym. conſi. 248. col. fi. uerſ. rurſus ſi contractus.

Et per hæc ſit impoſitus finis huic Gloſſæ, ad laudem Sanctiſsimæ Trinitatis, & glorioſiſsimæ Virginis Mariæ. Amen.

SVMMARIA GLOSSAE NONAE.

1 *Additio Cardinalis Carpenſis facta huic conſtitutioni, quòd in donationibus maiorum ſeruentur ſolemnitates hic traditæ ad euitandas fraudes, quæ fiebant contra Cameram Apoſtolicam, uel alios, uidetur utilis.*
Donatio fraudulenta facta per maiorem, quando dicatur.
Patrono in bonis liberti debetur tertia pars. in fine.
2 *Donantes bona omnia coniuncto in fraudem futurorum creditorum.*
Creditoribus futuris, quando ex donatione fraus facta ſit.
3 *Donationes factæ poſt commiſſum delictum, & ante condemnationem.*
4 *Fraus quid.*
Fraus duplex conſilij, & euentus. in fine.
5 *Actio Pauliana datur pro reuocatione eorum, quæ in fraudem fiunt.*
Fraude creditorum alienata infra annum datur actio.
Actio Pauliana eſt actio in rem, Fauiana eſt actio in perſonam.
6 *Fraude geſtum ex edicto prætoris, generaliter reuocatur.*
7 *Verba cõſtitutionis in quibuſcunq; cõtractibus donationũ, qualiter intelligãtur.*
Quibuſcunque, eſt dictio uniuerſalis.
Interdicto fraudatorio, quæ reuocantur. in fine.
8 *Fraudandi conſilium, quando debitor habuiſſe dicatur.*
9 *Pupillus ſi alienet bona in fraudem creditorum, reuocantur.*
10 *Mulier ſi faciat liberationem marito ſuo debitori, cauſa fraudandorum creditorum, tanquam facta in fraudem reuocari debet.*
11 *Gener accipiens à ſocero fraudatore dotem, reſtituere creditoribus tenetur.*
12 *Emens ſcienter à debitore rem minori pretio gratia fraudandorum creditorum tenetur rem reſtituere.*
13 *Vſusfructus alienatus cauſa fraudandorum creditorum reuocari debet.*
14 *Venditor tenetur reuocatoria circa mancipium redemptum cauſa fraudandorum creditorum.*
Iure factum in damnum, alterius debet reuocari.
Rmphiteuta alienans rem emphiteuticam domino irrequiſito, ſi poſtea illam redemit, an recuperet ius perditum.
15 *Alienatione bonorũ facta per patrem erga filios & libertos, quæ creditoribus erant obligata reuocantur, alienata creditoribus reſtituere tenetur.*
16 *Legata facta in fraudem creditorum non debentur legatariis.*
17 *Funere debitoris alienata an reuocentur.*
18 *Hæres poſt aditam hæreditatẽ, qui bona hæreditaria tranſtulit, & remanſit creditoribus obligatus, ſi quid in fraudem alienauit, reuocatur hac actione.*
Agens reuocatoria fraudem probare debet.

Fraudem probare debet agens reuocatoria.
Soluendum aliquem esse, uel non esse, quomodo cognoscatur. ad finem.
19 Debitor non acquirens sibi relictum an conueniatur actione Pauliana.
Prælatus potest non acquirere Ecclesiæ.
Acquirere uel non potest debitor, & creditores non dicent factum esse in eorum fraudem.
Creditores non fraudantur quando debitor non acquirit, sed quando minuit.
Libertus potest repudiare hæreditatem, & non dicitur facere in fraudem patroni. ad finem.
20 Fideicommissum restitutum filio per patrem non retenta Falcidia, non fraudantur creditores.
21 Creditores non fraudantur si debitor soluit aliquibus creditoribus.
Solutum creditori per debitorem ex gratia, quando debeat reuocari tanquam solutum in fraudem creditorum. & nu. 23.
22 Creditor non dicitur fraudare creditores, si sequitur debitorem fugientem cui abstulit pecuniam.
23 Creditor extorquens à debitore pecunias reuocatur.
24 Pignus debitoris existens penes aliquem, quando reuocetur à creditoribus, tanquam factum in fraudem.
25 Bona addicta causa libertatum conseruandarum, non reuocantur.
26 Emens à debitore consentientibus creditoribus emptio non reuocatur.
27 Emptor secundus non cogitur restituere in fraudem alienata, quia possidet bona fide.
28 Hæredis fraudatoris bona non comprehenduntur hac actione Pauliana.
29 Factum in fraudem non reuocatur quotiens fraus non habuit effectum.
Fraus quæ non habuit effectum, non punitur.
30 Actio Pauliana datur creditoribus fraudatis re, & consilio, non autem non fraudatis.
31 Actio præfata non datur fraudatori, uel eius hæredi ad reuocanda alienata in fraudem.
32 Actio hæc competit fraudato contra eum, qui recepit rem in fraudem.
33 Creditor tenetur probare fraudem, & dominium debitoris super re alienata.
Dominium debitoris tenetur creditor probare rerum in fraudem alienatarum.
34 Fraude non caret, qui post protestationem perseuerat.
Protestatio ne quid fiat contra aliquem, quid operetur.
35 Emens ad hoc ut cogatur restituere debet scire debitorem uendere in fraudem creditorum.
Scientia, ex qua emptor priuatur iure suo, an sufficiat uerè, uel præsumptiue probari.
Scientia donatarij, & legatarii rem alienatam in fraudem creditorum non est necessaria, quod probetur.
36 Actio Pauliana datur contra omnes participes fraudis.

37 Item datur contra hæredem fraudatoris.
38 Item contra fraudatorem.
39 Actio Pauliana competit infra annum utilem.
40 Actio hæc Pauliana, quod in restitutione ueniat, uidelicet dominij, possessionis, fructuum, & similium.
41 Pupillo competit contra tutoris creditores interdictum fraudatorium.
Interdictum fraudatorium competit pupillo contra creditores tutoris.
Tutor alienans in fraudem pupilli, ad quid teneatur.
42 Patre alienante in fraudem filiorum reuocatur alienatum.
Donatio inofficiosa reuocatur.
43 Donatio propter benemerita non est inofficiosa consilio.
44 Donatio facta extraneo, & inofficiosa re, & consilio, non reuocatur nisi usque ad legitimam.
45 Pater alienans bona propria in fraudem filiorum, an alienata reuocentur.
46 Dos uiuente patre, an sit constituenda ad mensuram legitimę.
47 Pater instituens nouercam in omnibus bonis, & filium primi matrimonij in aliqua parte, an sic alienata reuocentur, & usque ad quantitatem.
L. hac edictali. C. de secundis nupt. quando procedat declaratur.
48 Filij primi matrimonii, quibus est relictum minus legitima, & non sunt probibiti plus petere, reuocant testamentum usque ad legitimam, in quo est instituta nouerca.
49 Filio primi matrimonii probibito plus petere, sibi applicatur portio nouercæ, & nouercæ portio filii, primi matrimonij.
50 Filio primi matrimonii ingrato non competit remedium l. hac edictali.
51 Ingratitudinis exceptio potest opponi per nouercam contra filium primi matrimonii agentis remedio l. hac edictali.
Nouerca uel eius hæres, potest opponere exceptionem ingratitudinis contra filium primi matrimonii agentem remedio l. hac edictali.
L. fin. C. de secund. nupt. quomodo intelligatur.
Causa exhæredationis filii non est exprimenda quando filius primi matrimonii priuatur à patre maiori parte hæreditatis propter ingratitudinem, & instituitur nouerca.
Ingratitudo opponi potest à nouerca, licèt non sit opposita à patre contra filium ingratum. in fine.
52 Ingratitudo probatur per duos testes contestes.
Probatio dilucida, & liquida quæ sit.
53 Ingratitudine probanda non sufficiunt coniecturæ, & iuramentum.
54 Tempus & locus an sint necessaria in probanda ingratitudine, uel sufficiat specificatio partis de tempore, & loco illatę ingratitudinis.
Specificatio loci, & temporis an sit per partem, uel probari debeat per testes in causa ingratitudinis.
55 Specificatio loci, & temporis illatæ iniuriæ parte opponente per partem

fieri debet.

Dies, & mensis, quando adest uerisimilis obliuio non sunt specificandi per partem, sed sufficit specificatio anni. ad finem.

56 Fraus fit de nomine ad nomen.

Simonia est illud quòd pro crismate exigitur ab Episcopo, siue pro cathedratico, uel præstatione paschali, uel episcopali consuetudine.

Simonia semper est fraus. ad finem.

Fraus semper est in simonia.

57 Simonia conuentionalis qualiter fiat.

58 Simonia conuentionalis cōmittitur, quando recipiuntur beneficia in confidentiā.

Confidentia est simonia.

Bulla confidentiarum Pii V. declaratur. & seq.

59 Confidentia nuncupatur cessio beneficii simplex, uel cum circuitu retro cessionis, dummodo cessionarius teneatur restituere beneficium cedenti, uel fructus eidem soluatur.

60 Confidentia est quotiens collator confert beneficium alienū ad hoc, ut de eo possit arbitrio suo disponere.

Ordinarii, & inferiores collatores qualiter committant confideutiam.

61 Prouisi possunt dicere ordinario collatori facta collatione, ut euitent confidentiam, nescio te.

Confidentia qualiter euitetur.

62 Confidentia committitur per patronum, & quomodo.

Clerici Cameræ, aut alii, qualiter committant confidentiam.

63 Confidentia est cessio facta in clericos Cameræ effectuata, & qui postea retrocedunt in fauorem dimitten. reseruatis fructibus.

Dictio, ad hæc, quid significet. in fine.

64 Confidentia est etiam quando quis committit crimen, & resignat beneficium in personam confidentem, quod post obtentam absolutionem recuperat.

65 Confidentia, & simonia committitur, si una pars tantum habeat mentem prauam.

66 Confidentia probatur coniecturis.

67 Coniecturæ ad probandam confidentiam, primo si resignans post resignationem se de facto ingesserit in beneficio, uel fructus perceperit, & ideo ista coniectura probanda, & quomodo. ibidem.

Ignorans non delinquit, & præsumitur.

68 Resignans ante publicationem resignationis, & capta possessionis potest fructus percipere.

69 Coniectura secunda est si resignatarius constituat procuratorem dimittentem, aut alios propinquos.

70 Coniectura secunda confidentiæ qualiter probetur.

71 Coniectura tertia confidentiæ probatur depositione procuratoris & libro bancbariorum.

Conie-

72 Coniectura quarta confidentiæ est si resignans quouis non perceperit fructus.

73 Coniecturæ confidentiæ probantur per testes singulares.

Testes singulares probant confidentiam.

74 Testes criminosi probant confidentiam.

75 Mediatores probant confidentiam.

76 Socii criminosi, & muneris simoniæ non admittuntur in testes.

77 Penę quæ incurrunt committentes simoniam, & confidentiam.

Excommunicatio an committatur ipso iure sine declaratione.

GLOSSA NONA.

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO.

Et in quibuscunque contractibus donationum bonorum, & iurium quorumcunque per quoscunque tam maiores quàm minores ad obuiandum fraudibus quæ quotidie fiunt etiam contra Cameram Apostolicam, & alias quascunque priuatas personas.



1 QVONIAM hæc est ultima pars additionis Carpensis factæ huic constitutioni, in qua ampliatur illius dispositio ad donationes factas per maiores ad obuiandum fraudibus quæ fiunt contra Cameram Apostolicam, & alias priuatas personas uidetur utilis propter causam quæ mouit Cardinalem de Carpo ad statuendum hoc modo in donationibus maiorum, quæ esse potuit, quia maiores faciebant contractus donationum clàm in fauorem personarum, de quibus confidebant, & postea committebant aliqua delicta, ex quibus confiscatio bonorum sequi poterat: tamen quando fiscus uolebat capere bona confiscata excludebatur à dicta donatione fraudulenta facta in confidētiam in personam consanguinei, uel alterius per ipsum delinquentē electum, & hoc innuunt illa uerba, in fraudem Cameræ Apostolicæ, ut in eis qui donabāt iura sua dum erant in infirmitate de bonis alteri debitis in fraudem illorum, qui debebant donanti succedere tanquā facta in fraudem debet reuocari, Cassan. consi. lvj. nu. 4. allegat Alber. de Rosate in l. omnis, §. Lucius, ff. quæ in fraudem credit. & l. unus libertus, ff. de oper. libert. ubi libertus non potest donare etiam remunerando eo existente in infirmitate, quia præsumitur facere in fraudem patroni, cui patrono in bonis liberti tertia pars debetur, §. sed nostra, Institu. de succes. libert. & patrono competit actio Cal-

 uisiana

uiſiana uel Fauiana contra huiuſmodi alienationes, ut toto titu.& C. ſi quid in fraudem patr.

2 ¶Et alij donabant hodie bona ſua alicui coniuncto, & ualde amico uel conſanguineo, & cras capiebant mutuo, uel alias maximam quantitatem pecuniarum ab aliquibus, & poſtea agentibus creditoribus ad bona obligati debitoris donatarius dicebat, quòd non poterat donator obligare bona ei donata creditoribus futuris, quibus replicabãt creditores, ꝙ illa donatio erat facta in fraudem futurorũ creditorũ, l. omnes debitores, §. Lucius Titius, ff. quæ in fraud. credit. ubi tex. dicit, ꝙ alienator uidetur habuiſſe conſilium fraudatorũ creditorum, quod cõſilium ex ſignis probatur. Primo, quia donatio omniũ bonorũ erat facta cõiuncto. Secundo ex breuitate tẽporis inter donationẽ, & obligationem factam creditoribus, & ex multis ſignis, & indicijs fraudum conuincere poterant donatarium, l. ait prætor, §. ita demum, ff. quæ in fraudem. ubi Bar. & Alb. gloſ. in §. item ſi quis. Inſtitu. de actio. in uerbo creditor, & in ſimili caſu reſpondit Ripa in titu. de donat. & gratijs perfect. reuo. reſponſo iiij. nu. 4. & 5. fol. lxxxv. in ultima impreſsione. aliud ſignum fraudis eſt remanere in poſſeſsione rei donatæ, ut ſupra lib. ij. cap. 43. Rebuff. in pract. Benefic. ſuper reg. de pub. reſig. gloſſa j. multa ſigna frandis ponit Iul. Clarus in practica Criminali, §. fin. q. 78. uerſ. fraus autem.

3 ¶Vel aliqui committebant delictum poſtea ante condemnationem donabant, & ſecutà condemnatione fiſcus uolebat capere talia bona: donatarius replicabat bona huiuſmodi eſſe alienata ante condemnationem, fiſcus dicebat talem alienationem non ualere, quia facta fuit in fraudem fiſci poſt commiſſum delictum à donatore, l. poſt contractum, ff. de donat. ubi hæc materia latiſsimè tractatur à Bar. Paulo de Monte Pico, & ab Alciato, alijſq; Doctoribus, uidelicet Iaſo. in §. item ſi quis, nu. 34. uſque ad numerum 48. Inſtit. de actio. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rub. iiij. §. iij. gloſ. 5. per totum. Afflict. deciſ. 370. & à quampluribus alijs Doctoribus, quorum nomina referre potius eſt laborioſum, quàm utile; ideo ad eos recurre cum eorum dicta hic tranſcribere non intẽdo, & ſatis ſit de ſupradictis exemplis pro cauſa huius additionis factæ à Cardinali Carpenſi, qui uoluit fraudibus obuiare in contractibus donationum factarum à maioribus in fraudem fiſci, & aliorum, ut maiores teneantur ad obſeruantiam iſtius conſtitutionis, uidelicet, ut maiores iurent tactis ſcripturis, adhibeant proximiores conſanguineos, de quorum forſan intereſſe tractatur, qui poterunt aliqua ratione donatorem ab huiuſmodi propoſito remouere, uel impedire ne donet; adhibeat etiam decretum iudicis cauſa cognita interponendum, & ulterius inſinuationem donationis in actis competentis iudicis facien. quæ omnia faciunt fraudem, dolum, machinationem, & metum ceſſare, ut eſt ſupra dictum pluries per diſcur-

ſum: ideo fuit occulatiſsima additio, digna tanto uiro, cuius laudes facundiſsimo oratori reſeruandę ſunt, mihi autem ſatis ſit pro nunc animi illius prudentiam, iuſtitiam, & puritatem tendere ad bonum publicum demonſtrare, & hęc mihi pro cauſa huius additionis dicta ſufficiant, reliqua ſtudioſus colligat.

4 ¶Sed quia iſta additio facta eſt ad obuiandum fraudibus, uideamus quid eſt fraus. & Bal. in l. quæ fortuitis, num. 5. C. de pig. act. dicit, quòd fraus propriè dicitur contra fidem, & idem Bal. in l. fraus, num. 3. ff. de legib. ait, quòd fraus eſt occaſio tendens de permiſſo ad prohibitum, & idem in tit. ſi de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. §. beneficiũ, in j. ibi nota de fraude, & quòd de permiſſo ad permiſſum nõ fit fraus, nec de prohibito ad prohibitum, ſed eſt quædam multiplicatio boni uel mali. unde propriè eſt fraus quando permiſſum ſimulatur, & prohibitũ agitur re uera, Allegat Io. Monach. in c. auaritiæ, de electio. lib. vj. num. 4. & ſeq. ubi dicit, fraudem fieri legi Eccleſiaſticę, hoc eſt canoni, & fit hęc fraus de tempore ad tempus, de nomine ad nomen, de perſona ad perſonam, de loco ad locum, de re ad rem, & de contractu ad contractum, & Dec. in l. generaliter, ff. de reg. iur. num. 1. dicit fraudem ille committere qui ad deceptionem alterius, & ad ſui commodum aut uerum tacet, aut falſum exprimit, ubi Cagnol. num. 1. Iac. Cuiac. in l. iuris gentium, §. ſed ſi fraudandi. dicit, quòd fraus damnum eſt, quod uel mala fides aduerſarij, uel ipſe euentus rerum affert, ſi fraudor aduerſarij mala fide dolus eſt, ut ſi per fallaciam debitoris ei ſortem remiſero. Dolus autem edicto comprehenditur, Franciſcus Conanus in Commentarijs iuris ciuilis, lib. v. c. v. nu. 1. dicit fraudem damnum eſſe, ubi multa pulchra declarat quem uide, Tiraq. de retract. par. j. §. 26. gloſ. j. nume. 33. dicit, dolum ex fraudem germana eſſe, & quadam cognatione coniuncta quamuis Doctores in dicto §. ſi fraudandi, faciant differentiam inter dolum, & fraudem, & fraudis interpretatio non ex euentu ſolum, ſed ex conſilio deſideratur, l. fraudis interpretatio, ff. de re. iur, ubi Deci. & alij, & ideo fraus duplex eſt conſilij, & euentus, & nõ ſufficit euentus, niſi & fraudis conſilium detegatur, l. 2. C. de ſeruo pig. dat. man. ibi quam ſi hoc fraudis conſilio effectum detegatur, & ſic nõ ſufficit ſola alienatio niſi conſilio fraudis fiat, l. ſi quis, ff. quæ in fraud. credit. & Franciſc. Bald. in d. §. item ſi quis, uerſic. in fraudem. dicit ſupradicta requiri in contractibus non lucratiuis, ſed in lucratiuis ſufficit dolus tradentis, l. ait prætor, §. j. quę in frau. cre. ubi Ioan. Miſinge. num. 22.

5 ¶Sed quia dicitur in textu conſtitutionis, & in quibuſcunque contractibus donationum minorum, uel maiorum, ad obuiandum fraudibus hanc formam ſeruari uolumus, quaſi dictus Cardinalis de Carpo dicat; Si iſta forma non ſeruetur dictas donationes tanquàm fraudulentas reuocabo, quia illud quod in fraudem geſtum eſt actione

Pauliana reuocatur,l.uideamus,§.in Fauiana,ff. de usuris. ibi, per quã quæ in fraudem creditorum alienata sunt reuocantur una cùm fructibus,& in l.j.ff.quæ in fraudẽ cred.dicitur, quæ fraudationis causa gesta erunt cum eo qui fraudem non ignorauit, infra annum actionem dabo, idque etiam aduersus ipsum qui fraudem fecit seruabo, & in l. ait prætor,in prin. eodẽ tit.idem dicit, & ista actio Pauliana est in rẽ, Insti.de action.§. item si quis in fraudem creditorum,rem suam alicui tradiderit,permittitur creditoribus rescissa uenditione eam rem petere,idest eam rem traditã non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse,& l. ait prætor,§.si cum mulier, ff. quæ in fraudem credit. ubi reuocatur alienatio facta per uirum in causa dotis in fraudem creditorum.& uide glossam in §.item si quis uerbo, eam rem, Instit. de act. ubi declarat actionem Paulianã esse in rem;Fauianam, quę competit patrono in rebus alienatis per libertum in fraudem patroni. esse in personam,l.j.§.hæc actio, ff. si quid in fraudem patroni,tamen glossa, & Doctores ibi declarant,quòd est actio personalis in rem scriptam, & Ias.ibi,nume.97.dicit,quòd tres sunt actiones reuocatoriæ, quæ indifferenter competunt creditori,uidelicet actio in factum,quæ uocatur Pauliana.Alia quæ cõpetit patrono, quæ uocatur Fauiana.Tertia quæ est indifferens ,& competit tam patrono,quàm creditori dicitur Caluisiana.Tandem recitatis opinionibus, Bart. in l.hac in factum, ff. quæ in fraud.cred.& in l.ij.C. si quid patron. esse asserit quatuor actiones reuocatorias,tandem residet cum Io.Fabro,qui asserit posse teneri quamcunque opinionem uolueris,quia non est magni effectus actio Pauliana est actio in factum de qua in l.hac in factum,ff. quæ in fraud. cred.datur etiam interdictum fraudatoriũ quod colligitur in l.omnes debitores,ff.dicto tit.ad reuocandum dominium, & possessionem rerum in alium,in damnum creditorum per fraudatorem trãslatarum, Ioach.Minsig.in d.§.item si quis,num.19.

6 ¶Et animaduerte,quòd alienatio facta in fraudem est generalis circa omnes contractus, quia quicquid fraudis causa factum est,per uerba edicti prætoris reuocatur,l.j.§.ait ergo prætor,ff. quæ in fraud. credit. quæ uerba lata sunt, & comprehendũt alienationem, & liberationem factam per pactum per acceptilationem, & si liberet pignora uel aliquem creditorem proponat,uel ei præbeat exceptionem, uel faciat obligationem fraudandorum creditorum causa, siue numerauit pecuniam,uel iudicio non assistit,uel litem mori patitur,uel à debitore nõ petit,ut tempore liberetur,aut usumfructũ uel seruitutem amittit, ut dicitur in l.ij.& iij.& l.ait prætor,§.si cum mulier, & l. & si pignus, & l. in fraudem,ff. dicto tit.

7 ¶Sed hæc constitutio uidetur se restringere ad contractus donationũ tantum, & illa dictio,in quibuscunque contractibus donationum,potest intelligi de contractu donationis inter uiuos,qui fit ex mera liberalitate

ralitate donantis, & toto tit. ff.de donat.Item donatio sub modo ex qua donatarius obligatur, & donatio causa mortis, & donatio inter uirum, & uxorem, & hoc operabitur illa dictio,in quibuscunque,quæ est dictio uniuersalis distributiua,& attribuit rem cui queinsolidum, ut dictum est supra glossa 7.nume.9.& sic loquitur in actis lucratiuis in quibus sufficit probare fraudem, & dolum tradentis sine solemnitate præsentis constitutionis,qui dolus eo ipso probatur,quòd forma constitutionis seruata non probatur,& tunc donata per interdictum fraudatorium,uel actionem Paulianam debent reuocari ac si donata non fuissent,§.item si quis.Instit.de act.& dictum est supra,quia ex titulo lucratiuo possidet rem in fraudem donatã,l.ignoti iuris non est, C.de reuocand.his quæ in fraudem.

8 ¶Et potest intelligi consilium fraudandi creditoris quando debitor sciens habere creditores omnia bona alienauit, l.omnes debitores,§. Lucius Titius,ff.quæ in fraud.credit.

9 ¶Et non solum alienata per debitorem in fraudem creditorum reuocantur, sed alienata per pupillum impuberem tutorem, uel curatorem in fraudem creditorum reuocantur, l.ait prætor.§.si impubes, ff.quæ in fraudem creditorum. & pari modo, si quid cum pupillo gestum est in fraudem creditorum reuocari debet, quia pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debet esse captiosa creditoribus, & ipsi lucrosa, l. quod autem, §. si quid cum, ff. quæ in fraud. credit.

10 ¶Et idem si mulier fraudandorum creditorum consilium inijsset marito suo debitori liberationem debiti fecerit in fraudem creditorum dotis constituendæ causa, reuocabitur,& maritus ad solutionem pecuniæ huiusmodi cogetur,nec mulier habebit actionem de dote,quę in fraudem creditorum constituen. non est,l.ait prætor.§.si cum mulier,ff.quæ in fraud.cred.

11 ¶Et si gener sciens à socero fraudatore dotem acceperit,illam restituere creditoribus tenetur, l.fin.§.si à socero, ff. quæ in fraud. credit. & si mulier ante tempus conuentum à uero,uel alio debitore in fraudem creditorum dotem recepit, quia tenetur restituere si creditoris intererat dotem suo tempore reddi,l. ait prætor,§. si cum in diem, ff. dicto titu.

12 ¶Pari modo quando debitor consilio fraudandi creditores uendidit rem minori pretio sciens emptor tenetur rem emptam restituere etiam non recepto pretio, l. si debitor,& l.ex his,ff.quæ in fraud. credito. & non solum rem restituere tenetur, sed fructus etiam qui percipi potuerunt per fraudatorem solutis tamen emptori expensis necessarijs in fructibus factis, uel uoluntariè factis mandato fideiussorum,l.ait prætor,§.per hanc,il 2.ff dicto tit.

13 ¶Et non solum si res alienatur datur hæc actio reuocatoria, sed si usus-

usufructus alienetur reuocari potest, l. ait prætor, §. per hanc, il j. ff. dicto titu.

14 ¶Et si quis cum consilium iniisset fraudandorum creditorum redhibuerit seruum non redhibiturus aliàs, nisi uellet eos fraudare, & tunc tenetur creditoribus uẽditor propter mancipium redemptum, l. bouem, §. si quis cum, ff. de ædil. edict. ubi glo. dicit, quòd uenditor tenetur reuocatoria: sed ille qui redhibuit tenetur ex illo edicto, quando aliàs non erat redhibiturus, l. quia redhibito homine, ff. de alien. iud. mutan. caus. fact. ubi glossa declarat, quòd illud quod fit iure si fit in damnum alterius debet reuocari, nec uidetur licitè fieri, ubi Alber. & Bal. dicit, quòd si emphiteuta alienat rem emphiteuticam iure quęsito domino, & postea redimit non recuperat ius prædictum. Tu tamen distingue, quòd aut res est integra respectu uenditoris, emptoris, aut domini, & tunc emphiteuta semper potest pœnitere, & contractum rescindere rem alienatam redimendo, Ias. in l. fin. C. de iur. emphit. q. 20. num. 135. & seq. Zasi. in tract. feud. parte x. num. 6. & seq. Hippol. sing. ccccxij. ubi etiam ponit aliquas fallentias. aut res non est integra, & tunc credo ueram Bald. opinionem, etiam quando est facta alienatio saluo iure domini cum clausula, & non aliàs &c. sequuta reali traditione. Deci. consil. clx. colum. ij. Paris. consil. 86. lib. iiij. num. 14. Ioan. Cephal. consi. ccxxiij. num. 38. & seq. Bero. consil. cxx. nu. 4. lib. j.

15 ¶Et ille qui scit debitum habere omnia bona sua filijs, & libertis suis alienando uidetur habuisse consilium fraudandi creditores, quia scit habere creditores, & nihilominus omnia bona alienauit in filios, etiã mentis patris ignorantes, qui tenentur hac actione dicta bona creditoribus restituere, l. omnes, §. Lucius Titius, ff. quæ in fraud. cred. quam l. summat Bart. quòd in donatione omniũ bonorũ præsumitur fraus, & ꝙ sufficiat libellum præsumptiuè concludere: & glossa dicit, quod procedit in donatione uniuersali omnium bonorum, non autem particulari, Alex. consi. 55. col. fi. lib. j. tenet idem quando alienauit maiorem partem bonorum, & pro declaratione. uide Socin. consi. cviij. lib. j. & Ias. in §. item si quis in fraudem, num. .... Instit. de act. & Paul. de Cast. in rubr. C. de reuocan. his, quæ in fraud. credit. in fin. dicit, quòd fraus probatur si tempore uenditionis non erat soluen. uel alienauit omnia bona, & quem non esse soluen. probatur fama uicinorum. Bal. in l. j. num. 7. C. de his, quæ in fraud. uide tamen Ias. in l. si constante, ff. solu. matr. num. 133. & seq.

16 ¶Eapropter legata in fraudem creditorum facta non debentur legatarijs, sed creditoribus, l. primo gradu, ff. quæ in fraud. creditorum. & ipsi legatarij habentur in ea parte, quæ de bonis seruari potuit, habere pignoris causa conuenit, l. quarta, in fine, ff. de separat. & l. v. §. postquam rei seruandæ causa. ff. ut in possessio. legat. ubi missus in pos-

in possessionem gratia seruandorum legatorum creditoribus potior non habetur, & legatum à mortuo relictum, detractum solui debet, l. j. C. de bon. aucto. iud. possid. & in rebus fideicom. subiectis fideicommissaria præfertur creditori hæredis, qui est missus in possessionẽ gratia rei seruandæ, l. xj. §. fi. ff. ut in poss. leg.

17 ¶Præterea ea omnia reuocãtur, quę in funus debitoris alienata sunt, l. si cum fideicommissa. §. j. uers. planè. ff. qui & à quib. & sic creditores habentes expressam hypothecam præferuntur impensæ funerum, quæ impensa præfertur habentibus tacitam hypothecam, non autem habentibus expressam, l. impensam, ubi glossa. ff. de relig. & sumpt. fune. & præfertur hæredi ualenti detrahere Falcidiam, Instit. ad legem Falcid. §. cum ratio, & l. j. §. fi. ff. ad leg. Falcid. & l. si uir. dicto tit.

18 ¶Si hæres post aditam hæreditatem bona hæreditaria transtulit, remãsit creditoribus obligatus. Vnde excussis bonis suis si quid in fraudem creditorum alienauit, reuocatur hac actione, l. j. C. de reuocan. ijs quæ in fraud. cred. alie. sunt. Vbi Paul. dicit quòd ex dispositione istius l. non datur reuocatoria, nisi prius excusso præsente debitore, non ex uoluntate, sed ex necessitate contra glossam hic, quæ communiter reprobatur, ut dicit Bald. nu. 2. & hic ex ea ratione, quia ille, qui agit reuocatoria, debet probare fraudem, de qua non constat, nisi bonis excussis, & super ista discussione interrogantur familiares, uxor & domestici, ut l. 2. C. quando & quibus quarta pars, lib. x. & potest fieri hæc excussio pendente iudicio reuocatorio, Bald. in d. l. j. nume. 4. & quando est notoria paupertas, non requiritur excussio, Bal. ibi num. 5. quæ excussio in pignore prætorio fieri non debet, Bald. ibi num. 6. & sequen. quando fit alienatio pignoris pendente iudicio. Et quid si defenditur an ille, qui defenditur dicatur esse soluendo. & uidetur quod sic, l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. Vbi Deci. ponit illos, qui sunt soluen. & quando præsumatur aliquem non esse soluen. & ibi uide Cagnol. & Main. sed hæres si in aditione hæreditatis læsus sit, restitutionem in integrum petere potest, & eam ex aliqua iusta causa obtinere, l. ait prætor. §. si quid in fraudem cred. ubi etiam Docto. & uide supra glos. viij. ubi de restitutione in integrum, satis disseruimus.

¶Et quoniam in certis casibus debitor, uel qui non est soluendo, repudiando iura sibi delata, ex aliquo contractu lucratiuo nõ uidetur hoc fecisse in fraudem creditorum, ideo hic libuit aliquos casus recensere.

19 ¶Et primo sciendum, quòd actio Pauliana datur regulariter contra debitorem non acquirentem, licèt possit acquirere, & cum acquisitis satisfacere creditoribus, & exemplum ponitur in l. qui actum, in prin. ff. quæ in fraud. cred. & ponit exemplum in eo, qui repudiat hæreditatem sibi delatam & legitimam, sibi debitam uel relictam in testamento: quia debitor noluit acquirere. Idem si filium suum emancipauit, ut

ut suo arbitrio adeat hæreditatem, non comprehenditur in hac actio ne Paulina, secus si facta sit fraus in alienatione serui, quia omnia reuocabuntur. Vbi uide Bar.& Doctores,& præsertim Modernos in additione, qui idem dicunt in prælato, qui potest nō acquirere Ecclesię, allegat glossam,& Doctores in l.iubemus.C.de sacrosan.eccle.& plura alia, quem uide,& l.alienationis uerbum,§.qui occasione,ff.de uerbor. significa.vbi Alciat. comprobat exempla posita per Iurisconsultum,& est regula iuris in l.non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis minuitur, ubi Deci. Cagnol. & Main. & limitat Deci. hanc regulam in casibus, in quibus de natura contractus quis acquirere tenebatur, ut per Bar.in l.j.§.nō quærimus, ff.siquis omis. cau.testa. & hoc idem disponitur in liberto, qui potest legatum, hæreditatem, & similia sibi delata repudiare, nec erit locus reuocationi, seu Fabianæ actioni, quia sufficit si libertus in damnum patroni nihil alienauit, licèt non acquisiuerit, & licèt legatum retro nostrum sit nisi repudietur, palam est nostrum nō fuisse, si repudietur, l.j.§.utrum. ff. si quid in frau. patro. Et potest applicari hæc conclusio huic constitutioni, quæ loquitur tantum de donatione bonorum,& iurium, non autem de repudiatione legatorum, hæreditatum, & similiū, cum loquatur de diminutione bonorum, non de acquisitione, nā qui donat, perdit, non acquirit.

20 ¶ Nec minus fraudantur creditores, quando pater debitor filio in uita restituit fideicommissum, non retenta Falcidia, l. patrem.ff.quæ in fraudem cred.& idem dicendum, si non retinuit Trebellianicam, l.debitorem.ff.dicto tit.quia non videtur fraudasse creditores, sed magis fideliter fecisse restituendo integrum, quod sub fide sua mandauerat testator restitui.

21 ¶ Nec fraudantur creditores, quando debitor quibusdam creditoribus soluit, quia creditor, qui recipit quod suum est, & sibi debetur nihil dolo facit, l.qui autem.§.apud Labeonem, & §. sciendū, & seq. ff. quæ in fraud.cred.& l.nihil dolo.ff.de reg.iur.vbi Deci. & Cagnol.se remittunt ad dicta per eos in regula. Nullus uidetur dolo facere, dicto tit. sed quid si pupillus soluet per gratiam debitori, quando solutum debeat reuocari per creditores, l.pupillus. ff. dicto tit.ubi Bartol.facit longam positionem casus, quem uide, & ibi disserit an debitor possit compensare cum alio in præiudicium creditoris hypothecarij. Vide etiam textum in l.vj.§.j. ff.de bo.autho.iud.post.

22 ¶ Nec minus fraudare creditores dicitur ille creditor, qui sequitur debitorem fugientem cum pecunia, cui abstulit pecuniam & penes se retinuit illud, quod sibi debebatur, & tunc uidendum an pecunia à debitore fugiente ablata sit auferentis antequam creditores sint missi in possessionem bonorum debitoris, aut post, si ante non reuocatur ista pecunia de manu creditoris si postea reuocatur, l.ait prætor, §. si debi-

debitorem, ff. quæ in fraud.cred.ubi gl. Bar. & moderni in additione ad Bar.differunt, an creditor possit authoritate propria debitorem capere,& tractant materiam fugę debitoris.

23 ¶Nec minus reuocatur quando bona debitoris uenduntur si debitor soluerit pecuniam creditori, an hæc solutio reuocetur.& tex.in l. pupillus,§.quid ergo, sic distinguit, aut creditor extorsit, & reuocatur actione Pauliana: aut sponte soluit,& non reuocatur, quia iura uigilantibus non dormientibus subueniunt, cum possim facere conditionem meam meliorem, ubi Bart.latè declarat hanc materiam, quem uide.

24 ¶Nec reuocatur pignus debitoris existens penes aliquem hac actione Puliana quia possidet iure suo, ut pignus non ratione rei seruandæ causa, l.illud constat,& l.cum in uetus, ff.quæ in fraud. cred. nisi pignus datum sit gratia fraudandorū creditorum, l.ait prætor, §. si cui, ff.eodem titu. Vnde quando potest probari pignus datum fuisse ueteri creditori gratia fraudandorum cæterorum creditorum competit hæc actio, sed quando fraus probari non potest, non est locus huic actioni, ut in d.l. illud constat;& hoc modo contrarietas dictarum ll. uitari potest,& uide glos.in d.l.ait prætor,§. si cui.ubi ponit plures solutiones, quam Bar.sequitur in ea quę dicit pignus in fraudem creditorum datum fuisse.

25 ¶Præterea cessat actio Pauliana si bona sunt addicta alicui libertatum conseruandarum causa, utputa ille cui bona addicuntur, cauit de soluendo solidum debitum cuique, Instit.de eo cui liber.cau.bon.add. §.j. ubi glos.& Docto.& l.ait prætor,§.si ex constitutione,ff.quæ in frau. cred. & est ratio, quia per cautionem de soluendo solidum cuiuslibet creditor est securus,& fraus cessat, aliàs fiet uenditio bonorum hæreditariorum pro solutione creditorum.

26 ¶Cessat etiam hæc actio quotiens quis emit à debitore consentienti bus creditoribus, nam non uidetur fraudem facere contra illos qui sciunt,& consentiunt, l.quod autem, §.præterea, ff.dę his quæ in fraud. credit. Vbi glossa dicit quod consensus debet esse expressus, uel potest cōiecturis probari, utputa quia uiderunt creditores rem alienari per debitorem,& tacuerunt, Ang.C.de remiss.pig.l.j.& ij.§. fin. & uide l.si ait,§.non uidetur,ff.de remiss.pig. Ioseph Lud.decis.Perusina ix. num. 22.& sequen.ubi attestatur de magis communi opinione, uel aliis con iecturis,& adminiculis, de quibus supra glo.viij.ad finem.

27 ¶Hæc actio non datur contra secundum emptorem qui emit bona fide, l.qui à debitore, ff.quæ in fraud.cred.

28 ¶Præterea si fraudator hæredem habuit, cuius hæredis bona uendiderit non uidetur hæc alienatio facta in fraudem creditorum, quia nō sunt alienata bona fraudatoris, l. ait prætor, §. si fraudator, ff. quæ in fraud.cred.ubi glossa.

29 ¶Cessat etiam hæc actio quando alienantur bona à debitore, sed tamen

men creditores satisfacti sunt de eorum credito, quia ubi fraus non
habuit effectum suum, non reuocatur factum in fraudem nisi factis no
uis creditoribus, de quorum pecunia fuit primis satisfactum, sed po-
stertoris fraudati sunt, ideo illis nouis creditoribus datur reuocato-
ria, l. ait prætor, §. j. ff. quæ in fraud. cred. ubi Bart. dicit quod si apparet
alienationem factam fuisse in fraudem futurorum creditorum dari re
uocatoriam, secus si non apparet, videlicet si primi probēt dimissa pe
cunia posteriorum creditorum, l. nisi, ff. dicto tit. & dummodo secundi
creditores succedant primis. Et Iason in §. item si quis in fraudem, In-
stit. de actio. num. 62. & sequen. Et si nō omnes sunt satisfacti, sed unus
remāsit de antiquis creditoribus, ille unus potest reuocare, d. l. ait præ
tor, §. præterea sciendum. quod declaratur dummodo ille unus sciat se
fraudari, quia si ignorauit non uidetur fraudatus, d. l. ait prætor, §. il-
lud certe, ubi glossa, & Barto. & Alber. in d. §. præterea sciendum. latè
hanc quæstionem examinat, & quod si possessor offerat pretium an au
diatur. Vide Ias. in d. §. item si quis in fraudem, num. 115.

30 ¶ Hæc actio datur creditoribus fraudatis re, & consilio, non autem
aliis qui non sunt fraudati, d. l. ait prætor, §. j. ubi omnes. datur hæredi
bus creditoris fraudati, quia est rei persecutoria, d. l. ait prætor, §. fin.
datur singulari successoril. debitor. ubi glossa, & Albe. ff. d. tit.

31 ¶ Nec datur hæc actio debitori, uel eius hæredi ad reuocandum ea
quæ in fraudem alienata sunt, l. filios, C. de reuocan. his quæ per fraud.
alie. sunt. ubi glossa dicit quòd reus non auditur allegans suam, & de-
functi turpitudinem, & ibi Paul. de Cast. licet possint allegare fictionē
uel simulationem, & quando quis possit suam turpitudinem allegare
uide apostillam ad Paul. de Cast. in d. l. filios, & in casu præsentis consti
tutionis, an dabitur reuocatoria donatori qui in fraudem donauit al-
legando suam turpitudinem, & ex præmissis dicerem quod non.

32 ¶ Præsertim quia hæc actio competit fraudato, ut supra dictum est
contra eum qui recepit rem in fraudem alienatam, ut l. j. & l. ait, in pri
mo. ff. quæ in fraud. cred. & l. ignoti iuris non est, C. de reuocan. iis quæ
in fraud. alienat. sunt. & si mouetur hoc iudicium contra retinentem
titulo oneroso, opus est probare fraudem dantis, & recipientis, l. qui
autem, §. hoc edictum, & l. ait prætor, §. ait prætor, ff. dicto tit. sed con-
tra retinentem titulo lucratiuo solius dantis consilium cum euentu
allegare sufficit, Bald. & Paul. de Castr. Salic. & alii in d. l. ignoti iuris.

33 ¶ Et nō solum creditor tenetur probare fraudem, sed quod bona alie
nata erant in dominio debitoris fraudantis. Nam si non est in domi-
nio debitoris non uidetur debitor factus pauperior, Bal. ibi, num. 1. &
ideo infert quod si alienat solum possessionem quod non est locus re
uocatoriæ, quia creditores possunt proprietatem uendere, ut per Sa
lic. & apostillam ad Baldum ibi.

34 ¶ Datur etiam hæc actio contra eum qui ignorabat fraudem debito
ris

ris uendentis, sed creditores potestati sunt ne emeret ex eo, quia nō
caret fraude, qui post protestationem perseuerat, l. ait prætor, §. si quis
particeps. ff. quæ in fraud. cred. ubi Bar. notat quòd denunciatio indu
cit malam fidem, quando est facta ab eo, qui habet ius denunciandi, &
denunciatio facta est ante celebratum contractum, secus si postea fa-
cta sit, & Alberic. ibi facit longam distinctionem dicens, aut ita est de
mandato Iudicis, & tunc est seruanda. Secundo casu aut denunciatio
est necessaria, & pariter seruanda est. Tertio casu quando est facta ab
eo, qui habet ius, & tunc pariter est seruanda. Quarto casu quando est
facta ab eo, qui non habet ius, & tunc contemnenda est. Quinto quan-
do facta est contra factum legitimè, similiter contemnenda est. Sexto
quando facta est ad impedien. primum actum, similiter est contemnē
da. Septimo quando facienda est ad lucrum acquirendum cum alte-
rius iactura, pariter contemnenda est, ideo ad eum recurre, quia ma-
gistraliter procedit.

35 ¶ Et non sufficit sola scientia ementis, quòd debitor habebat credi-
tores, sed quod alienabat in fraudem creditorum, & ipse emptor par
ticipabat de fraude, l. ait prætor. §. quod ait prætor. ff. quæ in frau. cred.
ubi Bar. admonet, qualiter articulus sit formandus in hac actione. Ve-
rum Alexan. cons. 187. nu. 8. lib. 2. & Hip. singu. 34. dicunt quod scientia
præsumitur ad inducendum malam fidem, sed ista præsumptio nō suf
ficere in isto casu arbitror: quia requiritur scientia, & animus fraudan
di coniunctim, ut dicto §. quod ait, & est plenè ꝓbanda ad incurrendā
pœnam, Mohed. decis. 49. & Crescen. decis. 194. ideo non sufficit scien-
tia præsumpta, ut quis perdat ius suum, sed requiritur uera & indubi-
tata, Mohed. decis. clx. sed scientiam donatarij fraudis commissæ per
donantem, non est necesse probare: quia donatarius tractat de lucro,
ideo data ignorantia donatarij reuocantur donata in fraudem credi
torum, l. qui autem. §. simili modo. ff. quæ in fraud. cred. ubi gloss. Bart.
& alij. Nec minus requiritur scientia legatarij earum rerum legata-
rum per debitorem, in fraudem creditorum: quia reuocantur etiam
quòd ignorauerint fraudem legatarij, d. l. qui autem. §. penult. ff. dicto
titul.

36 ¶ Datur etiam hęc actio contra omnes fraudis participes, quib. actio
competit, saltem ut fraudis participes cedāt actiones, l. hac in factum,
ff. quæ in fraud. cred.

37 ¶ Datur pari modo contra hæredem fraudatoris in eo, quod ad eum
peruenit, l. ait prætor. §. fina. cum l. seq. ff. dicto tit.

38 ¶ Datur etiam contra ipsum fraudatorem, l. ultima. ff. quę in frau. cre.
ad hoc ut debitor fraudator in carceribus ponatur, l. vj. de dolo malo,
& l. ult. C. de his quæ in fraud. & contra patrem, qui dedit filio licentiā
alienandi peculium, in fraudem creditorum. l. si pater filio. ff. quæ in
fraud. cred.

¶ Hæc

39 ¶ Hæc actio contra fraudatores competit intra annum utilem à die, quo habuit facultatem agendi, l. j. & l. ait. ff. quæ in fraud. cred. & l. fina. C. de his quæ per fraudem. & ultra annum datur de eo, quod peruenit ad reum seu donatarium; quia iniquum prætor putauit in lucro eum morari, qui sensit lucrum ex fraude, l. ait prætor. §. pen. ff. quæ in frau. & ita in casu huius constitutionis dicendum est, q in his quæ ad donatarium peruenerunt, perpetuo actionem reuocatoriam competere fisco & alijs constituitur. Ideo actio ex ista Constitutione cõpetere poterit usque ad 30. annos, quia spatio tanti temporis omnis actio præscribitur.

40 ¶ Veniunt in hac actione reuocatoria rei restitutio, quæ fieri debet in eum statum, quo erat tempore alienationis, l. fi. §. si à socio, ff. quæ in fraud. cred. Et reuocatio dominij possessionis, & omnium iurium in alium translatorum, l. si sciens. ff. de contr. empt. §. item si quis, Insti. de actio. l. ait prætor. §. pactum, ff. quæ in fraud. cred. & fructus non separati à solo tempore dationis & alienationis, & percepti lite pendente, d. l. ait prætor, §. per hanc l. uideamus, §. in Sauiana. ff. de usur. percepti uerò ante litem motam non ueniunt, l. fi. §. non solum. ff. d. titul. dummodo non essent pendentes tempore alienationis. Quæ conclusio coadiuuatur, quia omnis alienatio à lege prohibita, impedit translationem dominij, l. generaliter. C. de secund. nupt. ubi Ioan. Nicol. Aret. num. 48. reddit rationem quod illud, quod fit contra, & aduersus prohibitionem legis pro infecto habetur, & omne id quod sequitur ex eo, l. non dubium. C. de legibus, & dictum est supra glo. vj.

41 ¶ Datur pupillo contra creditorem tutoris, cui est satisfactum à debitore pupilli de mandato tutoris, interdictum fraudatorium, si probetur hoc malo consilio cum tutore habito fecisse, l. pupilli debitor. ff. de solutio. ubi glos. & Bart. dicunt huiusmodi textum esse singulare, & Ias. Instit. de actio. §. item si quis in fraudem, num. 5. & 6. & Minsiger. nume. 9. Et potest hoc interdictum fraudatorium dari creditoribus contra alienationes factas à debitore in fraudem creditorum, ut dicit Ias. ibi num. 6.

42 ¶ Et non solum tutor in fraudem pupilli alienat, sed mater & pater in fraudem filiorum, eorum bona alienant, aut donan. ut in l. j. C. de inoff. dona. & illorum donatio facta extraneo, dicitur inofficiosa re & consilio, & in totum reuocanda, quando filiæ nihil relinquitur, ut tenuit Bar. in l. Titia Seio. §. Imperator, colum. j. ff. de lega. ij. cuius opinio est communis, ut per Rub. ibi num. 209. maximè quando mater aufert omnia ex eo consilio, ut priuet filias prohibendo plus petere, Bertran. consil. 246. in primo lib. ij. ultimæ impress. Tiraq. in l. si unquam. C. de reuocan. dona. in uerbo, quicquid. nu. 5.

43 ¶ Hæc conclusio non procedit in duobus casibus. primus est, quando donatio facta est propter benemerita: quia licèt sit inofficiosa, & c. tamen

men

men non est inofficiosa, consilio, Roma. consil. xcv. ubi additio.

44 ¶ Secunda fallentia est, quando aliquid filiæ est relictum; quia tunc donatio inofficiosa re, & consilio, etiam quod sit acta extraneo, est solum nulla usque ad legitimam, Bartol. in d. §. Imperator, ubi Rubr. nume. 256. Iul. Clar. in tracta. recept. senten. §. donatio, quæstio. 24. uersic. aut quis non agit, & illud aliquid, sufficit quod sit summa 10. solidorum ex eo, quia filius potest petere supplementum legitimæ.

45 ¶ Aliquando pater alienat bona propria, uendendo in fraudem filiorum, & sic titu. oneroso, l. j. ubi Cyn. & Bald. C. si quid in fraud. patro. Ias. in §. item si quis, sub num. 1. uers. aliquando. Institu. de actio. & ista alienata non reuocantur, Angel. in d. §. item si quis, num. 13. licèt filius ex æquitate Iudicis posit petere, ut ei asignetur aliqua pars bonorum pro legitima, uel pro alimentis, sed Bald. in l. non potest. ff. de adoption. tenet quòd teneatur asignare alimenta, de mense in mensem, & in principio cuiuslibet mensis: sed non cogitur pater aliquam partem bonorum, eo uiuente asignare pro legitima, uel pro alimentis: quia filius in uita patris nullum ius habet in bonis paternis, Ang. in d. §. item si quis, num. 13. ubi Ias. num. 3. & 4. idem dicit quando pater bona propria in ludo disipat, quæ non procedunt in filio arrogato, ut notat Bar. in l. fina. ff. si quid in fraud. patr.

46 ¶ Quinimo uiuente patre, non est constituenda filiæ dos ad mensuram legitimæ: quia tunc præsumitur quòd pater bene & sufficienter filiam dotasset, Paul. de Cast. consil. 275. uolu. j. Deci. cons. xxvj. Tiraq. in præfat. l. si unquam. C. de reuocan. donat. num. .. etiam si tempore quo conuenitur habet magnum patrimonium, tamen non tenetur, & non debet illud tempus attendi, sed tempus dotationis, Bald. in l. pactum. C. de collatio. Rui. consil. lvj. nume. 15. lib. iij. Gram. decis. lvij. nume. trigesimoquinto, Boer. decisio. lxij. & ita etiam uidi seruari in Rota, quicquid dicat Viuius in communibus opinionibus, in uer. legitima.

47 ¶ Sed si pater in testamento uel donatione, alienat bona sua in nouercam, uel econtra, mater donat, uel reliquit bona sua uitrico in fraudem filiorum primi matrimonij, quibus paruam quantitatem reliquit: an isto casu succurratur filio primi matrimonij, per l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. Vbi Imperator prohibet matri & patri transeuntibus ad secundas nuptias plus relinquere uitrico, uel nouercæ, quod uni ex alijs primi matrimonij, & si plures filij fuerunt, tantum omnes habeant, quantũ uitricus uel nouerca, & si relicta nõ sunt æqualia tũc filijs nõ auferatur legitima, & si q̃d plus relictũ est uitrico uel nouercæ in fraudem filiorum, tanq̃ non scriptum ad personas deferri liberorum, & inter eos diuidi, mandat Imperator omni circum-

scri-

ſcriptione, & fraude remotis, & ſic per iſtam legem ſuccurritur filio primi matrimonij aduerſus conſilium, fraudem & uoluntatem patris & matris, plus relinquentis nouercæ, uel uictrico, quàm uni ex filijs primi matrimonij, & hoc idem ſtatuitur in Auth. nuptijs, §. optimè. ubi Ang. & pro l. hac edictali. declaratione, circa multas quæſtiones uide Bald. Salicet. & alios ibi, & Bertr. qui repeti, d. l. hac edictali, ſuper qua uidit dubitari in caſu ſatis exemplari, qui erat talis. Teſtator in ſuo teſtamento inſtituit hæredem uniuerſalem, Meniam nouercam, & Lauræ filiæ centum reliquit iure inſtitutionis, cum hoc quod non poſſet aliquid amplius petere de bonis ſuis: obijt teſtator, filia intentat remedium l. hac edictali, contra nouercam, & petit ſibi aſsignari portionem relictam nouercæ, & econtra nouercæ portionem ipſi filiæ relictam ex eo, quia teſtator prohibuit filiam plus petere de bonis ſuis, ex qua prohibitione cenſetur prohibitum ſupplementum legitimæ, Nouerca dicebat, quod filius poterat habere ſupplemētum legitimæ, & illa 100. relicta trahuntur ad totā legitimam, ut l. quoniam in prioribus, & l. omnino. & l. ſcimus. C. de inoffi. teſta. non obſtante quod teſtator prohibuerit plus petere, Rui. conſil. lviij. nu. 9. li. 5. maximè quia ſupplementum legitimæ habet uim relicti, Deci. in l. humanitatis, ſub num. 7. poſt Aret. col. 6. ad fi. C. de impube. & alijs ſubſtit. Aymo. conſ. cxlij. num. 5. quia legitima etiam ſuppletur ipſo iure. Vaſquius in d. l. ſcimus, num. 1. Bertr. in l. hac edictali, uerſic. ita tamen, nume. 1. & Put. deciſ. prima, ix. & xvj. lib. ij. Anto. Gab. in tracta. com. opin. lib. iij. de ſecund. nupt. concluſ. ij. num. 30. uerſ. contrarium. ubi aſſerit iſtam magis communem.

48 ¶ Verum ſupradicta concluſio poteſt procedere, quando teſtator reliquit minus legitima filio, & non proceſsit ulterius prohibendo filio, ne plus peteret: quia tunc ſuppletio fit ex uoluntate teſtatoris, & à lege ipſo iure, ut declarat Bertran. in d. l. hac edictali. uerſ. ita tamen ſub num. 3. uerſ. ſecundus caſus, Anto. Gabr. in dicta iij. concluſ. nu. 31. Put. d. deciſio. decimaſexta. lib. ij. in fine, cum infinitis ſimilibus auctoritatibus.

49 ¶ Sed quando teſtator prohibuit, quòd filius non poſsit plus petere, quàm illud, quod ei relictum eſt, tunc filius non dicitur habere ſupplementum legitimæ ex uoluntate teſtatoris, nec eo iure ſeu titu. quod ſibi aliquid relictum eſt: ſed ex quo pater prohibuit, dicitur habere ſupplementum contra uoluntatem teſtatoris, Franc. Curt. conſi. fina. in penul. col. & in iſto caſu Salicet. in l. hac edictali. q. vij. tenet quod portio nouercæ applicetur filio, & portio filij, applicetur nouercæ propter uerba d. l. hac edictali, in uer. ita tamen. quem ſequitur Corne. cōſil. 118. lib. j. Bertran. iu d. uerſ. ita tamen, ſub num. 3. uerſic. primus caſus, Anton. Gab. in d. iij. concluſ. num. 30. & 32. Aym. conſi. cxciij. & ſeq.

& ſecundum iſtas doctrinas in Rota uidi iudicari, cui deciſioni eſt conformis deciſ. Put. 16. lib. ij. in fi. & ab iſta diſtinctione, non eſt recedendum in iudicando.

50 ¶ Remedium uerò d. l. hac edictali, pro filio contra nouercam, non procedit quando filius eſt ingratus patri, uel matri, qui reliquerunt plus nouercæ uel uitrico, quàm filio primi matrimonij, l. fina. C. de ſecund. nupt. §. optimè, in fine, in Auth. de nupt.

51 ¶ Vnde uitricus & nouerca filio agenti dicto remedio l. hac edictali, ad lucrum dictæ legis poſſunt opponere per uiam exceptionis, quod filius fuit ingratus patri, uel matri, d. l. fina. C. de ſecun. nupt. & d. §. optimè, de nup. ita declarat Ripa in l. fina. C. de reuoc. donat. nume. 214. q. lxiiij. ubi dicit, quòd ſi res donata non eſt tradita donatario, & donatarius, uel eius hæres ageret ad tradendum rem donatam, tunc poſſet ingratitudinis exceptionem commiſſæ contra donatorem hæres opponere, Bald. in d. l. fina. de ſec. nupt. in ij. lect. ubi dicit quòd filius uenit ad lucrum ex legis beneficio, & quòd hæres opponere poteſt dictam ingratitudinis exceptionem, etiam quod cauſæ in teſtamento non ſint expreſſę, & idem Bal. in l. fratres, nu. 10. C. de inoffic. teſta.

¶ Et facit tex. in d. l. fina. C. de ſecun. nup. ibi ab hæredibus genitorum, liquidis & indubitatis probationibus conuicti fuerunt, & ſic à lege datur hęredibus iſta exceptio contra filios ingratos. & facit, quia l. hac ædictali, non ſolum procedit in teſtamento, & ultima uoluntate, ſed in contractibus, & quacunque diſpoſitione inter uiuos, in quibus contractibus de iure non fit expreſsio cauſarum ingratitudinis, ut uidemus in donatione, quæ reuocatur ipſo iure, quando filius eſt ingratus, Rip. in d. l. fina. q. xlv. num. 151. quod ſecus eſt, quando fit exhæredatio in teſtamento, ut declarat ibi Ripa, q. 46. Et ideo Salicet. in auth. mater. C. de ſecun. nupt. dicit, quòd in repulſione ab hæreditate, hoc eſt à lucro l. hac edictali, non eſt neceſſaria expreſsio cauſarum in teſtamento: quia ut dicit Deci. conſil. cccxcvj. colum. fina. uerſi. non obſtat, quòd ſucceſsio hæreditaria eſt omnino ſeparata à tali lucro, quod defertur filijs primi matrimonij, in pœnam tranſeuntis ad ſecunda uota, quare ſi filius eſt exhæredatus competit ei beneficium l. hac edictali, & tamen dictum beneficium non competit filio ingrato, Bertran. in d. uerſ. ita tamen, num. 9. & ſufficit ſecundum Ioan. Igneum in l. j. §. fina. num. 57. ff. ad Syllanianum, quòd pater ſit conqueſtus de filio, quòd ipſum patrem uel matrem iniuriauerit, poſt Alexan. in l. rei iudicatæ, num. 7. ff. ſol. matr. & propterea hæredes poſſunt illam opponere, etiā quòd non ſit à teſtatore appoſita, Ioan. Igneus in authen. nouiſsima, num. 209. & ſequen. C. de liber. præter. & Ang. in d. l. fi. C. de ſecun. nup. dicit ꝙ filij fuerint uerè ingrati, & ingrati noīati in uita intelligūtur, utputa quia pater eſt conqueſtus de filio, quod ſibi iniuriam intulerit.

52 ¶ Ingratitudo uerò probatur per duos, uel tres teſtes conteſtes pro

bando unam ex quatuordecim causis expresis in §.aliud quoq; capitulum, in act.ut cum de appell.cognos. ẽt quod lex finalis, C. de secun. nupt.requirat liquidas & indubitatas probationes per textũ in l. ubi numerus.ff.de testib. quia ista dicitur probatio liquidisima, quæ sufficit in causa criminali, ubi tractatur de uita hominis, Bal.in l.si.nu.8.C. de proba.& licèt nu.5.faciat tres gradus probationis, minor, maior, & maxima, tamen maxima illa intelligitur, quæ est notoria, & seipsam ostendit, ut declarat idem Bal.in l.per hanc, col.j.uers. item nota de lumine ueritatis.C.de tempo.app. ubi etiam facit tres gradus probationis, plenam, pleniorem & plenisimam.& dicit quòd plenisima est notoria, & quæ seipsam ostendit, & indubitata probatio dicitur, quæ fit per testes idoneos, uel instrumenta, l.emancipatione. C.de fide instru. & indicia indubitata dicuntur illa, quæ per se sufficiunt. Archid.in ca. sciant cuncti, ij.q.viij. & indubitata in ingratitudine probãda dicitur illa, quæ habet tempus necessarium, uidelicet si est commissa ingratitudo per donatarium, quòd probetur facta post donationem, si cõtra testatorem probetur commissa ante testamentum, Rip.in l.fina. C.de reuoc.donat.q.lx.in fi.& alibi indubitata dicitur secundum subiectam materiam, Deci.in rub.de proba.col.antepe.in fi.cum seq.

53 ¶ Et propterea Bal.in d.l.fi.C.de sec.nup.dicit quòd in probatione ingratitudinis, non sufficiunt coniecturæ uel iuramentum in supplemẽtum, Ias.in l.admonendi, nu.285.& seq.Rip.in d.l.fi. C.de reuoc.donat. nu. . . q. lvij.Catel.Cotta in memorialib. in uer. ingratitudo.& liquida probatio dicitur uera probatio, Franc.Duar.lib.j.disputat.c.ij. Couarru.c.quamuis, de pact.part.j.§.v.nu.2.lib.vj. ubi declarant illa uerba, liquido iurare, idest uerè iurare.

54 ¶ Verùm posset dubitari an tempus & locus commissæ ingratitudinis contra patrem ad faciendam indubitatam probationem, sit probandũ p testes, an sufficiat sola partis specificatio, ad hoc ut si filius testes de falso impugnare uoluerit posit. & Bald.cons.lxxxix.lib.v.uidetur ꝙ hæres teneatur in exhæredatione probare tempus, & locum cõmissæ ingratitudinis per hæredem, quem referunt Ale.in aut.licèt.nu. 7.Ias.nu.12.C.de lib.preter.Guil.Bened.in c.Raynutius, uers.in eodem testam.il secondo. nu.14.Cassa.super consuet.Burg.rubr.vij. §.ij. gloss. finali, nume. uigesimoquarto, car.232.Ripa uero in d.l.fina. q.lx.refert Bal.in d.cons.89.& tamen declarat dictum Bal.ut procedat quando dictum testis concludit de tempore, post donationem, uel ante testamentum, & Neuiz.cons.79.nu.23.loquens in spolio dicit, quod sufficit probare possesionem spoliati, ante spolium, præter id quod probet tempus & locum certum: quinimo uera, communis, & indubitata conclusio uidetur in iure, quod testis non teneatur probare locum, & tempus commisi delicti, quando tẽpus non est de substantia, Speculator in titu.de teste.§.iã de interrogatorijs, col.v.vers. & breuiter scias.

Salicet.

Salic.in l.pen.col.ij.uers. quero.C.de accus.sed pars solum tenetur specificare locum & tempus parte opponente Bart.in l.libellorum num. 12.uers.eo tamen casu, ff.de accus.Bertran.cons.xvj.num.2.lib.vj.Iulius Clar.in pract.crim.§.fi.q.xij.uers.dixi etiam. Plotus cons.cx.num. 18. inter cons. criminalia primo impressa, lib. j. & Bal.in l. edicta, in lect.Patauina, num.29.& 44.C.de eden.dicit quòd locus, & tempus nõ attenditur, probato crimine.Fran.Marc.decis.xciij.nu.3. lib.ij.& Bald. in addit.ad Specul.§. fi. colum.ix.uersi.sententia lata super accusatione non continente locum, & tempus ualet, quia exceptio loci, & temporis debuit opponi ante sententiam, & quando testis probat delictũ quod uniformiter punitur per totum annum, & in omni loco non est necessarium ꝙ testis deponat de loco, & tempore, Bar.in d.l.libellorum, nu.12.Sali.in d.l.pen.C.de accusat.col.ij.uers.quæro.& Ferrantes Gargiarei consi.xxv.nu.2.& seq.in primo tom.cons. crimin. à Berard. Zileto impressorũ. Aym.consi.lxxviij.nu.3. & facit ꝙ ubi in iure nõ exprimitur quòd probetur actum factum in certo loco, & in certo tempore, tunc sufficit actum probari factum esse sine alia temporis probatione, Rom. consi.cccxl.nu.2.Corn.consil.cclxxj.num.5. lib.j.Aym. consil. xiiij. nume. 3. & consi. lxxxiiij. nume.27.in sed probanda ingratitudine nulla lege cauetur quod debeat probari factam esse in certo loco, & tempore: quinimmò Speculator in titu. de natis ex libero uentre, colum.iiij.uersicu.sed liberti, uel filii, ponit formam libelli ingratitudinis.ubi non ponit, neque locum, neque tempus.& idem facit Roffred.in titu.de actione ingrati, num.13. & 23.præsertim quando ciuiliter agitur, & facit cõmunis conclusio Canonistarũ, de qua per Feli. in cap.cum causam, de testibus, num. 13. quòd ubi tempus, & locus non est de substantia testes super eo deponere non tenentur, Franc.in cap. ij.§.testes, colum. fin. uersicu. & aduerte. de testibus lib.vj. dicit quòd ex quo admittitur, sufficit quod testes ipsi probent sine loco, & tempore. Et præsertim in ciuili causa, Socin.consi.cix.lib.3.cui subscribit Corn. consil. lxxx.lib.iij.& Bertran. consil. cxxxiij. nume.5. & sequen. lib. iij. in prima impresione, & Rota decis.j. de accusatio. & j. de exceptio. in no. Cagnol. in l. edita, nume. 122. C. de eden. & ita seruari uidi.

55 ¶ Sed specificatio loci, & temporis parte opponente per ipsam partẽ quæ uult ingratitudinem, & obiectum probare, semper fieri debet ad hoc ut posit testes de falso conuincere, Doctores omnes in d.l.edita, & in l.libellorũ, C de accusa.& Alexan.in l.non solum, §.sciendum, nu. 7.ff.de no.oper.nunciat.post Anchar.in clem.constitutionem, de electio.dicit ꝙ licèt in libello exprimatur tẽpus ineptum, poterit postea illud in processu exprimere uel probare, ut ex aptis probationibus conualidetur libellus ineptus, & parte non opponente non est opus editione loci, & temporis, ait Bald.in l.edita, numero 33.ubi Cagnol.

num.122.C.de eden.sed quando petitur, licèt in Curia non fiat specificatio, in partibus tamen fieri poterit, Ioan. Andr. in ca. præsentiũ, nu. 15.& Domin. ibi sub §.testes, nu.6. & nu.8. dicit quod in termino dato ad ponendum satisfit, etiam indeterminate ponendo, & si petatur declaratio poterit declarari post terminũ, quia qui declarat non addit, & ibi Fran. in glo. specificatione de testib. lib. vj. Boss. in tit. de inquisitione, nu.91.& seq. ponit multos casus, in quibus non est necessaria expressio loci & temporis, Plat. cons. cx. in li. j. consiliorũ criminalium, & ipse ponit multos casus in quibus non fit expressio loci, & temporis, utputa quando adest uerisimilis obliuio, propter temporis lapsum, ut per Plotum, nu. 10. d. cons. cx. & quando non fuit petita species, ante litem contestatam, uel quando fuit petita, & pars acquieuit factæ: quia tunc uidetur tacitè renunciare, Socin. consil. cix. nume.6. & 7. lib. iij. & sufficit specificatio anni & mensis, non tamen diei & horę, Boer. decis. ccxxj. nu.3 Ro. decis. xviij. de testib. in no. uide tamen Bart. in l. is qui reus, nu. 10. ff. de publ. iud. ubi Alex. in additione, Salic. in l. pe. C. de accu. ubi uult quòd reus teneatur specificare, in qua die ipse uult facere suas defensiones, Ang. de maleficijs uer. de anno præsenti, in prin. ubi additio: reliqua require in locis cõibus. Hæc pro nunc dicta sufficiant respectu fraudis factæ per patrem filio primi matrimonij, plus relinquendo nouercæ, & per exceptionem ingratitudinis factam per hæredem cõtra filiũ, propter quam excluditur filius à lucro, delato filijs primi matrimonij per transitum parentum ad secunda uota, per l. hac edictali. C. de sec. nupt. ex dispositione l. fi. dicti tituli.

56 ¶ Sed quia supra hac glossa, nu.5. allegauimus Io. Mona. in c. auaritiæ. de elect. li. vj. nu.4.& seq. ubi dicit quòd fraus fit de nomine ad nomẽ, ut in c. ea q̃. de simonia. ubi Episcopus exigebat pecunias, ꝓ chrismate, quam receptionem nominabat aliquando cathedraticum, aliquãdo paschalem præstationem, & interdum ẽpalem consuetudinem. ubi glossa dicit ista exactio, quocunque noie nuncupetur, simonia est, & ideo dicitur fraus hæc receptio, quia Episcopus sub relato noie cathedratici pro chrismate, in fraudem Canonis pecunias recipiebat, quia legi fraus fit cum saluis legis uerbis eius sententia circumuenitur, & ubi illud fit, quod lex fieri uetuit, uel noluit, l. fraus. & l. contra legem. ff. de legib. & dixi supra glo. vj. nu. 198. & seq. & ideo in simonia semper est fraus, siue loquamur in simonia reali, siue conuentionali: quia illi qui dant pecuniam collatori, ut conferat sibi beneficium incidunt in simoniam realem, quia lex uetat dari pecuniam pro beneficio, extrauag. detestabilis, Pauli II. in extrauag. communibus, de simo. unde recipiens beneficium, facit fraudem legi, & tanquam faciens contra legem est excommunicatus, Cassad. decis. j. de simo. Aegi. decis. xij. Doct. in c. officijs, de elect. & c. audiuimus, & seq. j. q. iij. & ista dicitur uera simonia, Gomes. in reg. de trien. q. xij. uers. quid dicendum.

¶ Simonia

57 ¶Simonia conuentionalis fit, quando ante resignationem beneficij fit pactum inter N. resignantem, & M. resignatarium, quòd beneficiũ resignetur in fauorem M. cum certis pactis partim licitis, partim illicitis, & cum M. propter solam promissionem consequatur beneficium dicitur censecutum fuisse beneficium ex sola simonia conuentionali. Petr. de Anch. & Imol. in c. cum uniuersorum, & in c. quæsitum, de rerum permut. Gomes. in reg. de Trien. q. 12. uers. quid dicen. in fi. & simoniacus conuentionalis est inhabilis ad alia beneficia, Put. decis. 60. lib. ij.

58 ¶Præterea simonia conuentionalis committitur etiam quando quis recipit beneficia in confidentiam, uidelicet conferuntur beneficia Seio ad effectum, ut Seius renunciet ad mãdatum Titij in fauorem personæ per eum nominandæ, & similium, quoniam hæc fiunt per conuentionem ipsam partium. ista dicitur simonia conuentionalis, & improbatur cum multis pœnis per fe. re. Pium PP. IIII. & Pium PP. V. & declaratur beneficia uacare ac pensiones, regressus, & similia in confidẽtiam reseruata sub pęnis, & censuris in eorum bullis contentis, & fiũt inhabiles ad obtinendum beneficia nedum super quibus est commissa simonia, sed ad alia, Ant. de But. in c. pen. de elect. Mohed. decis. 258. Put. decis. 80. lib. ij. & Pius Quintus ponit cõiecturas, quibus ista simonia conuentionalis (confidentia nuncupata) probari possit, cum per ueras probationes non possit nisi rarò probari, quia istæ pactiones cõfidentiarum fiunt secreto sine scriptura, & testibus, ideo libet uerba dictæ bullæ hic inserere.

59 ¶Primo statuit, ut si quis quacunque authoritate Ecclesiam, uel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, uel cessione cuiuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis cum regressu, uel accessu etiam sola dimittentis intentione receperit, ut illa, uel illud etiam in euentum regressus, uel accessus eidem dimittenti, uel alteri postea conferatur, aut illius fructus, uel eorum pars alteri, uel alijs concedantur, uel pensiones soluantur ex eisdem hæc confidentia censeatur, idest quòd ille qui cedit beneficium simpliciter, uel cum circuitu retrocessionis, ut in euentum acquisitionis beneficij per resignatarium tunc resignatarius dimittẽti, uel alteri restituere teneatur beneficium, uel fructus eidem soluatur, & hæc confidentia nuncupatur.

60 ¶Secundo si ordinarius, uel alius contulerit beneficium Ecclesiasticũ quouis modo uacans ea tacita cõditione, uel expressa, ut postea in alterũ pro arbitrio collatoris sui alterius cuiuscunq; contra iuris cõis ordinationẽ disponatur, siue ut de eo prouisus fructus illius, uel partẽ ad utilitatẽ conferentis, uel eius libitũ, uel cedentis aut alterius relinquat & remittat, seu pensionem illi uel illis, quem uel quos, idem collator aut cedens, uel alius per se, uel alium scripto, aut uerbo iusserit,

seu significauerit persoluat, & hæc pars respicit collatores inferiores, qui in uacatione beneficiorum faciebant huiusmodi prouisiones in certas personas eis gratas, & confidentes, & collatores percipiebant fructus, quos in duos consanguineos familiares, uel proprios usus con uertebant, aut beneficia, quibus uolebant, postea conferebant, & hæc fuit sanctissima & necessaria prouisio, quia multi inferiores, collatores faciebant similes prouisiones de beneficijs uacantibus in personis confidentibus, & de fructibus & beneficijs suo modo disponerẽt, nunc sunt prohibitii sub pœnis excommunicationis, & alijs, de quibus in dicta bulla Pij Quinti. Ideo aduertant ordinarij collatores ne in dictas incidant pœnas & censuras.

61 ¶ Poterunt tamen prouisi, habita possessione beneficij dicere collatori uel alteri, nescio te, iuxta tex. in l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit. ubi Bal. dicit (Guarda de chi ti fidi) sumando textum in quo filius familias, dixit testatori, ut instituerет N. sibi amicum quem instituit, post obitum testatoris institutus negauit hæreditatem restituere filiofamilias. Vnde textus dicit quòd filiusfamilias debet probare uoluntatem testatoris, & dispositionem, quia uolũtas sine dispositione non sufficit, ut not. ibi Bald. & Imol. & Soci. Iun. consil. clxxix. num. 40. lib. ij. & hoc modo prouisus uitabit simoniam, quia simonia conuẽtionalis non executa propter pœnitentiam alterius, ex contrahẽtibus non est punibilis in foro contentioso, sed regulatur, ut mentalis, Gaet. in summa, in uersic. simonia, in fine. Alexan. in cap. quicunque, nume. 4. & 5. j. quæstio. j. Feli. in c. tua nos, num. 3. de simon. Cassad. decisio. ij. de simon. Parisien. consil. xv. num. 14. lib. iiij. Ideo caueat prouisus seruare turpiter promissum conferenti ad hoc, ut ipse conferens, & prouisus liberetur ab istis pœnis, inquantum non obstet clausula, infra posita uers. in quouis horum.

62 ¶ Et pariter si patrono etiam laico, uel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat, id fieri, hæc particula similiter fuit necessaria: quia patroni aliquando præsentabant aliquem, in confidentiam, qui retinebat beneficium donec filius, frater consanguineus, uel amicus, patroni esset habilis ad retinendum dictum beneficium, uel respõdebat patrono, uel filio, de fructibus & similia faciebat. & quoniam ista sunt contra Canones, & prohibita hic, innouantur, & de nouo sub grauissimis censuris & pœnis prohibentur, a quibus nullus potest nisi à Papa absolui, ut infra dicetur, & ut præsentatus liberet se ab istis pœnis, caueat seruare promissa, ut dictum est supra proximè.

63 ¶ Ad hæc si Clericus Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Cameræ, uel etiam Cancellariæ Apostolicę exemptus post resignationem, uel cessionem alicuius extranei, de Ecclesia Monasterio, uel alio beneficio Ecclesiastico, in se Apostolica auctoritatẽ factam & admissam, illam uel illum etiam confectis literis Apostolicis, & possesione apprehensa, in eundem resignantem uel cedentem, mo dico spatio interiecto, ueluti duorum uel trium mensium, retrocesserit, aut retrocedet in futurũ, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ, seu Monasterij, aut beneficij, uel eorum pars seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus, seu accessus, seu ingressus ad illã, uel illud ipsi Clerico uel Cardinali, aut alij exempto sit furtiuè concessus. Hæc pars respicit personas priuilegiatas, quæ non soluunt iura Cameræ & Cancellariæ, idest annatas & taxas in Cãcellaria Officialibus Romanæ Curiæ, sed expediunt gratis ubique, ut sunt Clerici Cameræ, & Cardinales, & quamplures Palatini & Curiales, quibus fit cessio beneficiorum & Monasteriorum, & expediunt gratis, & postmodum capiunt possessionem beneficiorum, postea retrocedunt in fauorem cedentium, reseruatis fructibus, pensione, regressu & ingressu, quare Pius Quintus declarat istas reseruationes furtiuas, idest obreptitiè ob tentas, cum sint factæ huiusmodi cessiones in confidentiam, in personam priuilegiatam & exemptam, ut acquirant dictas reseruationes. Et hoc demonstratur ex illo aduerbio, ad hæc, in principio clausulæ adiecto, quod significat præter hæc, ut inquiunt Vall. lib. ij. elegantiarum, & Grammatici hoc declarant. quasi dicant præterea. intelligãtur ij etiam accipere beneficia in cõfidentiam, qui recipiunt modo, quo infra dicetur, aliàs non esset sensus, huic clausulę conueniens, maximè quia hæc constitutio facta est contra recipientes beneficia in confidentia, & clausula supradicta declarat recipientes beneficia, modo præmisso, etiam illa recipere in confidentiam, & declaratur in sequẽti clausula.

64 ¶ Postremò si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunq; auctoritate Ecclesiam, Monasterium, uel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante uel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, hæc clausula loquitur de illis, qui propter crimina dimittebãt beneficia in personis confidentibus, ne dictis beneficijs per curiam priuarentur, postea obtinebant absolutionem à criminibus, & recupe rabãt sua beneficia, ideo cõtra eos fuit statutũ, ut hic, & deinde sequit.

65 ¶ In quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit cõtracta casusq; huiusmodi literis prædictis, scilicet Pij Papæ IIII. comprehendantur, ac si illi speciatim expresse fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen al teriustantum partis conscientia sit admissum. Ista ultima clausula refertur ad omnes casus supra expressos, & declarat illos simoniacos, etiam quod una pars tantum habeat animum committendi simoniã. intellige tu, nisi illam partem pœniteat ante executionem, ut dictum supra uers. poterunt. Et quia hæc sunt clara per se, non egent iurium allegatione, aut declaratione.

66 ¶ Verùm Pius Papa V. non solum declarauit casus, in quibus confidentia committi potest, sed dedit etiam modum probandi confidentiam plenè per præsumptiones & cōiecturas. & prima coniecturas est, si quis post cessam ab se Ecclesiam uel Monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem captamq; à successore possessionem, se se in illa, uel illo, seu rebus illius per se, uel alium, uel alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, uel dictus successor illi resignanti, uel eius propinquis dictos fructus, uel aliquam partem remiserint.

67 ¶ Ista coniectura confidentiæ tunc habet effectum suum, quando est legitimè probatum per testes, quòd resignans, uel eius consanguinei se in beneficio resignato intromiserint, & fructus perceperint sciente & patiente resignatario, nam isti sunt actus, ex quibus fraus & dolus probatur, & præsumitur non directè, sed per indirectum: nam ex quo resignatarius patitur, ut fructus percipiantur à resignante, & eius consanguineis, ergo est coniectura, quod resignatio facta fuerit in confidētiam, & fraudulenter, & dolosè. Ideo iste dolus & fraus sic probatur, l. dolum. ff. de dolo, ubi Bar. Pau. de Cast. & cæteri, & Imol. in c. Quintauallis, de iure iur. & dixi supra glo. viij. num. 284. & dixi, cum scientia & patientia resignatarij, quia ignorans, & qui non patitur, deliquere nō uidetur, & ignorans & inuitus non donat, l. nec ignorans. C. de donat. & non consentit, non renunciat, non incurrit in pœnam, & à multis excusatur, Felyn. in ca. ij. extra de except. siue iusta, siue iniusta ignorantia sit, Aegid. decis. dxlj. Cassan. super consuet. Bur. rub. j. §. viij. glossa rapres. car. lxxxiiij. num. j. aliàs sequeretur quòd ignorans puniretur quod esse non debet. l. genero. ff. de his qui not. infa. ibi, prætor cum eum mortuum esse sciret, ne ignorantia puniatur ubi glossa, & communiter Doctores omnes, & ignorantia regulariter præsumitur, non scientia in certis casibus, & in certis alijs non. Soci. consil. cxv. num. 5. lib. iij. Aymo cons. lxxiij. & cclx. col. j. in fi. qui dicunt omnem dispositionem quantumuis generalem restringi, ne ignorans puniatur, Iaco. Menoch. de arb. iud. lib. ij. cent. ij. casu 186. num. 2. & seq. Vnde scientia & patientia resignatarij probari debet, quæ qualiter probetur, dixi supra glossa ij. ad finem, uers. fallit iiij. utputa quando constat ex actis proximis, & uehementibus de sciētia prēsumpta in specie, usq; in finē.

68 ¶ Præterea non sufficit sola resignatio beneficij, sed est opus publicationem resignationis, & acquisitionē possessionis probare propter illa uerba, post publicatam resignationem, & captam possessionem. quia si resignatio non est publicata, & possessio non est capta infra mēsem, uel sex mēses, tunc resignatio nulla est, ut dicitur in Constitutione de publican. resignation. Pij V. & dictum est supra glossa v. nume. 36. & seq. & in eo casu credimus, quod etiam quod resignans se intromittat in beneficio, & in fructuum perceptione quòd non propterea dicatur ante publicationem resignationis, & captæ possessionis per successorem

cessorem prohibitus resignans continuare suam possessionem usque ad aduētum successoris, & dictum est supra glos. v. num. 29. & seq. ideo sola perceptio fructuum uel ingressus in beneficio ante publicationē, & captam possessionem illius, non est coniectura confidentiarum.

69 ¶ Secunda coniectura est, si recipiens beneficium constituerit dimittentem, uel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiēdum, uel locādum fructus beneficij dimissi, & illi, uel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

70 ¶ Et ad probandum istam coniecturam duo copulatiuè probanda sunt, scilicet quod cessionarius, &c. constituerit procuratorem, &c. dimittentem, uel consanguineos ad percipiendum fructus. Secundo quòd de fructibus donationem fecerit dicto dimittenti, uel eius procuratoribus propter illam copulam, & illi, uel illis, cuius natura est copulare, & coniungere diuersa, & ad illius ueritatem requiritur utrunque factum esse, l. si quis ita, ff. de uerb. oblig. ibi, si nauis ex Asia uenerit, & Titius Consul factus est, non aliàs dabitur, quàm si utrunque factum sit, ubi glos. Bar. Alex. Ias. & Alciat. num. 2. dicit, quòd in oratione coniuncta requiritur omnium copulatorum concursus, si affirmatiue oratio concepta sit, l. si hæredi plures, ff. de cond. instit. & comprobat multis similibus, & authoritatibus. hic oratio affirmatiuè concepta est, & propterea copulat utrunque casum, uidelicet quòd resignatarius constituat procuratorem ad percipien. fructus, & donet fructus: aliàs non credo quòd si hæc probata non sint coniunctim interuenisse, quòd aliqua coniectura confidentiæ ex uno capite tantum sumi possit, maximè quia sumus in odiosis, in quibus fit stricta interpretatio, nec donatio fructuum præsumenda est, nisi probetur, quia de iure donatio non præsumitur, maximè si resignatarius fructus petierit sibi solui à procuratore, uel si solidatæ sint sæpius rōnes inter resignantem, & resignatarium, aut alia similia probentur. Nihilominus moneo, ut unusquisque se à præmissis abstineat, quia durū cum fisco causa agere.

71 ¶ Tertia coniectura, si uel sola procuratoris depositione, uel libris rationalibus mēsariorum ex parte dimittētis expeditio, quę personam dimittentis concernit prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint, ista coniectura ex pluribus probatur. Primo si procurator ad resignandum deponat, quòd expeditio bullarū fuit per dimittentem prosequuta, & simul impensa pro expeditione literarum facta fuit per ipsum dimittentem, uel per librum mercatoris probetur hanc impensam factam per ipsum dimittentem esse. ista est mirabilis coniectura si sola sufficeret ad probandum confidentiam: sed credo, quòd ista sola non sufficiat, sed requirantur alia adminicula, quia dictum unius; dictum nullius, & quia libris mercatorum non creditur, pro tertio contra tertiam ad plenam probationem

tionem ad effectum declarandi aliquem simoniacum, & ideo dicitur inferius, q̄ testes de quaque re singulares singula probare ualeant præsumptiones, & coniecturas, & plures huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam faciant probationem, & sic istæ cõiecturæ, uel præsumptiones faciunt plenam probationem ad conuicendum aliquẽ de confidentia. Ideo hæc erit una coniectura, quæ cum alijs faciet probationem.

72 ¶Quarta cõiectura est cõfidentiæ, quod si quis pro cõcessione alicui facta quacunq; authoritate de beneficio Ecclesiast. per se, uel aliũ, seu alios intercesserit, uel aliàs in negotio concessionis sese inmiscuerit quoquomodo. Deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto ẽt per manus possessoris, ac etiã simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad uoluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Hæc respicit illos qui intercedunt, ut beneficia conferantur certæ personæ praua intentione lucrandi aliquam partem fructuum, uel ut recipiens beneficium ad uoluntatem intercessoris resignet beneficium cui uoluerit intercessor. Hæc enim si probetur per testes, uel alias probationes, non solum est coniectura confidentiarũ, sed est ipsa confidẽtia, quia ille intercessor fauoribus quibus pollebat procurauit conferri beneficium eidem prouiso ad hoc, ut ipse disponeret de beneficio, & illius fructibus ad eius uoluntatem, & propterea erit opus probare. quod. n. intercessit apud Papam, uel alium collatorem pro P. qui expeditis literis, & capta possessione permittebat quòd N. caperet fructus dicti beneficij, uel quod postea resignauit dictum beneficium cui uoluit N. uel ipsi N. & hoc modo erit probata confidentia.

73 ¶Confidentiæ coniecturę probantur per testes singulares, ut in dicta constitutione ibi, testes autem de unaquaque re singulares probare ualeant præsumptiones, & coniecturas, quia de iure cauetur contrarium, etiam in crimine simonię, c. ueniens ad nos. de testibus. ubi glossa & Doctores, cum quælibet coniectura per duos testes probari debeat, ubi coniecturis, & pręsumptionibus proceditur ad cõdemnationem in causa criminali, uel mixta. Fel. in c. cum causam, num. 11. de testib. Ant. Gab. lib. j. concl. j. nume. 59. & dixi supra glossa 8. nume. 289. & 291. nihilominus in causa confidentiæ est speciale, ut hic statuitur, & ordinatur, & propter detestabile crimen simoniæ, nõ solum testes singulares, ut hic sed mediator admittitur. c. j. de testi. lib. vj.

74 ¶Admittuntur testes criminosi, & cæteri, qui etiam admittuntur ad testificandum in causa simoniæ, ut patet in dicta constitutione ibi uers. cæterum criminosi, qui in crimine simoniæ admittuntur de iure, c. licet Heli. §. fi. de simo. ubi glo. & Doct. Item infames, ut in d. c. licet Geli, Alberic. de Malect. in tract. de testi. par. j. §. consequenter, num. 6. Corradus de prætore, lib. j. ca. ix. §. ij. uers. infamis, num. 13. & seq.

Admittun-

75 ¶Admittuntur etiam mediatores in detestatione criminis simoniæ, c. j. de testib. lib. vj. ubi glo. & Doct. ubi etiã Io. Mon. & Prob. in additione, Alex. cons. 13. nu. 14. lib. j. criminosi, & infames nominãtur per Conradum in dicto tract. de prætore lib. j. c. ix. §. ij. uers. uniformis, num. 12. usque in finem. Guil. Rodoan. in tract. simoniæ, part. iiij. ca. v. num. 7. & seq. ubi latè examinat qui testes admittuntur in causa simoniæ.

76 ¶Socij criminis, & muneris Simoniæ in testes non admittuntur, licèt agatur ciuiliter, & sit difficilis probationis, glos. in d. c. j. de testib. lib. vj. Docto. in c. ij. de confessis, Sali. in l. quoniam liberi, nu. 6. C. de testibus, etiam quòd testis nõ receperit aliquid dummodo sit eis aliquid promissum, glo. in d. cap. j. ubi Franc. num. 3. Deci. in cap. ueniens. il j. nume. 9.

77 ¶Pœnæ, quas incurrunt qui committunt cõfidentiã sunt infrascriptæ, priuantur omnibus Monasterijs dignitatibus, administrationibus officijs, & beneficijs obtentis, necnon fructibus pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officijs temporalibus. Item inhabiles ad obtinendum in futurum alia beneficia declarantur, & in iuris subsidium excõmunicationis sententia innodantur, à qua à nullo põt absolui præterquàm à Romano Pontifice, & in mortis articulo, & credo quòd sit excommunicatus ante declarationem, Fel. in ca. Rodulphus, col. xxvj. uersi. & hoc est utile, de rescri. & ubi probatur, quòd sit habitus, & reputatus pro excommunicato, Bart. in l. j. col. j. & ibi Ias. C. de testibus. quinimo sufficit hunc qui commisit simoniam, & confidentiam esse excommunicatum, Bald. in d. l. j. q. ij. & ibi Alex. in prima col. C. de testibus. Alex. consi. clij. col. iiij. uersic. non obstat etiam si dicatur, uol. v. Put. qui loquitur in teste, decis. j. uersi. circa secundũ, lib. j. nam in his, quæ geruntur ratione priuati, iuris non est differentia inter occultum & notorium excommunicatum, Innoc. in c. cum uenerabilis, de consuet. Abb. in ca. ueritas, de dolo & contum. Felin. in ca. ad probationem, de re iud. Cassad. decis. j. de præben. nu. 4. & omnes, qui habent notitiam de dicta bulla, & commiserunt simoniam sunt excommunicati. Decius in ca. post cessionem, col. xj. uersi. secundo limitatur, secundũ Calderinum, de proba. Ideo caueant cõfidentiam committentes ab istis pœnis inflictis contra honorem, corpus & animam, quam materiam hic annectere uolui, quia est conformis fraudi, de qua loquitur ista constitutio. Et per hæc sit impositus finis huic glossæ, ad laudẽ sanctissimę Trinitatis, & gloriosissimæ Mariæ semper Virginis, à quibus bona cuncta procedunt, & quibus honor laus, & gloria, per sempiterna secula. Amen.

SVMMARIA GLOSSAE DECIMAE.



1 *MInor potest de nullitate contractus ab eo facti huius constitutionis non seruata forma dicere, durante eius minore ætate, & postea per quinque annos.*

Nullitatē cōtractus facti per minorem potest dicere minor, dum est minor, & postea per quinque annos.

2 *Minor uel eius hæres, si conquestus est in minori ætate, uel infra quinque annos post perfectam ætatem potest dicere contractum nullum, post quinque annos elapsos, post perfectam ætatem.*

Querela nullitatis contractus celebrati per minorem debet opponi per minorem, uel eius hæredes durante minori ætate, & postea per quinque annos.

Querela nullitatis contractus potest fieri in iudicio, & extra, & à die scientiæ minoris, uel hæredis. in fine.

3 *Querela nullitatis contractus, etiam extra iudicium impedit tacitam ratificationem prouenientem ex lapsu temporis.*

4 *Querela nullitatis contractus transit in singularem successorem, quando minor dixit contractum, & cessit iura singulari successori.*

Singularis successor, cui est facta cessio nullitatis contractus per minorem, potest nullitatem contractus proponere.

5 *Singularis successor, qui emit à minore in minori ætate, uel post perfectam ætatem intra quinquennium potest nullitatem contractus minoris proponere.*

Nullitatem contractus, quando opponere possit singularis successor.

6 *Singularis successor potest præscriptionem decem & xx. annorum opponere.*

7 *Singularis successor post quinquennium datum minori post perfectam ætatem non potest nullitatem contractus opponere.*

8 *Actio doli est personalis, & extinguitur cum persona, & non transit in successorem.*

Dolo agens debet exprimere, in quo est circumuentus, & non debet in hoc crimine uagari. ad finem.

Agens dolo debet exprimere in quo est circumuentum.

Specificatio criminis debet fieri per agentem dolo.

9 *Delicta aliqua sunt realia.*

10 *Alia sont quasi realia.*

11 *Alia sunt personalia.*

Priuilegia competentia personæ propter personam.

12 *Priuilegia concessa personæ propter causam, non transit ad alios.*

13 *Priuilegia cohærent personæ propter læsionem, & hæc transeunt ad successorē, ut in minore alienante sine decreto.*

Minor & mulier iuuantur à lege, quia læsi.

Priuilegia

14 *Priuilegia comprehensa in corpore iuris transeunt ad hæredes. & nu. 16.*

Priuilegia quæ transeunt ad hæredes, uide ibidem. in fine.

15 *Priuilegia concessa personis considerato fauore personæ tantum, non transeunt ad hæredes.*

16 *Priuilegia concessa minori, & mulieri uigore statuti non transeunt ad hæredes.*

17 *Priuilegium concessum certo generi personarum non transit ad hæredes.*

18 *Contrahens cum minore non potest allegare nullitatem contractus, licēt ipse minor possit.*

Nullitatem contractus allegare non potest contrahens cum minore, uti Ecclesia.

19 *Contractum nullum dicere non potest contrahens cum minore, uel Ecclesia.*

Patruus super emphitheusi alienata per minorem nulliter, an admittatur ad dicendum de nullitate contractus minoris.

20 *Emphiteusis debita patruo ex pacto, & prouidentia primi inuestiti alienata per minorem, potest per patruum recuperari.*

21 *Emphiteuta potest agere utili Saluiano interdicto contra detinentem rem emphiteuticam.*

Saluianum datur emphiteutæ.

22 *Emphiteuta non potest alienare, nisi pro uita sua tantum.*

23 *Consensus domini directi non præiudicat emptori non consentienti.*

24 *Emphiteuta non potest agere ad nullitatem contractus facti per minorem de re emphiteutica, sed succurritur alio remedio.*

25 *Excipiendi ius an competat actori, uel soli possessori.*

26 *Possessor potest opponere per uiam exceptionis de nullitate cōtractus minoris.*

Tertij ius quis possit opponere, & debet esse clarum cum sapiat obiectum.

27 *Successor tenetur seruare contractum prædecessoris.*

28 *Actio quæ competit minori, & mulieri ad rescindendum contractum, est actio prouenienes ex ista constitutione.*

Condictio ex lege quando competat, & cui.

29 *Condictio ex lege, & actio personalis.*

Actio personalis est condictio ex lege.

30 *Actio nullitatis contractus minoris, quando detur.*

31 *Actio nullitatis contractus, contra quos detur.*

32 *Actio spolii, an sit proponenda per minorem contra possessorem rei nulliter alienatæ.*

33 *Nullitas contractus est probata eo ipso, quòd ex lectura contractus apparet non esse seruatam formam huius constitutionis.*

34 *Nullitatis contractus iudicium, non est ita utile quemadmodum est actio spolii.*

35 *Actiones plures competunt pro nullitate contractus.*

36 *Fraudatorium remedium datur minori contra tutorem.*

37 *Actio spolii, & nullitatis competit fratri, & aliis quorum bona sunt, sine mandato alienata.*

38 *Actio realis, personalis, & rei uendicatio competit minori.*

Tutor.

39 *Tutor, curator, procurator, & similes, non possunt agere de nullitate contractus per eos facti, quia non possunt contrauenire rebus gestis per eos, licèt minor possit.*

40 *Constitutio hæc uti uniuersalis, an sit seruanda in tota prouincia, etiam ubi adsunt similia statuta.*

41 *Statuta loci dominantis, quando seruanda.*

42 *Constitutiones præualent omnibus statutis.*

43 *Confirmatio constitutionum habet decretum irritans, & annullat omnia statuta contraria.*

44 *Confirmatio constitutionum derogat statutis contrarijs.*

45 *Statuta terrarum tunc possent procedere in locis, ubi non adest similis constitutio, uel sunt confirmata cum derogatione constitutionum.*

ADSIT SANCTISSIMA TRINITAS, ET GLORIOSISSIMA VIRGO MARIA DEI GENITRIX.

GLOSSA DECIMA.

1 DIctum est supra sæpius, quòd si minor contraxit non seruata solemnitate huius constitutionis, quòd cōtractus est nullus: Modo uidendum est, quis possit de nullitate dicere, an minor & mulier solum, uel alij successores. Et dicas, quòd minor potest dicere de nullitate contractus durante eius minori ætate, & post per quinque annos, & quod minor posit dicere de nullitate contractus, uidetur textus in l. & si præses. C. de præd. mino. ibi, quòd si præses decreuerit alienandum, uel obligandum prædium, tamen actionem pupillo si falsis allegationibus se cirumuentum probare posit reseruauit. ex quo textu colligitur quod pupillo est actio reseruata, cui legi concordat l. magis puto, §. penult. ff. de rebus eorum. ubi glossa dat alias concordantias, & est tex. in l. fi. C. si maior factus rat. habu. lib. v.

2 ¶Ideoque si minor maior factus per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem uigintiquinque annorum, nihil conquestus est super tali alienatione is qui eam fecit, uel eius hæres minimè potest retractare occasione prætermissionis decreti, sed sic tenore quasi ab initio legitimo decreto res fuisset alienata. Ex qua lege colligitur, quòd si minor uel eius hæres conquestus sit de huiusmodi alienatione facta per minorem sine solemnitate intra quinquennium potest retractare contractum: sed si minor superuixit per quinq; annos

post

post xxv. annum, & non probatur q̄ sit cōquestus infra quinquennium de huiusmodi alienatione in iudicio, secundum Hugonem, uel extra iudicium secundū Azonem, & glo. in d. l. fi. uers. conquestus, quam glossam sequuntur ibi Bar. Bal. num. 2. Sali. col. fi. ad fi. & Doctores omnes, non potest talem nullitatem, uel querelam proponere, sed bene intra quinquennium ut dicitur in tex. d. l. fi. ibi, is qui eam fecit, uel eius hæres, & sic intra quinquennium tantum potest hæres talem querelam proponere. ubi Bald. notat, quòd silentium hæredis operatur idem quod silentium testatoris, & sit coniunctio temporum scilicet temporis lapsi minori, & lapsi hæredi illius, ut dicit ibi text. in fi. ut tandem in hæredis persona illud tantummodo tempus accedat, quod post hæredis ætatem transactum sit, & ibi glo. & Bald. in fi. & latè Cephal. consil. iij. nume. 132. usque in finem. quod tamen declara data scientia minoris, & hæredis secundum Soci. iun. consil. lix. uersic. v. uol. j. quia hæres habet iustam causam ignorantiæ, l. qui in alterius, ff. de regu. iur.

3 ¶Et ista querela facta coram uicinis ex lapsu temporis quinq; annorū ualet, ut not. Bal. in d. l. ult. num. 2. C. si maior factus, & sequitur ibi Sali. col. fi. uers. quæro an sufficiat q̄a illa quæ ipso iure nō tenent, requirunt prętoris aditionē. Ant. Gab. lib. ij. in titu. de mino. conclu. 4. nu. 1. & 15. itaque post quinquēnium possit illam deducere in iudicio. Ant. Gab. lib. ij. de mino. conclus. iiij. num. 14.

4 ¶Competit hæc actio nullitatis contractus habenti hypothecam quā minor specialiter fecit infra dictos quinque annos datos minori ad contradicendum, uel tacite ratificandum super re, quam minor nulliter sine decreto alienauerat obligando, & hypotecando dictam rē specialiter tanquam male alienatam, ut declarat Alber. in d. l. fi. col. fi. uers. sed quid si minor factus maior infra quinquēnium obligauit rem quam nulliter alienauerat, C. si maior factus. & hoc modo dicendum quando alteri dictam rem sine decreto alienatam uendiderit, narrando quòd dicta res fuerat nulliter alienata P. emptori non seruata forma præsentis constitutionis, uel alterius statuti, uel iuris communis, tunc secundo emptori, uel successori singulari minoris competit rei uendicatio quemadmodum competebat ipsi alienanti, ut tenent omnes in dicta l. fi.

5 ¶Ex quibus potest inferri, quòd singularis successor in re sibi per minorem uendita, uel hypothecata infra quinquennium cōcessum minori ad reuocandum tacitam hypothecam potest ipse infra dictum quinquennium expresse reuocare alienationem inualidam factam per minorem, quia minor non potest plus in alium transferre quam ipse habet, l. si superatus, in fin. ff. de pignor. quòd Alber. in d. l. fin. C. si maior factus colum. fin. uersic. nam hic minor declarat hoc procedere ubi adest solum generalis obligatio: sed ubi adest specialis, secus

quia

quia per ſpecialem hypothecā reuocare uidetur uenditionem,l. ſi maritus,ij.C.de donat.inter uir.& uxo.

6 ¶Contra donationem ſucceſſor ſingularis poteſt præſcriptionem x. & xx.annorum opponere,glo.viij.num.279.ſupra.

7 ¶Sed poſt quinquennium ſingularis ſucceſſor hoc non poſſet facere, quia ſicut non poterat minor poſt quinquennium, nec eius ſucceſſor poteſt per regulam,quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorū obſtabit, & l.inuitus,§.cum quis,& l. in omnibus id.ff.de reg. iur. ubi habetur quòd priuilegium perſonale cum perſona extinguitur.& facit text.in l.apud,§.de authoris,ff.de doli mali except. ubi habetur,quòd dolus emptoris non nocet uenditori,quia ea quæ ex delicto perſonæ oriuntur non nocent,pro cuius textus declaratione.uide Petrum de Bellapertica,& Alberi.ibi latè,& minori.& mulieri, ex iſta conſtitutione datur priuilegium ut contrahant cum ſupradictis ſolemnitatibus, & ſi aliter contraxerint contractus præſumantur dolo ſe extorti, & nullam obtineant firmitatem ad fauorem ipſorum minorum,& mulierum.

8 ¶Et ſic actio,uel exceptio doli,quæ eſt perſonalis,& competit minori, uel mulieri,qui contraxerunt non ſeruata ſolemnitate extinguitur cum perſona minoris,uel mulieris,l.ſed & ſi ex dolo,§. de dolo autem decurionū,ff.de do. & ꝓcurator ex dolo ſuo tenetur, & ideo in actione de dolo exprimi debet, cuius dolo effectum ſit, d.l.ſed & ſi ex dolo in fi. & in l. ſeq. dicitur,quòd actor debet exprimere in quo ſit circūuentus, nec in tanto crimine uagari oportet,ubi gloſ.Bart.Bal.& alij dicunt,quòd quādo de dolo agitur ciuiliter, illa omnia ſunt exprimēda quæ continentur in l.libellorum,de accuſ.

9 ¶Et propter delicta, uel uitia, alia ſunt realia ut furtiua, & poſſeſſā uiolentia ablatiua, nam iſta perſequuntur rem quocūque uadat.Inſti. de uſucap.§.furtiuę,& l.uitia, C. de acq. poſſeſſ.Gloſ.Mainer. Deci. & Cagnol.in l.quod ipſis,ff.de reg.iur.

10 ¶Alia uitia ſunt quaſi realia, ut ſi quis liberum hominem, rem ſacrā, uel ſeruum fugitiuum poſsideat, §. ſed aliquando.Inſti.de uſucap. ubi gloſ.& Docto.& glo.in l. quod ipſis,ff.de reg. iur. ubi ponit alia exempla,& eam ſequitur Dec. Mayn.& Cagnol.ibi.

11 ¶Alia uitia ſunt perſonalia,ut dolus dans cauſam contractui, uel incidens ex propoſito,uel mala fides,l.ſi fraudem,C.de lon. temp. præſcript.& gloſ.in d.l.quod ipſis,ff.de reg.iur. ponit alia exempla,ubi Deci.Mayn.& alij,& hæc perſonalia aliquando ſunt priuilegia quę competunt perſonæ propter perſonam, ut ff.de reg.iur. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio,ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat, & hæc priuilegia non tranſeunt ad alias perſonas,ut not.Mayn.Dec.& Cagn. in d.l. in omnibus.

12 ¶Si uerò priuilegium conceditur perſonæ propter cauſam,& aut illa

cauſa

cauſa cohæret perſonæ propter cauſam,& non tranſit ad aliam perſonam,l.iij.§.ſi quid,ff.de mino.ubi legata fuit militia minori quæ cohęret perſonæ minoris.

13 ¶Aut non cohæret perſonæ minoris,ſed reſpicit damnum, & læſionē, & tunc tranſit ad hæredē,l.non ſolum,ff. de reſti. in int.& eſt text. in l. hæredes, C. ad Velle. quia læſio eſt cauſa reſtitutionis dandæ non ſola perſona:nam ſecundū Dyn.ibi non ex eo ſolo ꝙ mulier ſit mulier, iuuatur Velleiano,ſed quia læſa eſt ſicut minor, quòd non iuuatur ex eo quòd minor,ſed quia læſus,l.nam & poſtea,§.ſi minor,ff. de iureiur. & ideo tranſit priuilegium reſtitutionis ad hæredem ſuum, ut dicta l. non ſolum.

14 ¶Et ſecundum Petrū in d. l. hæredes,eſt alia ratio, quia reperiuntur ꝗdā conceſſa perſonę conſiderata naturali æquitate,& naturali ratione propter ſexus fragilitatem, & imbecillitatem, ut ſunt priuilegia conceſſa minoribus,& mulieribus,& tunc iſta priuilegia comprehenſa in corpore iuris tranſeunt ad hæredes,ut in d.l.non ſolum, & in d.l. hęredes.ubi Cyn.latè,quē reaſſumit,& ſequitur Alber.& Sal. Dyn.in c. priuilegium,de reg.iur.lib.vj.Io.de Plat.in l. ſordidorum, col. ij. C. de excu.mun.Bal.uerò recitatis opinionibus antiquorum dicit,quòd eſt beneficium obligationem elidens,& iſtud tranſit ad hæredes, quia cohęret cauſæ, ut dicta l.non ſolum. quoddam eſt beneficium eximens, & iſtud tranſit ad hæredes,ut l.j.C.de fideiuſ. min. quoddam eſt beneficium perſonam pręferens, & iſtud non tranſit ad hæredes, l. non ſolum,§.ſi puellæ,ff.de rit.nupt.Bar. in d. l. hæredes, dicit quòd priuilegium perſonale non tranſit ad heredes pro futuro tempore,ſed præterito,quo facta eſt exequutio tranſit ad hæredes. ſed idē Bar. in l. quia tale,uerſ.mihi uidetur aliter,ff.ſolu.mat.diſtinguit;aut quæris nūquid priuilegium tranſeat ad hæredes ſuper capitibus quibus defuncto nō incipit competere ius,& ad hæredes non trāſit,ut l.j.ff.de conſti. prin. quia non eſt dubium,quòd hæres minoris,uel mulieris, non habet beneficium minoris, uel mulieris in contractibus celebratis à minore, uel muliere: & ideo in his quæ competierunt defuncto, pariebant exceptionem peremptoriam, & talis exceptio trāſit ad hæredes, aut pariebant exceptionem dilatoriam, & non tranſit ad hæredes, cum Bar.uidetur tranſire Paul.de Caſt.num.4.& Alex.in d.l.quia tale, & Afflict.deciſ.211.Deci.in l.in omnibus,nu.4.ff.de reg.iur.facit, quia ius dicendi teſtamentum nullum non trāſmittitur niſi ad liberos, Borgnin.Caualc.de tuto.num.70.

15 ¶Priuilegia uerò conceſſa perſonis non conſiderata ratione naturali,ſed fauore perſonæ tantum,ut ſunt priuilegia conceſſa maritis,mulieribus in dotibus,patronis,parent ibus,& ſimilibus, & hæc regulariter non tranſeunt ad hæredes,l.maritum,ff.ſol.mat.ubi Bar. Bal.Imo. Alex.& alij Doct.communiter declarant,Dyn.in c. priuilegium perſo

 nale

nale in prin.de reg.iur.lib.6.

16 ¶Intellige tamen conclusionem præfatam quòd priuilegium concessum minori, & mulieri data læsione transit ad hæredes, quando simile priuilegium competit minori, & mulieri de iure communi, secus si uigore statuti aut alterius constitutionis particularis extra ius commune, quia ista nõ trãsgrediuntur personas, l.j.ff.de const.prin.ita Cyn.& Alber.in d.l.hæredes, in fi.Deci.in l.in omnibus, de reg.iur. nu. 5. & 10. & hæc limitatio huic constitutioni adaptatur, quia ista constitutio nõ est inserta in corpore iuris, & est facta in priuilegium particulare minoris, & mulieris, & ideo non transit ad hęredes illorum, maxime quia in constitutione uerbum nullum de hæredibus, & uerba priuilegij diligenter inspicienda sunt, an faciant mentionem de hęredibus, Bar.in l.quia tale, num.1.ff.sol.mat.uers. & hoc est uerum, si in priuilegio non est facta mentio de hæredibus.

17 ¶Facit glos.in l.sordidorum, C.de excu.mun.lib.10.in primo casu ibi, aut defertur personæ uni, uel omnibus de militia illa immunitas, & non transit ad hæredes, ita hic istud priuilegium est concessum omnihus minoribus, & mulieribus, & sic non transit ad hæredes ipsorum, & quia in dubio priuilegium censendum est personale.Deci. in c.in omnibus, de reg.iur.num.3. & 6. & mutata persona, res conditionem, & qualitatem mutat, Cagno.ibi.num.2.

18 ¶Nec minus potest allegare nullitatẽ contractus ille, qui contrahit cum minore muliere, uel Ecclesia non seruata solemnitate constitutionis, licèt ipse minor posit dicere contractum nullum ob solemnitates non seruatas obtenta absolutione à iuramento, ut supra sæpius dictum est: tamen maior qui contraxit cum minore non potest dicere contractum nullum, Imol. in cap. si quis presbyterorum, de reb. eccles. non alienan. colum. v. uersic. nec ob. ibi: & ideo si recipiens præueniret petendo rescindi contractum, uel declarari nullum, non audiretur, ne de dolo commodum reportaret, l. ne ex dolo, ff.de dolo. Ruin. consil.40. nume.7. lib.5. Card. consil.iij. colum.ij.uersic.nec curandum. ubi reddit rationem, quia recipiens acceptauit contractũ pro ualido, quod potuit in sui præiudicium, allegat l.post mortem, ff. de adopt.c.diuersis, de cleri.coniug.ubi Abb.nume.4.& 5. dicit, quòd recipiens rem Ecclesiæ nullo modo potest allegare nullitatem ad retractationẽ actus, sed ipsa Ecclesia de cuius fauore agitur, potest actũ approbare, uel improbare, & si tutor qui nõ fecit solemnia si agit, omnia acta sunt nulla in fauorem, & commodum minoris, non autem in præiudicium ipsius.Borgni.Caual.de tutore, num.15.& intelligitur eo ratificare uolente, aliàs non transit ad hæredes, Borgni.de tuto.nume. 3.& 170.

19 ¶Quid si minor 25. annis alienauit feudum Ecclesiasticum, & antiquũ ac acceptum à primo inuestito pro se, & filijs sine solemnitatibus huius

huius constitutionis, de cõsensu tamen directi domini. Et postea minor decessit relicto hærede extraneo ex testamẽto.uerum ad hoc feudum patruus minoris uocatus ex inuestituris antiquis reperitur, qui agit contra emptorem, & possessorem, & petit dictum contractum rescindi, & nullum declarari ad effectum ut ipse de dicto prædio possit inuestiri. Dubitatum fuit an patruus ad agendum de nullitate admittatar, uel utili Saluiano interdicto possessionem illius acquirere possit.

20 ¶Dicebatur quòd patruus tanquam uocatus in inuestitura ex pacto & prouidentia Domini, cum inuestitura sit facta, primo inuestita pro se & filijs, & ipse patruus sit unus ex filijs inuestiti stante obligatione, & hypotheca bonorum facta per dominum ad fauorẽ inuestiti, quod debet immitti in possessionẽ dicti feudi ex utili Saluiano interdicto. Primo quia uocatus ex pacto, & prouidentia Domini ad feudum ex persona sua habet actionem ad feudum.Deci.consil.ccccxlv. nu.8.Iul. Clar.de feud.q.ix.uersi.quandoque.Pedem. decis.clxj. Bursat. in term. consi.lxxxij.num.1.& seq.

21 ¶Ob quam causam propter hypothecam appositam in inuestitura per dominum feudi ad fauorem inuestiti, & filiorũ pro recuperatione possessionis potest agere utili Saluiano interdicto, quod competit habẽti hypothecam. Aret.§.item Seruiana, in fi.Instit.de actio.Affl.decis. ccclxxxij.Put.decis.ccccxliiij.lib.ij.Paleot.decis.cccxxj. & ita obtinui in contingentia facti in feudo Ecclesiastico in curia Romana de Rosis. Et credo quòd hic sit uerus modus agendi, quando per dominum directum ad fauorẽ inuestiti est apposita hypotheca in ipsa inuestitura.

22 ¶Quantum ad alienationem, non obstat alienatio, quia ille minor non potuit alienare nisi pro eo tempore quo durabit uita sua, & non post eius obitũ ad præiudicium uocati in inuestitura, qui non consensit alienationi, ca.j.de alienat.feud.pater. ubi Doctores.

23 ¶Nec obstat consensus domini, qui non potest præiudicare nisi uendenti, & non alijs inuestitis non consentientibus, d.c.j. de alienat.feu. pater.ubi glo.Bal. & cæteri feudistæ.

24 ¶Nec potest emphiteuta agere ad nullitatem contractus facti per minorem ob nõ seruatas solemnitates, quia de iure communi solum potest hęres, ut dictum est supra, uersi.alia uitia.& patruus non est hæres, sed extraneus, ut dictum est in positione casus. & quãdo agitur uigore statuti, credo quòd hæres non posit, quia priuilegium competit solum minori dicendi de nullitate sui contractus non hæredi, ut dictũ est supra, uersi. intellige tamen conclusionem, quia statutum non est comprehensum in corpore iuris. Meritò intrat limitatio Cyni, & Alber.in l.hæredes, in fi. ad Velleiãn.

25 ¶Nihilominus si patruo habenti tantum interesse non competit ius agendi ad nullitatem contractus, forsan posset competere ius excipiẽdi,

di,& dicere,tua non intereſt,quia contractus in quo niteris,non habet ſolemnia,& eſt nullum ipſo iure ſtante ſtatuto de quo eſt datum, adeo quòd ultra præmiſſa tu non potes rem meam me inuito retinere, & in hoc forſan poſſet habere locum allegatio iuris tertij. Bald.in auth. qui rem,col.ij.C.de ſacroſan.eccle.uerſi. ſubſequenter quæro. ubi declarat quando agens poſsit opponere de iure emphyteutico.Sed mihi uidetur ualde dura deciſio in agente contra poſſeſſorem, quia poſſeſſor poteſt multos titulos allegare, ex quibus ius agentis excluditur, quia agens debet deducere ius fundatum in propria perſona non tertij. Socin.l.ij.num.7.ff.de except. rei iud.etiam quòd excipiat,Bald.in auth.qui rem.col.fi. C.de ſacroſan.eccl.

26 ¶Sed quando habens contractum à minore ſine ſolemnitatibus ſtatuti agit contra poſſeſſorem, & pro re uendicanda producat inſtrumentum emptionis contra poſsidentem, credo quòd poſſeſſor poſsit opponere de nullitate dicti contractus ob formam ſtatuti non ſeruatam, & ius ſeu exceptio competens forſan hæredi dicti minoris, quia iſta exceptio iuris tertij eſt excluſiua iuris agentis, poſſet opponi per poſſeſſorem.Bal.in auth.qui rem,col.ij.uerſ. ſecundo probatur per aliã theoricam.C.de ſacroſan.eccl.ſed debet plenè probari, & non debet probatio eſſe obſcura,ſed clara,ex qua agẽs omnino excludatur. Soci. in d.l.ij.ff.de excep.rei iud.num.6.Sarn.in reg.de non iud.iux. for. ſupplic.q.j.num.iiij.Creſcent.deciſ.lxx. & plenè probandum eſt. Mohed. deciſ.ccxcix.& ante rem iudicatam.Put.deciſ.iij. excep.maxima quando ſumus in materia obiectiua, prout eſt iſta, quo caſu ius tertij non poteſt opponi niſi ab eo qui habet cauſam à tertio,Bal.in auth.qui rẽ. col.fi.in prin.C.de ſacroſ.Eccl.& debet eſſe dictum ius tertij in ſuperlatiuo caſu clarum,Put.deciſ.359.lib.j.

27 ¶ Aduertas tamen quòd ſucceſſor tenetur ſeruare contractum prædeceſſoris,ut pulchrè declarat Rebuf.ſuper concor.in præfat. ad rubr. de collat.car.141.uerſ.item dicit Bal.in l.digna uox.

28 ¶ Actio uerò,quæ competit minori,mulieri,ſeu alteri, qui contraxit non ſeruata forma præſentis Conſtitutionis,ad annullãdos contractus per eos celebratos,eſt actio deſcendes ex iſta Cõſtitutione, iuxta tex. in l.j.ff.de cond.ex lege.ibi,ſi obligatio lege noua introducta ſit, nec cautum ſit quo genere actionis experiamur ex lege agendum eſt. & illa uerba, ſi obligatio lege noua introducta ſit declarantur, contrahentes ſint obligati ita facere,prout in lege noua iubetur exemplo huius Conſtitutionis,in qua nulla eſt in ea propoſita actio. Tunc agitur ex iſta lege,& ponitur exemplum in l. ſi quis argentum, §. ſin uerò, & hoc prætermiſſum.ubi ille qui donauit tenetur rem donatam,& uſumfructum etiam quod prætermiſſum ſit,ad hoc ut liberalis uoluntas donantis pinguius impleatur,multa exempla ponuntur per Bart.in d.l.j. ff.de condict. ex leg.nu.1.& Bal.in prin.Albe. ad fi.ponit exemplum in

noua

noua conſuetudine, Ang.dicit quòd quandoque obligatio ſimpliciter & abſolutè uenit ex lege,& agitur condictione ex lege; quandoque uenit ex lege & pacto,& tunc ſi lex fouet pactum,& agitur ex eo; aut nõ fouet,& hic agitur cõdictione ex lege,& ibi ponit multa exempla,ubi etiam Paul.de Caſt.nu.10.

29 ¶Et condictio ex lege eſt actio perſonalis,& propterea requirit obligationem ad hoc,ut detur & cõdictio, & actio in perſonam qua actor intendit ſibi dari oportere,§.appellamus.Inſtit.de actio. quia & dicere denunciare ſignificat, quia certa dies denunciabatur debitori ad comparendum coram Iudice ſuper diſcuſsione cauſæ, ut latè declarant Ioachinus Miſinger.Franc.Othoman.in d.§.appellamus. de actio. ad quæ facit, quæ dicta ſunt ſupra, uerſ. alia uitia ſunt perſonalia,hac gloſſa.

30 ¶ Quando detur hæc actio,uide Bar.& Doct. in d. l.j. ff. de condictio. ex leg.Bero.in c.ſi quis presbyterorum,col.xv. uerſ. an autem agi poſſit,de reb.eccl.non alienan.

31 ¶ Et contra quos minor poſsit ſuam actionem intentare, pro recuperatione rei alienatæ, non ſeruata ſolemnitate. & dicas quòd contra emptorẽ,quoſcunque poſſeſſores ſiue ſint uniuerſales, uel ſingulares, l.magis puto.§.ſi æs alienum,& §.maneat.ff.de reb.eorum,Pariſ.conſil. 100.uol.j.Deci.conſ.ccciii.Borgni.Caualc.de tutor.nu.123.in fi.& 251. & poteſt etiam agere contra tutorem & adminiſtratorem, ut idem Borgni.ibi num.123.

32 ¶ Quæ actio ſit proponenda, & an poſsit ſpolio agi, quando minor alienat rem immobilem ſine ſolemnitatibus huius Conſtitutionis. & ſupra glo.viij.nu.37.concluſum fuit in caſu præſentis Conſtitutionis, per minorem poſſe intẽtari iudicium ſpolij, uidelicet Remedium Cano.reintegr iij.q.j.dicendo ſimpliciter; Ego poſſedi talem rem immobilem,& modo eandem rem tu poſsides iniuſtè, ut dictum eſt ſupra glo.viij.nu.310.

33 ¶ Et hoc remedium eſt utile quia a ſententia lata in poſſeſſorio non datur appellatio, & hoc eſt illud quod dicit Iacob.Menoch.de reinteg.remed.xv. nume.191. & Doctores per eum allegati. Et hoc modo agendi utuntur practici in Ro.Cu.quam practicam non intellexit Borgnin.Caualc.de tutore,nu.59. dum ibi reprehendit Menoch.ubi ſupra, & male meo iudicio.

34 ¶ Praxis uerò per eum propoſita,iuxta conſ. Paul.de Caſt.cv.num.2. lib.ij.& Plot.in l.ſi quando, num.205. & quam ipſe Borgni.ſequitur eſt optima,& continet remedium nullitatis, quem ſequitur Burſat.conſ. 82.nu.23.ſed non eſt ita celeris,ſicut iudicium poſſeſſorium:quia in iudicio nullitatis datur de iure appellatio, & propterea non eſt dictum remedium ita utile,prout eſt dictum remedium poſſeſſorium.

35 ¶ Plura alia remedia pro recuperatione rei Eccleſiæ, & minoris,nul-

liter

liter alienatæ, ponit Bero.in c.ſiquis presbyterorum, de reb.eccl.non alienan.

36 ¶ Datur etiam remedium fraudatorium,ut dixi ſupra gloſſa 9.nu.30 & ſequen.

37 ¶ Similis actio competit minori,& alteri,quibus per fratrem uel procuratorem,de quorum mandato non conſtat, fuit alienata res immobilis minoris,uel alterius,etiam quod alienans promiſiſſet de rato.Rolan.conſ.lxxvj.nu.3.in j.Ruin.conſ.188.nu.23. uolu. j. Borgni.de tutore nu.155.& quid in conuerſo Borgni.ibi nu.150.& 157.dicit,Monaſteriũ pro conuerſo proponet hanc actionem .

38 ¶ Poteſt etiam proponi actio perſonais realis,& rei uendicatio,quando res ſine decreto alienatur,ut dixi ſupra glo.iiii.nu.4. in fi.

39 ¶ Et licèt ſupradicti omnes agere poſsint ad nullitatem contractus ob ſolemnitates & formam non ſeruatam,tamen tutor, curator, procurator,& ſimiles, qui contraxerunt non poſſunt contrauenire, nomine minoris uel alterius,Bar.in l.cum uir,§.j.ff.de uſucap.Aym.in quęſt. ſtatuti Ferrarien.nu.14.& 21.Tiraq.de retract.§.xxvj.gloſ.ij. nu.2.Borgni.Caualc.de tutore,nu.175.

40 ¶ Nunc pro complemento materiæ iſtius Conſtitutionis uidendum, An hæc conſtitutio , uti uniuerſalis ſeruari debeat in tota prouincia , & in ciuitatibus in quibus adſunt ſtatuta particularia diſponẽtia,quæ forma ſit ſeruanda in contractibus minorum & mulierum , nõ tamen conformia huic conſtitutioni.Et ratio dubitandi oritur,ex cap.fi.li.vj. harum conſtitutionum,in quo dicitur,quòd primo ſeruentur conſtitutiones omnes , demum iura Canonica , vltimo iura ciuilia, & ſtatuta Ciuitatum ſunt iura ciuilia, §. ſed ius Inſtit. de iur.natur.gent.& ciuil. vbi Doctores.

41 ¶ Secunda ratio dubitandi oritur , quia ſtatuta loci dominantis ſeruanda ſunt in prouincia,non ſtatuta locorum dominatorum, Bar.in l. ſi conuenerit,§.nuda.ff.de pigno.actio.Roma.conſ.218.nu.4.Soci.conſ. cclxxj.nu.2.& 3.lib.ij.Deci.conſ.ccccl xix.num. 11.in fi.Afflict. ſuper cõſti.Regni Siciliæ,in prælud.conſt.q.20. & in conſtitutione,ut uniuerſorum,lib.ij.nu.10.Caccialup.in l.omnes populi,num. 10. ff.de iuſt.& iur. Alex.conſ.151.col.ij.uol.ii.Corn.conſ.151.ad fi.uolu.3.

42 ¶ Tertia ratio,quia in c. xxxvj. lib. ij. harum conſtitutionum dicitur ut ipſe conſtitutiones ſalubriter æditæ, omnia ſtatuta contra ipſas, & quaſcunque alias conſtitutiones generales , in præſenti uolumine inſertas caſſamus,irritamus,& uiribus uacuamus,& nullius eſſe roboris, & momenti uolumus.

43 ¶ Quarto facit confirmatio ſpecialis facta per Paulum Papam III.de iſtis conſtitutionibus , ſub datum die x. Septembris 1544. in qua dictas conſtitutiones innouat , & ad uiridem obſeruantiam reducit , & mandat illas perpetuis futuris temporibus obſeruari.Decernens irritum

tum & inane,quicquid ſecus actum fuerit.Quę confirmatio cum decreto irritanti operatur,quod inferior non poſsit legem ſuperioris tollere,nec ſtatuto nec conſuetudine,Archid.in c.cum de beneficio,de prę ben.in 6.col.ij.Ioan.And.col.ij.in prin.Domin.nu.5.Imol.in l.ex facto , col.ij.in prin.Barbat.clem.j.nu.23.de elect. Rebuff. ſuper concord. de firma & irreuocabili concordia ſtabil.glo.j.in fi.Maxime quia ultra decretum irritans appoſitum in confirmatione adeſt clauſula,ſublata , aliter iudicandi,& interpretandi facultate , quæ operatur quòd iudex non poſsit contra dictas conſtitutiones , & confirmationes iudicare, Caſſado.deciſ.x.ſuper reg.in fi.

44 ¶ Præterea ſuper dicta confirmatione derogatur ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs,quæ derogatio tollit omnia ſtatuta, & conſuetudines contrarias conſtitutionibus,Bar.in extrauagan. ad reprimen.in glo.non obſtante,Rota deciſ.j.de præb.in no.& in l.multum operatur, Caſſad.deciſ.38.ſuper regulis,ex quibus argumentis teneo in præſenti caſu,quòd in omnibus locis, in quibus uiget conſtitutio,ſeruetur conſtitutio,non ſtatuta loci.

45 ¶ Quibus non obſtant,quæ poſſunt in contrarium allegari , uidelicet quòd quælibet ciuitas debet regi proprijs ſtatutis factis per eã ſuper regimine ſuæ ciuitatis,iuxta doctr. Bar. & communem in l.omnes populi,q.ij.prin.& Bal.col.iij.in fi.uerſ.per Bar.hic. Iaſ. nu. 37.Caccialup. nu.11.Crot.nu.17.& 18.ff.de iuſt.& iu. Et illud quod dicitur,quòd quilibet tenetur ſeruare formam ſtatuti uigentis in loco contractus , ut per Bal.in l.j.C.de ſum. Tri. & fide Cath. & conſ.ccj.num.2.lib.j.Socin. conſ.272.num.7.lib.ij.Feli.in c.j.nu.23.de ſponſa.Tiraq.ſuper legi.connub.glo.viij.q.xxvj.num.216.& q. 27. nu.225. & q.xxviij.num.227.& q. 29.nu.229.Borgni.de tut.nu.xciii.& ſeq.procedere poſſet in locis , ubi non adſunt ſimiles conſtitutiones confirmatæ à ſede Apoſtolica, cum ſupradictis clauſulis, & ubi ſtatuta eſſent confirmata à Papa cum derogatione conſtitutionum præfatarum, & confirmationum Apoſtolicarum,& decretorum in ea appoſitorum,iuxta deciſ. Caſſad.38.ſuper regulis.Et per hæc ſit impoſitus , finis huic decimæ gloſſæ, ad laudem Sanctiſsimæ Trinitatis , & glorioſiſsimæ Virginis Mariæ . Amen.

